en suite pour souper. A l'égard du pain levé et de la soupe, on les mit sur la table après qu'ils eurent mangé la Pâque: car le 14 jour auquel il étoit défendu de garder quoy que ce soit de pain levé, n'étoit point encore venu. Mais si cela est, ajoute-t-il, pourquoy les evangelistes n'ont-ils point parlé de l'anticipation de la Pâque? A quoy il répond, que c'est (*b*) parce qu'il n'étoit point nécessaire qu'ils en parlassent: car de quelle utilité cela étoit-il pour les Chrétiens? C'est pourquoi ils ont à la verité passé ce fait; mais ils ont traité avec plus d'exactitude ce qui appartient a la Cène mystique, comme ayant necessairement de la liaison avec nôtre creance.

S'il étoit vrai comme les Grecs l'assurent, que Jesus-Christ eût anticipé le jour de la Pâque, il seroit, ce me semble, mieux selon ce principe de nier qu'il eût fait la Pâque legale, l'Agneau ne se pouvant manger que le 14 jour. Mais saint Chrysostôme et la plupart des autres commentateurs Grecs assurans qu'il a toûjours accompli la Loy, comme il le témoigne luy-même, il s'ensuit absolument qu'il a fait la Pâque, aussi bien cette dernière année que les précedentes, et c'est ce qui les embarrasse; au lieu qu'il y a bien moins d'inconvénients dans l'opinion des Latins. En effet le sentiment de ces Grecs, qui ont prétendu que Jesus-Christ n'avoit point mangé cette année la Pâque Juive, a paru si absurde à Maldonat, qu'il n'a pas cru qu'on dût s'arrêter à le refuter, jugeant qu'il étoit manifestement opposé aux paroles des évangelistes, *Quod* (*c*) *cùm omnes evangelistæ tam apertè testentur eum Pascha manducasse, refutatione non indiget.*

Pour revenir à Euthymius, le même Maldonat témoigne qu'il est difficile d'exemter de Pelagianisme sa remarque sur ces paroles, *Je* (*d*) *ne suis point venu appeller les justes à penitence, mais les pecheurs*, à moins qu'on n'adoucisse son expression: car il fait parler en ce lieu-là Jesus-Christ comme s'il n'étoit point venu pour les justes, qui peuvent d'eux-mêmes se sauver, mais seulement pour les pecheurs qui ont besoin de penitence. L'on ne peut cependant l'accuser de Pelagianisme, parce qu'il a suppose avec les autres Pères Grecs une grace generale qui est donnée à tout le monde, et qu'il a reconnu après eux que la volonté de l'homme, quelque bonne et portée au bien qu'elle soit, ne sauroit rien faire sans la grace (*e*) Aussi ce docte Jesuïte luy a-t-il rendu justice, ajoûtant qu'il ne condamne nullement l'Auteur qui est orthodoxe, pieux et savant, mais seulement son expression qui paroît trop libre: *Quanquam*, dit-il, *non auctorem qui et Catholicus et pius et eruditus est, sed auctoris minus cautum loquendi modum damno.*

Il y a plusieurs autres endroits où ce savant commentateur pourroit être soupçonné de Pelagianisme, ausquels neanmoins Maldonat n'a point touché; ne croyant pas qu'il fallût juger de la doctrine d'Euthymius par raport à celle de saint Augustin. Il parle le langage de son Eglise dans la remarque qu'il a faite sur ces paroles de Jesus-Christ, *Qu'il eût mieux valu que Judas ne fût point venu au monde* (*f*). Quelques-uns, dit-il, assûrent qu'il n'y avoit point de la faute de Judas, puis qu'il a accompli ce qui avoit été determiné auparavant; ausquels nous repondons qu'il n'a pas trahi son Maître par ce que cela avait été determiné auparavant; mais il a été determiné parce qu'il l'a trahi, Dieu ayant prévû tout ce qui devoit arriver: car cet homme devoit être veritablement tel, non de sa nature mais de sa volonté.

Il observe sur ces mots de saint Jean, *Afin* (*g*) *que tous crussent par luy*, que Jean a, a la verité, rendu temoignage afin que tous crussent, et que cependant tous n'ont point cru: car la foy n'est pas contrainte mais volontaire: Οὐκ ἐκ βίας γὰρ ἡ πίστις, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως·

Il ajoûte en suite sur ces autres mots, *Il* (*h*) *étoit la lumiere veritable qui illumine tout homme qui vient au monde*: s'il (*i*) illumine tout homme qui vient au monde, comment est-il resté tant d'hommes qui n'ont point été illuminez? Il repond que pour ce qui est de Jesus-Christ il illumine tout le monde; que s'il y en a quelques-uns qui demeurent sans être illuminez, cela vient de leur volonté: car la grace de la lumiere, ajoute-t-il, a été répanduë generalement sur tous à l'exemple du soleil; mais ceux qui ne veulent point jouir de la grace, sont eux-mêmes la cause de ce qu'ils ne sont point illuminez.

Les Livres du Nouveau Testament étant remplis de particules causales, qui semblent detruire la liberté de l'homme, il remarque à l'imitation des autres Commentateurs Grecs, qu'on ne les doit

(*b*) Διότι οὐκ ἦν ἀναγκαῖον τὸ περὶ ταύτης εἰπεῖν. Τί γὰρ ἂν καὶ συνετέλεσε Χριστιανοῖς ἡ ταύτης διήγησις; διὸ ταύτην μὲν παρέδραμον. Τοῖς δὲ λόγοις τοῦ μυστικοῦ δείπνου φιλοπονώτερον προσδιέτριψαν, ὡς ἀναγκαιώτατον καὶ συνεκτικώτατον τῆς ἡμῶν πίστεως. Ibid.

(*c*) Maldonat. Comment. in Matth. cap. xxvi, v. 20.

(*d*) Matth. ix, 13.

(*e*) Euthym. Comm. ad Matth. cap. xxvi, vers. 35. Verba infra vide: Οὔτε ἀνθρωπίνη προθυμία κατορθοῖ τι χωρὶς τῆς θείας ῥοπῆς. κ. τ. λ.

(*f*) Φασὶ δέ τινες, ὅτι ἀνέγκλητός ἐστι, τὸ προωρισμένον ἐπιτελέσας. Πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι οὐ διότι προώριστο, διὰ τοῦτο παρέδωκεν· ἀλλὰ διότι παρέδωκε, διὰ τοῦτο προώριστο, τοῦ Θεοῦ προειδότος, τὸ παντὸς ἀποθησόμενον. Ἔμελλε γὰρ ὄντως ἀποβῆναι τοιοῦτος, οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως. Ad Matth. cap. xxvi, vers. 24.

(*g*) Joan. i, 7.

(*h*) Ibid. 9.

(*i*) Εἰ δὲ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, πῶς τοσοῦτον μεμενήκασιν ἀφώτιστοι; τὸ μὲν εἰς αὐτὸν ἦκον πάντας φωτίζει· οἱ δὲ μένοντες ἀφώτιστοι, παρὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν πάσχουσιν. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς χάρις ἡλίου δίκην ἐπὶ πάντας ἁπλῶς ἐκκέχυται· οἱ δὲ μὴ θέλοντες ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος, αὐτοὶ τοῦ μὴ φωτισθῆναι αἴτιοι. Ad Joan. cap. i, vers. 40.

Digitized by Google

point considerer comme causales, ayant été mises seulement pour signifier ce qui devoit arriver. C'est en ce sens qu'il explique cette expression de saint Jean : *Afin* (*k*) *que cette parole du prophete Isaie fut accomplie*, Κάνταῦθα, dit-il, τὸ ἵνα, οὐκ ἔστιν αἰτιολογίας, ἀλλ' ἐκβάσεως, ἤτοι πληρώσεως τοῦ μέλλοντος.

Ce qu'il étend generalement à tous les endroits où cette expression et quelques autres semblables se rencontrent : car, comme il ajoûte, les choses que les prophetes ont prédites ne sont pas arrivées parce qu'ils les ont prédites ; mais elles sont prédites parce qu'elles devoient arriver. Il repete la même chose sur ces mots du verset suivant, *C'est* (*l*) *pourquoy ils ne pouvoient croire parce qu'Isaie a dit*, où il remarque en même tems *que ne pouvoir point*, signifie aussi *ne vouloir point*, Τὸ γὰρ μὴ δύνασθαι σημαίνει καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι.

Il ajoûte encore une reflexion semblable sur ces autres paroles qui suivent immediatement après, et qui paroissent d'abord avoir quelque chose de dur, *il a* (*m*) *aveuglé leurs yeux, il a endurci leur cœur de peur qu'ils ne voyent etc* (*n*). Cela, dit-il, est aussi une maniere de parler propre à l'Ecriture, de faire Dieu auteur de ce qu'il ne fait que permettre : car ces mots, *il a aveuglé, il a endurci*, sont la même chose que, *il a permis qu'ils fussent aveuglez et endurcis*, comme ne pouvant plus être gueris : car il ne tire personne par force, chacun ayant sa liberté. Ce qu'il confirme par plusieurs autres expressions tant du Vieux que du Nouveau Testament.

Je n'aurois jamais fait, si je voulois raporter en détail tous les lieux où ce savant Commentateur se précautionne, de peur qu'on n'attribuë à Dieu ce qui vient purement de nous. Il assûre après avoir conferé avec soin plusieurs passages ensemble, que ce sont des façons de parler propres à l'Ecriture : ce qu'il avoit apris des plus anciens Docteurs de l'Eglise. J'insererai encore icy la reflexion qu'il a faite sur ces paroles : *Afin* (*o*) *qu'il donne la vie éternelle à tous ceux que vous luy avez donnez. Autant* (*p*) dit-il, *que cela est en luy. Si quelques-uns n'ont point cru, et n'ont point reçu la vie éternelle, c'est leur propre faute : car il a plu au Pere que le Fils donnât le pouvoir à tous par la foy, et que tous fussent soumis au joug de ses commandemens. Le Fils a aussi donné à tous par le ministere des apôtres l'Evangile, qui est la connoissance de Dieu, en laquelle consiste la vie éternelle. Mais ceux qui ne sont point soumis, et qui n'ont point reçu cet Evangile, sont eux-mêmes la cause de leur perte : car Dieu ne contraint personne malgré luy ; la vertu venant de notre choix,*

Enfin j'ay raporté dans la premiere partie de cet ouvrage, les observations critiques qu'Euthymius a faites sur le chapitre dernier de saint Marc, et sur le VIII de saint Jean lesquelles sont des preuves de sa grande exactitude. Il ne dit pas, comme Hentenius luy a fait dire dans sa version, que les douze versets dont il s'agit en ce lieu-là n'ont été interpretez par aucun commentateur, mais seulement que saint Chrysostôme n'en parle point, Μηδὲ τὸν Χρυσόστομον ὅλως μνημονεῦσαι αὐτῶν : car c'est ainsi qu'on lit dans les deux exemplaires manuscrits de la bibliotheque du roy. Ce seroit icy le lieu de marquer les autres fautes de ce traducteur : mais outre que cela seroit long et même ennuyeux, on pourra publier le texte Grec de cet excellent Commentaire avec une nouvelle traduction. Il faut cependant avouer que Hentenius est beaucoup plus exact dans sa version, que celuy qui nous a donné en Latin le Commentaire de cet auteur sur les Pseaumes.

Hentenius de plus a eu un fort bon exemplaire ms. comme je l'ay reconnu en comparant sa traduction avec les deux manuscrits de la bibliotheque du roy, qui sont très-exacts. On y trouve aussi bien que dans le sien des scolies qui y ont été ajoûtées, et qu'il a fait imprimer en caracteres italiques. Ce qui merite le plus d'être consideré, c'est que les copistes Grecs qui ont écrit ces scolies ne conviennent pas toûjours, y en ayant plus dans quelques mss. que dans les autres. Elles sont à la marge dans un des mss. du roy, et dans l'autre en partie à la marge, et en partie dans le corps du livre avec la note σχολ. *scolies* ; et quelquefois même sans cette note. Cette differente maniere d'écrire les scolies que les Grecs ajoûtent à la plûpart de leurs livres, y a apporté beaucoup de confusion : car il est arrivé dans la suite qu'on a confondu avec le texte plusieurs de ces scolies, comme il me seroit aisé d'en produire un grand nombre d'exemples, tirez de ce Commentaire d'Euthymius Mais il suffit d'avoir fait cette observation en general, afin qu'on se précautione en lisant les Commentaires des auteurs Grecs, ou l'on a inseré plusieurs choses après coup, comme nous avons aussi vû qu'il est arrivé à Theophylacte.

(*k*) Joan. XII, 38.
(*l*) Joan. XII, 39.
(*m*) Ibid. vers. 40.
(*n*) Ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Γραφῆς, τὸ τὴν παραχώρησιν τοῦ Θεοῦ, ὡς πρᾶξιν αὐτοῦ λέγειν. Τὸ γὰρ τετύφλωκε καὶ τὸ πεπώρωκεν, ἀντὶ τοῦ παρεχώρησε τυφλωθῆναι καὶ πωρωθῆναι, ὡς ἀνιάτων. Οὐδένα γὰρ ἀνθέλκει, διὰ τὸ αὐτεξούσιον ἑκάστου.
(*o*) Joan. XVII, 2.
(*p*) Ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ. Εἰ δέ τινες οὔτε ἐπίστευσαν, οὔτε ἔλαβον ζωὴν αἰώνιον, τῶν τοιούτων ἐστὶ τὸ ἔγκλημα. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ εὐδόκησεν, ἵνα πάντων ὁ Υἱὸς ἐξουσιάσῃ διὰ τῆς πίστεως, καὶ πάντες ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ γένωνται· καὶ ὁ Υἱὸς δὲ πᾶσι διὰ τῶν ἀποστόλων δέδωκε τὸ Εὐαγγέλιον τὴν θεογνωσίαν, ἥτις ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος, ὡς πρόξενος ζωῆς αἰωνίου· οἱ δὲ μὴ ὑποταγέντες, μηδὲ παραδεξάμενοι, οὗτοι τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας αἴτιοι. Οὐδένα γὰρ ἄκοντα καταναγκάζει. Αἱρετὴ γὰρ ἡ ἀρετή.

Digitized by Google

Jo. Albertus FABRICIUS in *Bibliotheca Græca* vol. VII, pag. 474. Hamburgi 1727, 4.

Commentarius (Euthymii Zigabeni) in quatuor Evangelia, ex Chrysostomo et aliis priscis Patribus non sine judicio delectus. Hoc quoque eximium opus nec dum Græce lucem vidit, licet id affirment viri docti, Caveus, Elias du Pin, atque alii. Latine e præclaro Codice Bibl. cœnobii Deiparæ Virginis Guadalupensis Ord. D. Hieronymi in regno Castellæ, transtulit I. Hentenius, accuratior Zino, Sauloque interpres, cujus versio prodiit primum Lovanii 1544. fol. recusa (*q*) Paris. 1547, 1560, 1602, 8, et in Bibliotheca Patrum, tom. XIX. edit. Lugd.

Duos codices ms. Græcos hujus Commentarii similibus qualia Hentenius in suo reperit scholiis instructos in Bibl. Regia Parisiensi evolvisse se testatur Rich. Simon., lib. III Historiæ Criticæ (*r*) Novi Test. cap. 29, in quorum altero Mazariniano, sed recentioris manus scriptura Nicetæ tribuitur, quod non magis credibile, quam eorum conjectura, qui vel Œcumenio vel Ammonio nescio cui vel Theophylacto ascribere voluerunt.

Plura loca Græce ex hoc Commentario producit Simonius, tum hoc capite tum (*s*) lib. I, p. 120, 143; et lib. III, p. 84, et magni eum facit in primis, assentiturque Maldonato, qui ad Matth. XVII, 8, Euthymium in verborum proprietatibus observandis diligentissimum esse observavit. Inter scriptores e quibus Aurea Thomæ Aquinatis Catena in Evangelia collecta est, Euthymii nomen in recentioribus quibusdam editionibus additum, in antiquioribus et in Romana anni 1670. desideratur. Vide Simonis Hist. Criticam Novi Test. lib. III, p. 409 et 473.

(*q*) A Voigtio in Catalogo Hist. Crit. lib. rar. p. 734, et ab aliis memoratur etiam ex Theoph. Sinceri Biblioth. Hist. crit. lib. rar. p. 125 seq. editio Parisina anni 1544 in-8. apud Joannem Reigny. Excudebat Carol. Guillard. Sed in Indice hujus editionis, quem integrum videtur exhibuisse Voigtius, non legitur : *Liber hic neque Græce neque Latine antea typis unquam excusus est* : quæ leguntur in editione Lovaniensi. Ergo ut videtur, Lovaniensis tamen est princeps, etsi reperiatur Parisina ejusdem anni. Forte autem erratum est in numeris, ac pro 1544 legendum est 1547. In tanta libri raritate nihil hac de re certum habeo.

(*r*) Commentatorum.

(*s*) De textu N. Test.

Ex tomo primo *Dissertationis historicæ in Bellarminum* P. Phil. LABBE.

Euthymius Zigabenus, monachus Græcus, vixit ineunte sæculo XII superstesque adhuc erat anno 1118, quo Alexius Comnenus imperator obiit. — Scripsit orthodoxæ fidei Panopliam adversus omnes hæreses, in duas partes tributam, interprete Petro Francisco Zino Veronensi canonico : Commentationes in omnes 150 Psalmos, et decem sacræ Scripturæ cantica, e Græco in Latinum sermonem conversas per R. P. Philippum Saulium, episcopum Brugnatensem; Commentaria in Evangelia, interprete Joanne Hentenio Mechliniensi.

Hic auctor a Sixto Senensi diligens Scripturarum expositor, a cardinale Baronio accuratissimus earumdem interpres a Joanne Maldonato, in observandis verborum proprietatibus diligentissimus appellatur.

Jo. Augustus ERNESTI in *Institutione interpr. N. Test.* Pars II, cap. 9, § 24.

Nec prætereundus Euthymius Zigabenus, Panopliæ Dogmaticæ scriptor, e sæc. XII; cujus Commentarios in Evangelia Latine editos a Joan. Hentenio habemus, pariter e Chrysostomo maxime, sed tamen et aliis ductos, et doctis valde probatos, ut Sadoleto (*t*), quem vid. Epist. p. 214 edit. nov. add. Fabric. Bibl. Græc. t. VII, p. 484. Et memorantur codices scripti Comment. in Epist. Pauli, item Catholicas.

(*t*) Apud Sadoletum l. l. in edit. Veron. 1737, 4, nihil nisi hoc reperi : Ab Euthymio, cui ego sententias Basilii, Chrysostomique referenti, in Epistolis Pauli enotandis tribuo permultum.

Jo. Augustus NOESSELT *De Catenis Patrum Græcorum.* Halæ ad Salam 1762, 4, pag. 23 seqq.

Ex eodem genere (*u*) est Euthymii Zigabeni sæc. XII monachi monasterii Constantinopolitani, cognominati τῆς περιβλέπτου, Panopliæ dogmaticæ scriptoris, Commentarius in IV Evangelia, quem a

(*u*) Exposuerat proxime ante hunc de Theophylacto.

Digitized by Google

Joan. Hentenio in cœnobio regni Castellæ repertum et e Græco in Latinum sermonem translatum habemus tom. XIX Bibl. PP. maximæ Lugd., p, 475 seqq. Concinnata est hæc expositio ex Origenis, Basilii, Gregorii Nazianzeni et Chrysostomi potissimum scriptis, ea ratione, ut prætermissis omnibus digressionibus, quæ vel dictionis venustatem subolent, vel ad corrigendos mores spectant, ea in primis breviter et succincte tradat, quæ ad sensum grammaticum intelligendum maxime faciunt. Quod auctoris nostri consilium cum aliis viris doctis, tum Maldonato præsertim acceptum fuit, qui in com. ad Matth. XVII, 8, in verborum proprietatibus diligentissimum eum esse monuit. Dubitarunt autem alii, utrum Euthymius, an alius quispiam auctoris laude ornandus sit; ad quos pertinet Joan. Hentenius, qui in epist. nuncup. refert, plurimis auctorem hujus Catenæ visum fuisse Œcumenium.

Sed cum illud *videtur* maxime ambiguum sit, ita nec certius quid evincit adducta a Rich. Simone l. c. pag. 410, conjectura, qua, Theophylactum auctorem esse sibi persuadet. Qui enim inter utrumque intercedit consensus, vel a Chrysostomo, tanquam communi fonte, fluxit, vel si singularem dogmatum quorumdam tractationem spectes, fa stabilitis in Ecclesia Orientali fidei capitibus. Verum sæpius discedere Euthymium a Theophylacto cum in interpretatione, tum in lectione, exempla comprobant. Ita e. c. cum Theophylacto quidem et aliis codicibus conspirat in lectionibus supra (*x*) memoratis Matth. III, 11; V, 47; Luc. VII, 31 et aliis. Haud raro tamen singulari lectione gaudet, in quibusdam tantummodo N. T. codicibus obvia; ut Joan. VIII, 40, ubi loco παρὰ τοῦ θεοῦ Euthymius legit : Παρὰ τοῦ πατρὸς isque solus, et XIII, 25, voci ἐκεῖνος subjungit οὕτως. *Cum ergo ille recumberet ita super pectus Jesu*, etc. Quod interpretatur : *Ita sicuti recumbebat, hoc est non elevatus; sed tantum conversus.* Similiter Joan. XIX, 16, legit ἦγαγον εἰς τὸ πραιτώριον. Matth. XIII, 27, deest σῷ (*y*); et Luc. V. 19 omissum deprehendimus διὰ ante ποίας. It. Luc. XXII, 35, recte cum codd. quibusdam omittit καὶ ὑποδημάτων. Sed cautio hic adhibenda est ac diligentia, propterea, quod omnes lectionum varietates minime ab Euthymio proficisci, sed multas potius e margine in contextum irrepsisse exploratum est. Refert enim Hentenius in præf margini exemplaris ascriptas fuisse adnotationes (*z*), quæ deinde in reliquæ scripturæ ordinem redactæ atque post ejus particulæ textus enarrationem, ad quam ponebantur, ab ipso locatæ sint. Unde etiam haud mirum, quod toties cum exemplari (*a*) Complutensi Græco et Vulgato interprete congruat, præsertim cum ipse editor mala fide in corrigendo subinde egerit. Ita in recensione locorum quorumdam, in quibus exemplar Hentenii alia habebat, quam ea, quæ vulgo circumferuntur, exemplaria, ipse loco cit. pag. 485, narrat, verba Luc. XIX, 15. οἷς ἔδωκε (*b*) τὸ ἀργύριον apud Euthymium non exstitisse : *Quod tamen*, inquit *addidimus sicut quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et in Complut. editione habeatur.* Hisce navis facile mederi potuissent editores, si textum Euthymii collegissent e codicibus Græcis, præsertim Parisiensibus et Barocciano 28, qui Millio quondam in conquirendis lectionibus magno adjumento fuit. Illud quoque sciendum est, Euthymium iis in locis, ubi argumentum se offert, quod in alio evangelista jam dilucidatum erat, transmittere lectorem ad dictam expositionem, citato nimirum juxta Græcorum supputationem capite; cujus allegandi rationis secundum majora κεφάλαια institutæ mentionem injiciens Sixtus Senensis, Bibl. S. L. III, p. 166, refert : Euthymius *seu, ut quibusdam videtur*, Œcumenius *distribuit Evangelium Matthæi in titulos seu capita* (*c*) 86. Cujusmodi distinctiones apud Marcum exstant 48; Lucam 83; Joannem denique 18; non numerata sectione de muliere in adulterio comprehensa, quæ narratio quanquam a Græcis doctoribus passim omissa, ab Euthymio explicatur (*d*). Neque etiam intactas relinquit sententias, quibus stant, qui Græcæ Ecclesiæ addictos sese profitentur. Qualis est illa, quæ progenuit contentionem inter Græcos et Latinos diu olim agitatam : quo scilicet die Christus agnum paschalem comederit? porro doctrina de operum retributione non statim a morte cujusvis initium capiente, sed differenda ad diem judicii : denique etiam de Spiritu sancto a solo Patre procedente. cui opinioni inhæsisse scriptorem nostrum arguunt loca, quibus Spiritum sanctum a Patre procedere

(*x*) Pag. 16. Sunt autem hæ : Matth. III, 11 omittitur καὶ πυρί. N. 37. φίλους, pro ἀδελφούς. Luc. VII. 31, absunt, εἶπε δὲ ὁ Κύριος.

(*y*) Servat id uterque codex meus.

(*z*) Idem quoque de Parisinis codd. refert Simonius. Id intelligitur etiam ex hac editione et ex codicibus Mosquensibus. Sed ista additamenta in marginibus scholia spectant, non contextum.

(*a*) Complutensem editionem Hentenius ad manus habuit, ex qua etiam disputat contra editionem Erasmi. Sæpius etiam versionem Latinam Vulgatam pro Euthymio expressit. In eo autem secutus est consuetudinem illorum temporum.

(*b*) Servat hæc uterque Mosquensis.

(*c*) Imo 68.

(*d*) Addit vero Euthymius in fine cap. VII Joan : *Scire autem oportet, quod ea, quæ ab hoc loco habentur, usque ad eum, quo dicitur.* Iterum ergo locutus est illis Jesus, dicens : « Ego sum lux mundi, » *in exactioribus exemplaribus aut non inveniantur, aut obelo confossa sint, eo, quod illegitima videantur et addita. Et hujus argumentum est, quod nullus ea sit interpretatus.* Sed minus recte verborum Euthymii sensum percepisse videtur Hentenius, quoniam in duobus mss. codicibus, huic exemplari admodum similibus, quos commemorat Rich. Simon, l. c. pag. 422, verba ita se habent : Μηδὲ τὸν Χρυσόστομον ὅλως μνημονεῦσαι αὐτῷ. *Ita* Noesselt *in nota ad h. l.*

Digitized by Google

asserit, nulla Filii facta mentione (e). Reliqua quæ Euthymii nomine feruntur scripta, nondum edita, num ab eo profecta sint, exploratum non habemus. Certe quod ad Expositionem epistolarum Pauli attinet a nonnullis Euthymio ascriptam, Rich. Simon Bibl. crit. de Du Pin l. c. pag. 323, eos Euthymium cum Œcumenio commutasse judicat.

(e) Ita ad Joan. XIV, 10. Et datur quidem a Patre, utpote ab illo procedens, mittitur vero a Filio quasi cooperans, et non contrarius. Similiter c. XV, 26. : Vide autem, quod mittit quidem eum et Filius, tanquam ejusdem cum Patre honoris; verum id a Patre puta, procedentem. Procedit itaque a Patre, tanquam de ejus substantia. Noesselt *in Notis ad h. l.*

JOANNIS HENTENII MECHLINIENSIS

EPISTOLA DEDICATORIA.

Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Francisco a Bovadilla episcopo Cauriensi, archidiacono Toletano, etc. Joannes Hentenius Mechliniensis, S. D.

Si bonum eo præstantius esse quanto communius, nemo est vel mediocriter morali philosophia instructus qui dubitet, præsul amplissime, virtutum ac litterarum antistes : non erit etiam qui ambigat, commune bonum privato esse præponendum. Idque adeo verum est, ut etiam Christus sacratissimam illam vitam suam vilem habuerit, quo universo generi humano salus adempta possit restitui. Verum ne dicat quispiam Christi opera, utpote divina, nequaquam in numerum esse redigenda : age et ab ethnicis quoque paucos de innumeris referamus, qui suam suorumque vitam communi bono posthabuerunt. In primis autem occurrit Junius ille Brutus, primus Romanæ libertatis assertor, qui proprios filios, quod fuissent consilii de reducendis regibus participes, securi jussit percuti : tametsi ex eorum cæde gravi ipse sauciaretur vulnere ; quis enim amor æquari possit patrum erga filios amori? Nec id sane Virgilium latuit, qui de eo loquitur in hunc modum :

Vis et Tarquinios, reges animamque superbam
Ultoris Bruti, fascesque videre receptos?
Consulis imperium hic primus sævasque secures
Accipiet : natosque pater nova bella moventes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix, utcunque ferent ea facta nepotes :
Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.

P. Decius Mus cum consule T. Manlio Torquato contra Latinos pugnans, cum responsum esset oraculo, utrius exercitus imperator legiones hostium, seque super eas devovisset, ejus populi partisque fore victoriam : se ipsum pro communi exercitus salute devovit.

Idemque fecit filius ejus eodem appellatus nomine, cum jam tertium consul fuisset, semelque censor : quorum etiam his verbis poeta meminit :

Quin Decios Drusosque simul, sævumque securi
Aspice Torquatum et referentem signa Camillum.

Marcus Curtius præterea ob populi salutem sese equo invectum in terræ hiatum injecit. Sp. Postumius consul, qui ignominiosam pacem cum Claudio Pontio Samnitium duce ad furcas Caudinas pepigerat ac spoponderat, auctor fuit senatui, ut se cum collega ac tribunis qui auctores sponsionis fuerant, per fœciales nudos vinctosque Samnitibus dederet, quo populus Romanus ab illa pace solveretur.

Q. Ceditius tribunus militum, quem videtur Titus Livius Calphurnium Flammam vocare, primo bello Punico cum quadringentis militibus, vel, ut habet Livius, cum trecentis, nisi fortassis hic alius fuerit, morti se tradidit : ut dum in eos, tumulum quemdam capientes, averterentur hostes legiones cum consulibus circumventæ, incolumes ex obsidione liberatæ, pertransirent. Simile quoque egit Decius tribunus militum cum consule P. Valerio Corvino, junctus hastatis unius legionis (quanquam hos fortuna liberaverit) ne hostes Samnites in eos pugnarent. Inter Lacedæmonios ingens est hujus modi copia exemplorum : verum præcipui sese mihi offerunt Buris et Spartis, qui ad Xerxen Persarum regem sponte profecti sunt : daturi pœnas quas Lacedæmonii juxta oraculum pendere debebant, eo quod Oratores a Persa missos occidissent. Hi ergo cum ad Xerxen venissent, jusserunt ut se quocunque modo videretur, pro Lacedæmoniis interficeret. Cumque rex pietatem in patriam admiratus, animorumque fortitudinem, liberasset illos a pœna, peteretque ut apud se manerent : Qui possumus, inquiunt, hic vivere, relicta patria, patriisque legibus ac viris, quorum gratia tantum iter suscepimus morituri ? Quid Codri Atheniensium regis mortem referam, qui cum videret regionem suam ferro ignique vastari, nec alio modo juxta Apollinis oraculum tam grave bellum discuti posset, nisi ipse hostium manu occidisset, idque non solum in totis Atheniensium castris, sed etiam in contrariis percrebuisset, ideoque edictum esset, ne quis Codri corpus vulneraret, depositis imperii insignibus, familiarem induit cultum, ac palantium globo sese objecit, unumque ex his falce percussum in sui cædem compulit, ut patriam servaret ; hujus siquidem interitu, ne Athenæ occiderent effectum est.

Digitized by Google

Huic jam rei finem imponam, si prius hominis ethnici, nempe Ciceronis *De somnio Scipionis* dictum vere Christianum de communis boni magnitudine retulero, qui sic ait : « Quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rempublicam, sic habeto : omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. » Nihil est enim illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia cœtusque hominum jure sociati, quæ societates appellantur : harum rectores et conservatores hinc profecti, huc revertentur. His igitur, qui vel seipsos fortiter pro republica morti tradiderunt, aut in ejus utilitatem artem aliquam quantumvis etiam illiberalem ac sedentariam, sive quidpiam in ea præcipuum gratumque posteris adinvenerunt, vices rependere cupiens antiquitas : et qua liceret, perpetuam eorum memoriam ab interitu vindicare, statuas æreas seu marmoreas sepulcra erexit. Præterea ethnicorum libros ingenti redemptos pretio magna fide vel religione potius descriptos, cedrinis inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos, posteri in templis cautissime reponebant : partim ut rei tam sacræ, tamque divinæ custodia non aliis quam ipsis numinibus concrederetur : partim ne quid situs aut caries illa monumenta vitiaret. Alii ne hac quidem contenti diligentia, codices ceu thesaurum incomparabilem in altissimis terræ latebris recondebant tanta cura, ut nec incendiis, nec bellorum procellis, quibus omnia sacra profanaque solent misceri, interirent, et posteris certe superessent. Porro si hic honos est habitus superstitiosis etiam voluminibus, veluti Numæ ac Sybillæ, aut rerum ab hominibus gestarum memoriam complectentibus, quales erant Ægyptiorum libri : aut aliquam humanæ sapientiæ portionem tradentibus, veluti Platonis et Aristotelis : quanto justius est idem facere Christianos in servandis illorum monumentis ? qui sacro afflati Spiritu, non tam libros, quam oracula nobis reliquerunt, quibus lectitandis, pectus non doctrina solum aut dicendi facultate, sed virtutibus ac pietate erga Deum impleatur : cum certe ethnicorum librorum jactura id tantum efficiat, ut minus eruditi simus, aut minus eloquentes, non ut minus pii.

In his itaque qui veterum auctorum ac Patrum scripta nobis tradiderunt, maxime autem Chrysostomi quo nemo in enarrandis sacris voluminibus dexterius versatus est, et quo neminem invenias magis accommodatum his qui ad munus concionandi sese parant non posteriores tulit Græcus quidam auctor : qui cernens veteres sacros auctores et præcipue eos qui plurimum laboraverant in enarrandis evangelicæ doctrinæ libris ad quam docendam Filius Dei ad terram descenderat nequaquam pro merito lectitari : sive id librorum multitudine, sive lectorum fastidio, sive temporis acciderit penuria : in unum collegit volumen, quidquid illi magna codicum turba selectum, circa Evangelia reliquerant. Et tamen cum posteris adeo utile ac amplectendum reliquisset opus, tanta fuit animi modestia quod etiam passim ex ejus scriptis luce clarius est perspicere ut sibi id adeo non vindicaverit, quod nec proprium nomen adjiciendum censuerit, sed Chrysostomi potius cum cæteris, quorum ingenue fatebatur esse potissima, quæ in unum ipse colleg t quanquam et ipse suo marte plurima quæ et præstantissima erant, adjunxerat, ut hinc conjicias quantum animo dissideret ab iis qui in modum corniculæ alienis sese ornant ac venditant plumis. Plurimis sane auctor hic fuisse videtur Œcumenius is, qui sim lia Commentaria ex eisdem collegit auctoribus, in Acta apostolorum, in Epistolas quæ Catholicæ nuncupantur, ac in Paulinas omnes, ut certis quibusdam argumentis colligitur, etiamsi nec ibi voluerit suum nomen exprimere : qua de re pluribus agemus, cum tomum illum alterum propediem in lucem dabimus. Hunc itaque Græca manu descriptum ante multas ætates quod præter ipsas evangelistarum novo modo depictas, jamque propemodum vetustate deletas imagines, multis nobis argument's innotuit cum casu reperissem in bibliotheca cœnobii Deiparæ Virginis a Guadalupe, ordinis divi Hieronymi in regno Castellæ, in qua etiamnum delitescit : ut sunt ejus sodalitii, præsertim autem celeberrimi illius monasterii cœnobitæ, non modo Christianæ nostræ religionis, verum etiam præstantissimorum semper auctorum, potissimum tamen veterum, diligentissimi observatores ac cultores, visum est invidi esse, ne dicam impii, re adeo frugifera pati diutius privari Latinos. Nec tamen inscius eram, quam duram, quamque arduam adirem provinciam : partim quidem, quod propriæ conscius imbecillitatis, incultique ingenii, habueram semper in animo, nihil in publicum edere : partim vero quod mihi res esset cum ejusmodi libro, quem vel legere non mediocris foret negotii, utpote ignotis ut plurimum exarato characteribus ac compendiis, maxima licet cura ac diligentia : litterarum etiam figuris plerumque vel carie ac situ oblitteratis, vel tinearum ac blattarum injuria semirosis, vel novo adeo more depictis, ut in formis etiam noscitandis mihi foret repuerascendum. Omitto quod frequenter in orationis contextu non sunt a se invicem separatæ dictiones : et e diverso ejusdem dictionis litteræ aut syllabæ plusquam justo a se invicem separantur intervallo, adeo ut nec versus syllabam sæpius finiat : commata ac incisa vix adduntur, aut ubi nihil opus est apponuntur : quæ res plerumque difficultatem gignit non parvam. Sciebam præterea quanto ut in universum dicam sese exponant periculo, qui libros a peregrina lingua traductos in lucem edunt : quot et quam varios suscipiant judices, quorum plerique Græcis litteris ne a limine quidem salutatis, ob id statim omnia damnant, quod mundum illum rhetoricum præ se non ferant, ignorantes quibus arcetur modis is, qui alienæ linguæ depositum fi-

Digitized by Google

deliter reddere cogitur. Summopere enim curandum est ei, qui ab una lingua quidpiam transfert in aliam : ne dum sermoni quærit ornatum, repente pro interprete paraphrasten agat : rursumque ne ita verbis hæreat, ut prioris linguæ idiomata aut dialectos retineat : sed quæque lingua quod suum est habeat : alioqui nec Græce loqui videtur, nec Latine : idque quod in indoctum jactatum est comicum, ipsi adaptabitur, quod ex Græcis bonis, Latina fecerit non bona, id quod de multis exulcerato hoc sæculo apte quis dixerit. Quis enim sacras jam Litteras passim non sibi vindicat, antequam discat : torquet, lacerat : suoque intellectui, imo suis affectibus servire cogit scripturam etiam repugnantem ? Et quemadmodum scribimus indocti doctique poemata passim, ita et plerique, quanquam in sua arena feliciter versarentur, proprios egressi limites, dum sutores, relictis crepidis, ignota quæque dijudicare conantur, non raro misere hallucinantur. Quid enim medico aut jurisperito cum versione aut interpretatione sacrorum mysteriorum ? Quodque longe magis deflendum est, dum animo pravis imbuti sunt dogmatis, quæ ex Græco vertunt in Latinum, non satis fideliter tractant : nunc quidem, quod frequenter accidit, cogente harum rerum imperitia, quod tamen, nisi illotis accederent ad contrectanda sacra manibus, facilius posset ignosci : nunc vero, ne suis repugnent dogmatis, aut truncatim, aut prave sensum nobis reddunt. Quod luce clarius ostendemus, ubi alterum tomum Deo propitio in lucem ediderimus, quod, ut spero, brevi faciemus. Ob hæc igitur aliaque plurima quæ versionem variis exaggerant difficultatibus, non is sum qui non intelligam, quantum huic auctori dignitatis, quantumque splendoris tenebricosus interpres abstulerim. Sed utcunque sit, sensum tamen me assecutum opinor, licet ipsum nullo cultu adornaverim : verum id nemo sanæ mentis in Commentariis requiret, maxime ab eo qui, ut præfatus sum, peregrinæ astrictus est linguæ. Quod si universis satisfacere non potui facile feram, cum ne mihi quidem ipsi in omnibus faciam satis. Attamen onus hoc, quanquam meis longe impar humeris, subire aggressus sum, quod alio sese non offerente, grande ducérem piaculum, si fideles diutius tanto fraudarentur thesauro. Quid enim, quod ad evangelicæ historiæ enarrationem attinet, in Chrysostomo potissimum, deinde et in Origene, Basilio, aut Nazianzeno invenies, quod hic facillime et succinctissime non proferat? Et Chrysostomo quidem satis patet non eum fuisse scopum, ut Evangeliorum aut actionum apostolicarum, seu Paulinarum Epistolarum nudum nobis traderet intellectum. Alioqui enim tam vasta in paucos sacræ Scripturæ libros non reliquisset volumina, sed plebis formandos mores suscepisse magis videtur : et idcirco locos ad plebem tractat communes, et enarrationem homiliis distinguit. Quin et Theophylactus, quanquam is ad historiæ seriem magis accedat, non nihil tamen subolet dictionis illum affectasse venustatem : quodque rhetorice dixisse satis cupiat videri, et non soli litteræ enarrationi hærere. At noster hic auctor unicum hunc habuit scopum, ut evangelicam succincte cunctis aperiret historiam. Quod si ad mores quoque corrigendos nonnihil exhortationis exoptes, id etiam breviter quidem ac rarius, sed felicissime tradit hic auctor. Quam apte, bone Deus, cum evangelistæ plurimum dissidere videntur, ita dissidentia connectit loca, ut ab eodem plane illa videantur esse dicta. Et huic quidem rei nullus, meo judicio, adeo utiliter ac serio hactenus invigilavit. In quo tamen, sicut neque in cæteris, nolim quisquam meis fidem habeat verbis, nisi longe plura in hoc lectitando, laude digna repererit, quam ego possim assequi enumerando.

Hoc itaque opus, ut tibi nuncuparem, amplissime præsul, fecit inter innumeras tuas dotes, maxima humanitas tua : quam præter auditam famam longe lateque dispersam, non semel in te sum expertus : qua, cum omnes etiam extremæ fortunæ homines tum studiis potissimum deditos, benignissime semper amplecteris : ipsaque studia, ubicunque vel minima datur occasio, totis provehis viribus. Præterea id magis aggredi sum ausus, quod cum tibi forte fortuna nos invisenti, primum hunc meum partum omnino adhuc informem demonstrassem, una cum Græco exemplari, nequaquam ut monstrum abhorruisti, sed veluti pulchellum pusionem avide deosculabaris : mirabare non nullas quoque occultas in eo dotes, non cujusvis oculis expositas. Quod nisi ita contigisset, qua temeritate tentassem, tam locupleti, hac etiam in parte, viro, tantillum offerre munusculum : Munusculum, inquam : nam licet in se munus sit, fortassis non aspernandum, si tamen ad immensas ac pretiosissimas tuas opes conferatur, indignum censebitur, quod in tuo thesauro, vel exiguum inveniat locum. Siquidem ut hæc interim sileam, quæ dicit Apostolus in episcopo non oportere desiderari : nempe ut irreprehensibilis sit, tanquam Dei dispensator, vigilans super gregem, sobrius, non protractus, non iracundus, sed modestus, hospitalis, aptus ad docendum, pius, temperans, tenax ejus qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, et contradicentes convincere, non violentus, non percussor, non turpiter lucri avidus, sed æquus ac justus a pugnis et ab avaritia alienus, qui domui suæ bene præsit. (Nam si quis, inquit, propriæ domui præesse non novit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?) non in fide novitius, ne inflatus in judicium incidat diaboli : qui et bonum habeat testimonium ab extraneis. Ut hæc, inquam, omnia sileam quæ nullus qui te propius noverit, in te desiderare poterit : quin pleraque etiam abundantius inveniet, quam exegerit Apostolus, cum pulcherrimo quoque et fulgentissimo illo castitatis

Digitized by Google

cingulo. Verum quis non admirabitur in viro tam præclaro genere orto, cui adeo semper arriserit ex omni parte fortuna, quæ nihil quod suarum est partium ipsi unquam negasse videtur, tam variam, tamque reconditam eruditionem, judicium certissimum, ingenium tam acre, peneque divinum, memoriam adeo tenacem? in quo præter exactam utriusque juris prudentiam, perfectam quoque trium linguarum peritiam quis non suspiciat? Nam in Græcis ac Latinis adhuc puer exercitatissimus erat: in Hebræis vero Deus bone quam feliciter versatus est, quam etiam erga suum præceptorem liberalis. Qui his igitur comitibus ita ad sacras jam dudum accessit Litteras, ut neque naturalis philosophiæ, neque theologiæ, quam scholasticam vocant, destitueretur peritia, quis ambigat ipsum mira præstiturum? Itaque nullum in eis quantumvis abstrusum invenias locum, cujus exactissimam non possit ex tempore reddere rationem. Sed quid ego hæc non crediturus frustra denuntio? de homine potissimum, qui nondum quintum et tricesimum attigit annum, in præclarissimo dignitatum opumque splendore semper constituto, quæ non parum impedimenti studiis afferre solent. Spero equidem quod concredita sibi talenta nequaquam in terram defodiet. Quanquam enim etiam nunc lucerna sit non subter modium, sed super candelabrum posita, omnibus qui in Ecclesiæ domo sunt, vitæ ac morum integritate, librorumque editorum doctrina prælucens, ac ut probum præstet Christi ovium sibi concreditarum pastorem, plurimis iisque maxime arduis distringatur negotiis: dabit tamen propediem, si divinare licet majus adhuc sui specimen in lucem, quo perspicuum omnibus fiet, me hæc assentandi gratia minime promulgasse, sed longe adhuc intra veritatis limites calamum continuisse. Quod si his e Græco vertendis vacare voluisset, supervacue nobis maximus hic labor sumeretur. Scio enim nonnulla eum quasi per ludum sibi ipsi vertisse facillime, in quibus ego noctes atque dies desudans, necdum omne id quod quærebam me opinor assecutum. O utinam tales forent omnes episcopi ac dispensatores, quos Dominus constituit super familiam suam, ut dent illi cibum in tempore! profecto felicius ageretur cum Christi ovibus, imo cum tota republica Christiana. Præsulum namque et pastorum vitam ac mores grex universus imitatur. Quapropter omnibus in rebus, ornatissime præsul, hoc aurium ornamentum ne fastidias, te per tuam orbi cognitam humanitatem etiam atque etiam obtestor. Nosti enim ipsi præceptum fuisse Mosi, ut ad tabernaculum ac sanctuarium construendum non modo aurum et argentum, purpuram et byssum, lapides onychinos ac gemmas acciperet: verum etiam viles inter cætera caprarum pilos. Scis et viduæ duo æra minuta non modo fuisse Christo gratissima, sed omnibus quoque splendidis divitum muneribus ab eo præposita: et poculum aquæ frigidæ Christi nomine offerentem, nequaquam præmio fraudandum. Si igitur munus hoc ad tuas domi repositas divitias conferas, profecto vilius erit abjectissimis caprarum pilis: cui nihilominus, sicut et illis, locus erit ad exteriora tabernaculi Domini asservanda. Si vero animum quo munusculum hoc tuæ illustrissimæ offertur Celsitudini conspexeris, audeo asserere, auro et argento, purpura et bysso, lapidibus onychinis ac gemmis longe præstantius fore. Etenim si qua in re detur, ut propensi erga te mei animi facias periculum, nullam subire recusavero sententiam, si me ullo modo te inveneris fefellisse. Ne ergo munus hoc in se consideres, nec ad universam tui musei supellectilem conferas: sed ad offerentis animum, quo id verecunde porrigit, parumper oculos deflecte, ac munusculum hilari fronte suscipe: ut dum hæc non ingrata tibi fuisse deprehendero, majores ad hujusmodi studia vires assumam. Vale, præsulum decus eximium. Lovanii anno a partu virgineo, 1543, sexto Idus Augusti.

Ejusdem admonitio de auctore horum Commentariorum ex editione (a) Lovaniensi 1544, fol.

Studioso Lectori.

Cum hos Commentarios ante aliquot menses (*b*) in lucem ederemus, studiose lector, nec certi quidquam haberemus, quod de auctore divinaremus, aliorum magis, quam nostrum secuti judicium, præfati sumus, quibusdam videri auctorem esse Œcumenium, quem in cætera Novi Testamenti brevi a nobis Latinum accipies. Quanquam (ut verum fatear) hujus phrasis ab illo non parum (*c*) mihi dissidere videbatur. Nunc vero eumdem nacti auctorem in Psalmos Davidicos, et in Cantica quæ (*d*) una cum Psalmis canit Ecclesia, jam

(*a*) Hanc editionem, quam beneficio Heynii, viri perillustris, ex bibliotheca universitatis Goettingensis accepi, recenset Hamberger, *im vierten Theile der zuverlässigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern*, pag. 82. 85.

(*b*) Anno 1543, sexto Idus Augusti, ut ex ejus prælatione intelligitur.

(*c*) Magnum esse discrimen acuminis, ordinis, consilii, græcitatisque inter Pseudo-Œcumenium et inter Euthymium, nemo in dubium vocabit, qui utrumque legerit, sed de Œcumenio quid sentirem, dici alibi. Cum Euthymio nullo modo comparandus. Simillimus autem Euthymio est Pseudo-Theophylactus in Epistolas Paulinas.

(*d*) Ista cantica in plerisque codicibus τῶν Ο', junguntur Psalmis. Atque ita etiam reperi in duobus codicibus Mosquensibus Psalmorum cum interpretatione Euthymii, nimirum in cod. Bibl. SS. synodi num. 196 et 97.

Digitized by Google

secundo (*e*) typis excusum, certissimo certius ausi sumus ferre judicium, horum Commentariorum auctorem esse Euthymium (*f*) Zigabonum. Neque enim ovum ovo fuit unquam adeo simile, quam hæc (*g*) phrasis illi. Videas in utroque gratam cum simili pietate brevitatem, succinctam Hebraismorum explanationem. Et quemadmodum ibi Psalterium, ita et hic singulorum evangelistarum enarrationes simili ac pervenusta concludit (*h*) δοξολογίᾳ juncta παραινέσει. Adde (*i*) quod inter cætera enarrat et Mariæ ac Zachariæ cantica, quæ habet Lucas primo capite : quorum et in hoc et in illo libro, verbis duntaxat pro varietate interpretum immutatis, eamdem videbis interpretationem. A Et utrobique super eo verbo, *Præibis ante faciem Domini parare vias ejus.* Quæ sint, inquit, viæ ejus diximus tertio capite Evangelii secundum Matthæum, ubi habetur : *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* Cum hæc aliaque plurimaque certissima de hoc auctore indicia haberemus, maluimus in his quæ nondum distracta erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. Quare sicut illorum Commentariorum in Psalmos, auctorem nemo dubitat vere esse Euthymium Zigabonum, sic neque deinceps horum in Evangelia Commentariorum suspicetur quisquam alium esse auctorem. Vale. Anno 1544. Nonis Februarii.

(*e*) Ex hoc colligit Hambergerus, supra laudatus : *Dass einige Exemplare, aller Wahrscheinlichkeit nach, das Jahr* 1543, *auf dem Titel führen.* Sed vocabulum *excusum* est ambiguum. Incertum enim, utrum ad Commentarios in Psalmos, an ad Commentarios in Evangelia sit referendum. Sed illud puto. Etenim Montefalconius in Bibliotheca Coisliniana, p. 58, memorat illorum Commentariorum, ex interpretatione Philippi Sauli, editionem Veronæ in fol. ann. 1530, et Lutet. in 8, ann. 1543. Priorem, si recte memini, vidi quondam in bibliotheca amplissimi senatus Lipsiensis. Hanc, ut videtur, notat Hambergerus, loco laudato quanquam hic pro Lutetiæ, scripsit Parisiis. Alterum argumentum est, B quod in hacipsa editione Euthymii, anni 1544, in Indice scribitur : « Liber hic neque Græce, neque Latine antea typis unquam excusus est. » Denique hic in fine hujus admonitionis legitur : « In his quæ nondum distracta erant, » etc. Est ergo hæc, ut credo, editio princeps, mutato tantum Indice.

(*f*) Ita, pro *Zigabenus.*

(*g*) Id ipse etiam testari possum, cum codices Mosquenses Psalmorum tractaverim.

(*h*) Sed hoc in pluribus Patrum Commentariis reperitur.

(*i*) His et similibus argumentis in primis efficitur, auctorem horum Commentariorum esse Euthymium.

EJUSDEM PRÆFATIO.

Candido Lectori.

Ne quid in hoc auctore evolvendo hæsites, candide Lector, paucis de rebus te duximus præmonendum. Id igitur primum sit, quod in eo exemplari quod ad nostras manus pervenit, quædam annotationes interdum ponebantur (*k*) in marginibus : quas, cum nequaquam pœnitendas censerem, non fuit animus penitus abjicere, ne vel hoc commodo fraudareris. Verum ne hujusmodi adnotationibus margines replerentur, nec esset spatium ponendis sacræ Scripturæ locis, quæ passim ab auctore citantur, eas in reliquæ Scripturæ ordinem redegimus, atque post ejus particulæ textus enarrationem ad quam ponebantur, locavimus : certis tamen quibusdam (*l*) notulis, hinc quidem adnotationem ipsam, illinc vero locum cui respondeant designantibus. Alias autem, quæ duobus verbis capitum sententias demonstrabant, suis locis reliquimus. Quin et paucis in locis, ubi operæ pretium visum est, nostras quoque adnotatiunculas margini addidimus : præsertim : cum litteræ dictio aliqua Hebraicam aut Chaldaicam C habet originem, quæ loca auctor noster, ut qui Græcus tantum esset, aut omnino prætermiserat, aut infeliciter tractaverat. In primo statim cujusvis faciei initio nomen evangelistæ, una cum capitis numero juxta Latinorum enumerationem posuimus : supra ipsos autem paginæ versus, majusculis litteris, numerum capitis juxta Græcorum supputationem, quod eam solam auctor noster toto opere prosequatur.

Loca vero e Bibliis citata, aut ea concernentia, in margine adnotavimus ; numeris juxta Latinorum distinctionem capita designantibus, quod hæc opinemur esse tibi notiora. Ubi autem locus quispiam citatus, non fuerit in margine expressus, ad ejusdem voluminis locum antea citatum recurrito ; id enim de industria omisimus, ne idem caput D ejusdem voluminis toties iteratis vicibus adnotaremus. Ignosces etiam pro tua humanitate, candide lector, quod voces quasdam non vitaverimus, a quibus nostro hoc feliciori sæculo abhorrent nonnulli ; veluti sunt, *salvator, salvare, compati, compassio, incompassibilitas, dispensatio, dispensatorie ac similes* : potissimum cum viderem doctissimos ac eloquentissimos christianæ religionis proceres ab

(*k*) Idem observavit Richardus Simonius in Euthymii codicibus Parisinis, et nos in utroque Mosquensi.

(*l*) Nimirum signo crucis quod nos quoque imitati sumus.

Digitized by Google

bis nequaquam abhorruisse, Tertullianum dico, Lactantium, Cyprianum, Hieronymum et Augustinum, qui etiam XIII De Trinit., cap 10, ita loquitur : «Nisi infirmitas esset, medicum necessarium non haberent, qui est Hebraice *Jesus*, Græce *Soter*, nostra autem locutione *Salvator* : quod verbum Latina lingua non habebat, sed habere poterat, sicut habuit quando voluit.» Et merito hæc dicit Augustinus. Quis enim dubitat, quin Cicero, si nostris fuisset temporibus, nostræque fidei recepisset dogmata, plurimis usus fuisset vocibus quibus non est usus : quanquam et ipso verbo *Salvare* usus est in L. Pisonem, et ejus voce passiva, II De natura deorum. Quintilianus quoque lib. XII, cap. 10, usus est eodem verbo ; quod etiam adnotaverunt ante nos viri doctissimi. Quanquam recentiores typographorum castigatores hæc immutare ausi sint : sive id suo fecerint arbitrio, sive aliorum suasu, qui hæc depravata fuisse asserebant, quod rara essent inventu. Ego tamen vulgo me nonnihil accommodare debui. Quia vero locum quemvis occurrentem idem auctor, nullo prætermisso ita explanat, ut quæcunque circa eam materiam, aut idem evangelista alio in loco, aut cæteri recensent, pariter edisserat, ad minima usque singulorum interdum verba, ubi vero sese postmodum eadem res obtulerit, ad dictam interpretationem citato juxta Græcorum supputationem capite transmittat : idcirco præstat antequam auctoris verba aggrediamur præmittere ordinem ac numerum singulorum capitum modo quo apud Græcos distincta sunt, quem et nos una cum auctore in nostra versione servabimus. Deinde quia in Græco, in quod incidimus, exemplari, contextus Evangelii non raro discrepat a Novorum Testamentorum editione, quæ passim Græcis excusa typis circumferuntur : quod ubi accidit, plerumque conforme est exemplar Græci hujus auctoris editioni Bibliorum, quæ dominus Franciscus Ximenez archiepiscopus olim Toletanus, ac S. R. E. cardinalis, immensis sumptibus, laboribus ac vigiliis, maxima cum diligentia compluti curavit nostris temporibus variis linguis excudenda : accitis undique terrarum tum viris in linguarum cognitione doctissimis, tum exemplaribus castigatissimis ac vetustissimis, vel ab ipsa Leonis X Bibliotheca, vel a Venetorum senatu transmissis, aut aliunde, nulla expensarum seu laborum habita ratione conquisitis. Ne quis ergo Evangeliorum contextum nos temere immutasse existimet, loca discrepantia adnotavimus : quanquam frequenter res sit exigui momenti, quæ dissidium faciat. Ubi autem Complutense hoc citaverimus exemplar, Græcum intelligimus contextum non Latinum : nam in hoc nihil a Vulgata editione immutatum est. Porro in quibus dissideat Vulgata editio ab universis Græcorum exemplaribus, ex aliorum tum versionibus tum adnotationibus, facile cuivis perspicuum erit. Præterea ne quis protinus Vulgatam, hac in parte damnet editionem, quod ea quæ Græce per tempus præsens aut præteritum efferuntur, habeat in futurum versa, sicut nonnulli frequenter fecisse videntur : animadvertendum est, evangelistas et apostolos, cum genere Hebræi essent, hac in re sicut et in aliis multis, Hebraicum secutos idioma, quo illi frequentissime pro præsenti, quod proprium non habent, aut pro futuro, efferunt præteritum : utque in universum dicam, tempus unum pro alio Hebræi sæpenumero collocant : quod etiam evangelistæ non raro fecerunt, nec solus Matthæus, qui patria scripsit lingua, hoc est Hebræa, sed et cæteri, qui Græce scripserunt. Quædam ergo ex innumeris locis seorsim recensuimus, in quibus manifeste præsens, interdum etiam præteritum pro futuro locatum est : quorum et nos quædam exigente sententia, per futurum vertimus : alibi quoque id ex litteræ contextu aut ex ipsis Commentariis planum erit : interdum vero ob auctoris nostri enarrationem immutare non licuit. Est et alia peculiaris Hebræorum phrasis, quam non raro æmulantur evangelistæ, qua pro epitheto sive nomine adjectivo, addunt genitivum substantivum, dicentes : *Deus pacis, misericordiæ, justitiæ, ultionis*, hoc est, pacificus, misericors, justus, ulciscens : *lex mortis*, id est mortifera ; *filii inobedientiæ*, inobedientes ; *judex iniquitatis*, iniquus, *mammona iniquitatis*, iniquum ; *vox clamantis*, clamans ; fortassis et *merces iniquitatis*, iniqua. Sic Judas dicitur *filius perditionis*, hoc est perditus, aliaque innumera. Id plerumque immutare non licuit propter auctoris nostri scholia, quæ litteram per genitivum interpretantur : interdum quoque non libuit, quod apud omnes jam olim alia recepta esset sententia.

Ad hæc solent Hebræi hanc dictionem *verbum* aut *sermo* pro re vel facto ponere : quod in Veteri quidem Testamento frequentissimum est, ut cum dicitur (*Isa.* 39) : *Non fuit verbum quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua*, ubi tamen paulo inferius subsequitur : *Non fuit res quam ostenderet eis in thesauris meis*. Et alibi (II *Reg.* 1) cum ait David puero, qui ex castris Israel se fugisse dicebat. *Quod est verbum quod factum est ? indica mihi* ; et innumeris aliis in locis. Idem in Novo quoque Testamento passim (Marci I, Luc I, II, IV) usu venit, ut cum leprosus curatus disseminasse dicitur *Sermonem*. Et frequentissime apud Lucam ; *Non erit impossibile Deo omne verbum. Videamus hoc verbum quod factum est. — Quod est hoc verbum, quod cum auctoritate ac potestate imperat spiritibus ?* Et alibi frequenter. Quam tamen Hebræorum phrasim auctor noster plerumque non videtur animadvertisse, sicut nec præcedentem : quod Hebraice non calleret, sed tantum Græce. Atque ob id quoque citans quippiam ex Veteri Testamento, semper juxta Septuaginta profert Interpretes. Cæterum etsi cunctis manifestum sit me interpretem tantum agere, nihilque quod meum sit edere, sive illud approbandum sit, sive reprobandum : ne quis tamen hunc auctorem minoris faciat, quod uno aut altero in loco a communi La-

Digitized by Google

tinorum theologorum opinione dissentire videatur, quemadmodum et alii Græci : nempe de die mensis quo Christus mysticam celebraverit Cœnam, et de bonorum ac malorum retributione operum : utrum statim a cujusque morte fiat, an ad diem usque postremi judicii differatur, quemadmodum olim senserunt Græci. De Spiritu sancto quoque quod a solo Patre procedat, etsi id nusquam dicat auctor noster, idem tamen cum cæteris Græcis sensisse videtur, cum semel atque iterum dicat illum a Patre procedere, nulla Filii facta mentione. Et quanquam prædictis in locis, marginali adnotatiuncula te præmunierimus, candide lector : ob duo tamen illa posteriora tibi perpendendum est, quod auctor noster multis procul dubio annis tempora concilii Florentini præcesserit : in quo Eugenius Pontifex IV, consentiente imperatore Constantinopolitano, et loca tenentibus patriarcharum, cæterisque Ecclesiam Orientalem repræsentantibus, anno Dominicæ Incarnationis 1439, pridie Nonas Julii, sui pontificatus anno nono, litteras sanctæ dedit unionis, quibus prædicti omnes sua nomina subscripserunt, hæc inter cætera continentes.

Convenientes Latini et Græci in hac sacrosancta œcumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium : aliquibus quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, et ad eamdem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis. Græci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferrent, ut excludant Filium, sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod Spiritus sanctus ex Patre procedat ex Filio : Latini vero affirmaverunt non se hac mente dicere Spiritum sanctum ex Filio procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius Deitatis, Filii scilicet et Spiritus sancti, aut quod id quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo ponant principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt : et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem, unanimiter concordarunt et consenserunt ; in nomine igitur sanctæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur : quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio æternaliter est, et essentiam suam, suum que esse subsistens habet ex Patre simul et Filio : et ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti sicut et Patrem. Et quoniam omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus est. Definimus insuper explicationem illorum verborum, Filioque, *veritatis declarandæ gratia et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.* Et infra de operum retributione subjungit : *Illorumque animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, in pœnis purgatorii, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum, pœnis tamen disparibus puniendas.* Porro de prima illa diversitate diei quo Christus agnum paschalem ederit, et de eo quo pro nobis mortuus sit, longa semper fuit inter Græcos et Latinos contentio, dicentibus Græcis ipsum decimatertia luna agnum edisse paschalem, passum vero decimaquarta, ut veritas responderet figuræ : et propter illud Joannis (*Joan.* XVIII 29) : *Et ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent Pascha.* Ac illud (*Joan.* XIX, 14) : *Erat autem Parasceve paschæ ; et : Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, posuerunt Jesum.* Siquidem illa Parasceve nihil aliud erat, quam dies præparationis, quo se præparabant Judæi ad edendum agnum paschalem. Latini vero asserunt eum decimaquarta luna agnum quidem edisse paschalem, sicut et cæteros Judæos : quia ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ad mortem usque semper servavit legem : passum vero aiunt decimaquinta luna, propter alios tres evangelistas (*Matth.* XXVI ; *Marc.* XIV ; *Luc.* XXII] qui astruunt fuisse primum diem azymorum, quo Christus postremam cœnam cum discipulis celebravit. Et hi autem et illi repugnantem Scripturam obtorto collo trahere quodammodo videntur ad suum sensum. Quapropter operæ pretium facturus videor, si in tui gratiam, benevole lector, hoc loco dilucide adnotavero, quæ varia lectione magnisque sudoribus hac de re in compendium redegi. Primum itaque notandum est, quod naturalis dies apud Hebræos incipit ab occasu solis, et desinit in ejusdem occasum diei sequentis, juxta illud, (*Gen.* I) : *Factum est vespere et mane dies unus.* Mensis vero a

Digitized by Google

conjunctione media luminarium ; et durat triginta diebus, duodecim horis, et duabus tertiis unius horæ cum tribus minutis, quæ supputatio invariabiliter conformis est cum Ptolemæo aliisque astronomis secundum medium cursum lunæ. Annus autem exordium sumit a Neomenia sive solis ac lunæ coitione proxima æquinoctio vernali, secundum medium cursum solis et lunæ (*Levit.* XXIII ; *Num.* XXVIII et XXIX) . Præterea omnia festa Hebræorum, quæ a Mosaica lege habentur, præter Sabbatum, suam numerationem ac variationem per diversos hebdomadæ dies, sumunt a primo die prædictæ Neomeniæ, a quo juxta legem omnia sua festa numerant Hebræi : puta decimo quinto die ejusdem primi mensis festum erat azymorum, et pridie ejus diei, id est decima quarta luna ad vesperam, edebatur agnus paschalis. A festo autem Azymorum transactis septem hebdomadis, sequenti die, nempe quinquagesimo, festum erat Primitivorum sive Pentecostes. Post sex vero menses lunares ab eadem prima Neomenia, id est post centum septuaginta septem dies ; sequenti die erat festum Tubarum, nempe in Neomenia proxima æquinoctio autumnali. Decimo inde die festum Expiationis celeberrimum. Decimo quinto ejusdem mensis die, festum Scenopegiæ sive Tabernaculorum. Et ab hoc festo, die octavo, id est post septem ejusdem festi dies, occurrebat ultimum eorum festum, nempe cœtus vel collectæ sive retentionis ; quod solum designabat fidelium in sancta Ecclesia congregationem ac retentionem sive perseverantiam, quod factum est post veteris legis finitas figuras ac cæremonias. Deinde animadvertendum est quod quando juxta vernale æquinoctium, conjunctio luminarium secundum medium cursum occurrebat post decimam octavam diei horam, quia jam peractæ erant plus quam tres quartæ partes diei, et declinabat magis ad diem sequentem, ideo servabatur quoque die sequenti, et ab hoc numerabantur omnia prædicta festa.

Præterea si dicta prima Neomenia occurrebat secundo, quarto, vel sexto hebdomadæ die servanda, rejiciebatur in diem sequentem. Nam si secundo hebdomadæ die fuisset servata, tunc festum Expiationis, quod erat celeberrimum, occurrisset die sexto celebrandum : quodsi sexto die servaretur dicta prima Neomenia sive primus anni eorum dies, tunc dictum Expiationis festum die primo, quem nos vocamus Dominicum, occurrisset ab eis celebrandum : quorum utrumque admodum grave censebatur et valde onerosum toti populo, eo quod duobus continuis diebus naturalibus, nempe festo Expiationis et Sabbato, nullo modo liceret parare cibus, aut sepelire mortuos : corpora autem mortua, aut cocta olera non possent in tertium servari diem, præsertim in calidis regionibus. Quodsi sexto die servaretur prædicta Neomenia sive primum novilunium, tunc septimus dies festi Scenopegiæ sive Tabernaculorum occurrisset die Sabbati. In hoc autem septimo die multa lætitiæ signa ostendebant, A quæ die Sabbati facere non licuisset, septies circumeundo altare cum palmarum frondibus, in memoriam captæ Jericho primæ civitatis, quam in terra promissionis filii Israel hujusmodi septenaria circuitione ceperant, in hoc præterea die lectio quoque illa Psalmistæ (*Psal.* CXVII), publice decantabatur : *Obsecro, Domine, salva, quæso : obsecro, Domine, prospere age : benedictus qui venit in nomine Domini.* Nam et hanc constitutionem scimus quoque in usu fuisse Israelitis, cum adhuc in captivitate essent Babylonica. Siquidem ex Thargum Esther colligimus quod eo die secabant frondes palmarum, atque decerpebant citrea poma, abscindebant rosmarinum, et faciebant sibi הושענא hosana : legebantque in libris suis et orabant, lætabantur et B hilares erant in הושענא hosana , saltabant et exsiliebant sicut hædi. Unde videre licet ut hoc quoque docendi gratia addamus vocabulum Hebræum הושיעה נא hosana vulgi more apud Hebræos etiam ante Christum natum fuisse corruptum aut illos usurpasse ipsum more Chaldaico, et deinde abusos fuisse pro solemnitate Palmarum, in qua cum ramis cæremoniæ fiebant. Et ita nato postmodum Christo, cum vellet populus eum honorare, et cum triumpho Hierosolyma deducere, ignorantes compleverunt prophetiam Davidicam, occasione sumpta ex surculis ab olivis decerptis et in viam stratis, clamantes Hosana , id quod clamare consueverant in solemnitate Ramorum. His itaque præmissis animadvertendum est, C quod anno quo passus est Christus occurrit prima Neomenia, sive conjunctio luminarium proxima æquinoctio vernali secundum medium cursum solis et lunæ juxta veram et exactam supputationem peritissimorum Hebræorum, die quinto hebdomadæ post decimam nonam diei horam, cum aliquot minutis : et ita juxta prædicta erat sequenti die servanda. Sed quia, sexto die, ut dictum est, nunquam servabatur, idcirco Judæi eo anno servabant primum illud novilunium die Sabbati : et ita decimus quintus dies ejusdem mensis, quo occurrebat festum Azymorum, juxta Judæorum observantiam etiam erat dies Sabbati : ideoque propter duorum festorum concursum, de illo dicit Joannes (*Joan.* XIX) ; D quod *erat magnus dies ille Sabbati,* ut etiam ad ea verba habet auctor noster. Christus vero servavit quidem Neomeniam sexto hebdomadæ die : cum enim post decimam nonam horam occurrisset quinti diei, rationabiliter ut dictum est, magis pertinere videbatur ad diem sequentem. Verum a sexto die ad Sabbatum cum Judæis transferre noluit. Nam hoc propter festa septimo mense futura faciebant Judæi, ut prædictum est ; Christus autem noverat, quod per suam Passionem quæ instabat, cessaret obligatio sequentium illorum festorum, sicut et cætera legis cæremonialia. Propter hoc itaque, et etiam quia sequenti die moriturus erat Christus, typicum quidem agnum vera et legitima decima quarta luna, quæ fuit die quinto, comedit ; quarta decima vero

Digitized by Google

luna juxta veterem Hebræorum numerationem etiam legitima, in cujus vespera Judæi typicum agnum erant immolaturi, ipse verus Agnus fuit immolatus: et ita veritas respondit figuræ. Horum autem causam, ut verisimile est, solum indicaverat patrifamilias in cujus ædibus pascha edebat, et ipsis duodecim discipulis, quorum (*Luc.* XXII) Petrus et Joannes ex jussu Christi necessaria paraverant, nempe lactucas agrestes et baculos : nam agnus ipse decimo die mensis parabatur : panes quoque azymi, ut verisimile est (*Exod.* XII) aliquot ante diebus, juxta familiarum magnitudinem parati erant; itaque nullus ex hoc passus est offendiculum, neque ob id coram judice potuit accusari.

Quin et Tertullianus Latinus auctor proximus apostolorum temporibus, de die Passionis Christi ita loquitur in *Apologetico adversus Judæos*. « Quæ Passio intra tempora septuaginta hebdomadarum perfecta est, sub Tiberio Cæsare, coss. Rubellio Gemino et Rufo Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octavo Kalendarum Aprilium, die primo Azymorum, quo agnum ut occiderent ad vesperam, a Mose fuerat præceptum. Neque enim ob id dici potest primo die Azymorum mortuus, juxta prædicta Tertulliani verba, quod ea nocte captus fuerit. Siquidem omnium testimonio in cruce et non in comprehensione fuit nostra redemptio. Et procul dubio divina id actum est Providentia, quod eo anno duplex decima quarta luna occurrebat, ut diversis respectibus, et hinc veri agni immolatio typico responderet, et illinc Christus ad finem usque vitæ legem servaret, ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ac typicum agnum vera et legitima decima quarta luna ederet, sicut eum edisse dicit Hieronymus. Et de hac decima quarta luna, juxta Christi numerationem loquuntur indubie Matthæus, Marcus et Lucas, cum aiunt fuisse primum diem Azymorum. Nam cum hi tres evangelistæ magnam facerent hujus cœnæ mentionem, et consecrationis Eucharistiæ, ostenderunt Christum etiam in hoc legem observasse, nempe juxta veram ipsius supputationem, ut prædiximus (*Joan.* XIII). Joannes vero qui de cœna, tanquam ab aliis latius tractata, unico verbo absolvit dicendo : *Cœna facta*, aliam juxta veterem Judæorum observantiam decimam quartam lunam considerabit; ad excludendum errorem, qui nonnullis oriri potuisset ex aliis evangelistis, nempe quod veritas non responderet figuræ in veri agni immolatione. Et ideo dicit (*Joan.* XIX, 14) quod die quo mortuus est Christus erat parasceve Paschæ, et quod non introierunt in prætorium ne contaminarentur, sed ut ederent pascha : ubi dictio *Pascha* nequaquam pro azymis capi potest, ut quidam volunt, tum quod nusquam alibi ita capiatur in Scripturis, tum quod ad edenda azyma nusquam dicatur requiri; neque verisimile sit esse necesse, ut mundi sint, cum pœna mortis intentata, septem integris diebus naturalibus præciperetur eis ut azyma ederent Exod. XII), et non fermentatum panem et tamen illam immunditiam levissimas ob causas contrahebant.

Quod autem aiunt nonnulli, Judæos præcedenti die occupatos circa capiendum Christum, neglexisse agnum edere paschalem, et quod idcirco nocte sequenti illum essent comesturi, non fit verisimile. Siquidem etiam illi qui legitimo tenebantur impedimento decimo quarto die primi mensis, non poterant sequenti die pro libito agnum edere paschalem, sed sequentis mensis die similiter decimo quarto ad vesperam, ut habetur Numeri X. Itaque die Passionis Christi cum nondum inchoata esset solemnitas Paschalis aut Azymorum, juxta veterem Judæorum observantiam, licebat eis usque ad solis occasum judicialia exercere, accusare, testes adhibere et examinare, sententiam ferre, Simonem cogere ut crucem tolleret, sepelire, aromata præparare, aliaque plurima agere, quæ Judæi nequaquam fecissent, si decimam quintam lunam et ita festum Paschæ et Azymorum eo die celebrassent, cum facta sua per legem Mosaicam justificare niterentur, dicentes : *Nos legem habemus*, etc., et maxime Joseph ab Arimathea vir bonus ac justus et Nicodemus qui Dominum sepelierunt, qui propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, ibi posuerunt Jesum, ait Joannes decimo capite. Circa quæ verba habet Augustinus : « Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne advesperasceret, cum jam aliquid tale non liceret propter parasceven quam cœnam puram Judæi Latine usitatius apud nos vocant. Neque enim aut hi, aut piæ illæ mulieres adhuc cognoverant cessare in Christi morte legalia. Demum, ut epilogo concludamus, Christus suum Pascha juxta legis Mosaicæ tenorem celebravit, Judæi autem die sequenti juxta Patrum traditiones; quippe qui legale præceptum de Paschæ observatione hac sua traditione corruperunt, quam refert historiographus eorum Sedar Olam : cujus traditionis, relictis compendii gratia Hebraicis hæc sunt verba : Sic statuerunt magistri nostri judices Sanhedrin magni nominis in sæculo. In domo sanctuarii secunda cum exstructa esset et consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat Rex mundi sublimis valde stans inter porticum : et acceperunt coronam, appenderuntque sigillum reconditum, et sanxerunt, ordinaveruntque statutum perpetuum : et traditum est in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus major erat : et is ordinavit diem sortium non observari secundo, quarto, septimo hebdomadæ die : neque Pascha secundo, quarto sexto : neque diem Retentionis tertio, quinto, septimo : neque principium anni secundo, quarto sexto : neque diem Expiationis primo, tertio, sexto in æternum. Hæc, si cui placeat, latius videre poterit in Paulo Burgensi super Matthæum, cap. 26, et in libro quem edidit Paulus Midelburgensis episcopus Sempronianus de celebratione Paschæ.

Digitized by Google

Nihil ergo eorum quæ noster habet auctor tibi no- A niri curaveris antidotis. Lege itaque secure, quæ cumento esse poterit, pie lector, si his te præmu- non sine maximo fructu leges.

EJUSDEM.

Loca quædam in quibus nostrum exemplar alio modo habet quam ea quæ vulgo circumferuntur Græca exemplaria.

Ex Matthæo.

Matth. 2, 11 (*a*). Et intrantes domum (viderunt) puerum. Habet enim εἶδον non εὗρον invenerunt. Facit nobiscum exemplar Complutense.

3, 11. Ipse autem baptizabit vos in Spiritu B sancto. Non addit καὶ πυρί, et igni. Concordat etiam Complutensis editio.

6, 18. Ne videaris hominibus jejunare, etc. Post verba illa : Reddet tibi, non additur, ἐν τῷ φανερῷ, in propatulo. Habet conformiter et exemplar Complutense, et Vulgata editio. Quanquam et in nostro et in Complutensi exemplari antea sit additum cum de eleemosyna fieret sermo.,

7, 12. (Ita) enim est lex et prophetæ. Siquidem habet οὕτως, ita vel sic, non οὗτος, hic. Pati modo legit Complut. exemplar.

7, 14. (Quam) angusta est porta et stricta via quæ ducit ad vitam. Habet enim τί, non ὅτι, quod vel quoniam. Pari modo legunt et Complutense exemplar et editio vulgata. C

8, 11. Multi ab oriente et occidente venient et accumbent (in sinibus) Abraham. Habet enim ἐν τοῖς κόλποις, in sinibus, non μετά cum. Nobiscum legisse (*b*) Chrysostomum manifestum est ex homilia ipsius 27, super Matthæum.

8, 15. Surrexit et ministrabat (ei) Nam habet αὐτῷ singulariter, non αὐτοῖς eis. Nobiscum facit Complutense exemplar, et Vulgata editio in quibusdam veteribus exemplaribus.

10, 1. Accersitis 12 discipulis suis, dedit eis potestatem (adversus) spiritus immundos. Nec in nostro nec in Complutensi exemplari exprimitur præposito κατὰ adversus. Et ita quoque legisse videtur qui vulgarem dedit editionem : ait enim : Dedit eis potestatem spirituum immundorum, Addidimus tamen, exigente id sententia. D

10, 3. Jacobus Alphæi filius et (Lebæus) Nam habet ubique Λεβαῖος simplici β. Et ita semper habet vulgata editio.

11, 16. Similis est pueris sedentibus in (foro) Habet enim ἀγορᾷ singulariter, non ἀγοραῖς foris. Nobiscum faciunt et exemplar Complutense et vulgata editio. Similiter infra (v. 31.) in dictione Bethsaida, non Bethsaidan.

12, 8. Dominus est Sabbati Filius hominis. Non enim additur καὶ et. Sic et Complutense exemplar.

13, 32. Majus est (omnibus) oleribus, sive maximum inter omnia olera. Additur enim πάντων omnium. Et ita habet et Vulgata editio et exemplar Complutense.

14, 34. (Gennezaret) semper habet in fine τ tenue, et duplex νν. Chananæa vero capite sequenti, (v. 22.) et alias sæpius, semper habet in initio χ asperatum. Facit in utroque nobiscum exemplar Complutense.

16, 20. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quod ipse esset Christus. Non additur nomen Ἰησοῦς. Et ita liquet Origenem (*c*) legisse in suis homiliis.

18, 8. Abscinde (ea). Habet enim αὐτὰ pluraliter, non αὐτὸν singulariter. Concordat etiam exemplar Complut.

18, 19. Rursum (amen) dico vobis, quod si duo ex vobis, etc. Nam additur ἀμὴν etiam in Complut. exemplari.

18, 29. Procidens ergo (servus) ad pedes ejus. Habet enim (*d*) δοῦλος, non σύνδουλος αὐτοῦ conservus ejus, quanquam vere conservus erat. Et infra, eodem versu, Et solvam tibi : non additur πάντα omnia. Et in hoc posteriore concordat nobiscum exemplar Complut.

21, 1. Et similiter Luc. 19, 29. Bethsphage, scribitur (*e*) interposito σ. Concordat ubique exemplar. Complut.

21, 7. Et (sedit super ea) videlicet vestimenta. Habet enim singulariter ἐκάθισεν sedit, et αὐτῶν pluraliter. Eodem modo exemplar Complut. quoad sensum, licet verbum habeat compositum ἐπεκάθισεν (*f*), non autem ut alia exemplaria ἐπεκάθισαν ἐπάνω (*g*) αὐτῆς collocarunt super illam, puta asinam.

(*a*) Loca quatuor evangelistarum ab Hentenio minus definite notata in usum lectorem accuratius indicavi.

(*b*) Chrysost. t. VII, p. 209, C. εἰς τοὺς κόλπους. Idem ibid. p. 315 μετά. Et p. 361, D. εἰς τοὺς κόλπους. Per incogitantiam hæc finxit Chrysostomus ex Luc. 16, 23, ut ex primo Chrysostomi loco intelligitur.

(*c*) Tom. III, p. 532. A.

(*d*) Σύνδουλος habet uterque meus Euthymii.

(*e*) Scribis scilicet Græcis notum erat σφαγή.

(*f*) ἐπεκάθισεν uterque mens.

(*g*) Αὐτῆς Erasmus importavit contra codices. Secunda tamen ejus editio recte habet ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν.

Digitized by Google

21, 11. Et accesserunt ad eum claudi et cæci. Nam hoc ordine legit exemplar etiam Complutense : non ut alia exemplaria diverso ordine, cæci et claudi.

22, 4. Ecce prandium meum (paratum est) Siquidem habet ἡτοίμασται tertia persona passiva non ἡτοίμασα paravi.

22, 35. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans eum. Non enim additur τις (*h*) quispiam, ante Tentans. Faciunt nobiscum et exemplar Complutense et Vulgata editio.

23, 7. Et vocari ab hominibus (Rabbi Rabbi) geminata (*i*) dictione. Nec est ῥαββεί per diphthongum sed ῥαββί. Facit per omnia nobiscum editio Complutensis.

23, 13. 14. Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia devoratis domos viduarum. Et post hanc deplorationem, sequitur illa, qua dicit : Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum. Hoc etiam ordine legit exemplar Complutense.

24, 45. Quisnam est fidelis servus et prudens, quem præfecit Dominus (suus). Additur enim αὐτοῦ (*k*). Similiter infra (v. 49) : Et cœperit percutere conservos (suos). Siquidem hoc etiam in loco addebatur αὐτοῦ. Faciunt nobiscum in priori quidem exemplar Complutense ; in posteriori vero, editio Vulgata.

25, 2. Quinque autem ex eis erant prudentes et quinque fatuæ. Hoc ordine qui naturalior est, et juxta præcepta rhetorices, habet etiam editio Complutensis. Et similiter infra (v. 4) ; Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus (suis.) Addit etiam nobiscum prædicta editio αὐτῶν suis.

26, 18. Ite in civitatem ad quemdam, et dicite ei : Tempus meum prope est. Non habet ὁ διδάσκαλος λέγει, Magister dicit ; neque ullam facit ejus mentionem in Commentariis. Habet tamen illud in Marco et Luca, sicut et cætera exemplaria Et quia hoc etiam loco id habet editio Complutensis ; vereor ne id (*l*) librarii vitio sit omissum.

26, 40. Et ait Petro : Sic ? Non potuistis una hora vigilare mecum ? Et hæc distinctio magis quadrat : alioqui enim nihil est quod soli Petro locutus sit. Exemplar etiam Complutense addit (*m*) hypostigma post dictionem οὕτως sic.

27, 42. Descendat nunc de cruce et credemus (in eum). Neque enim simpliciter habet αὐτῷ ei, sed ἐπ' αὐτῷ. Pari modo legit et exemplar Complutense.

27, 54. Centurio autem et qui cum eo erant servantes Jesum, cum vidissent quæ fiebant, etc. Nihil hic dicitur de terræ motu : neque enim addebatur τὸν σεισμὸν καὶ, terræmotum, et. Nec tamen (*n*) id librarii vitio omissum videtur : nam Joannis, cap. VIII, v. 28, super eo verbo : Cum exaltaveritis Filium hominis, etc. Hæc verba in eumdem citat modum.

28, 19. Euntes, docete omnes gentes. Non additur (*o*) οὖν *ergo*, post dictionem *euntes*. Pari quoque modo legit exemplar Complutense.

Ex Marco.

1, 16. Vidit Simonem et Andream fratrem ipsius (Simonis.) Additur namque τοῦ Σίμωνος, etiam in exemplari Complutensi.

1, 35. Abiit in desertum locum. In nostro exemplari non exprimebatur nomen Ἰησοῦς. Facit autem nobiscum hoc in loco vulgata editio.

3, 34. Cumque circumspexisset in circuitu circum sedentes. Non addit (*p*) μαθητάς discipulos, et ita generalius loquitur. Faciunt nobiscum et exemplar Complutense et Vulgata editio.

4. 21. Num lucerna (venit) ut subter modium ponatur ? Nam habet ἔρχεται, non (*q*) καίεται accenditur. Et hic quoque nobiscum faciunt et exemplar Complutense et Vulgata editio.

5, 11. Erat autem ibi juxta (montem) grex magnus porcorum. Siquidem habet πρὸς τῷ ὄρει, non pluraliter τὰ ὄρη montes. Similiter et hic pari modo legunt duæ prædictæ editiones.

6, 18. Non licet tibi habere uxorem (Philippi) fratris tui ; additur enim Φιλίππου.

6, 32. Et (egressi sunt) navigio in desertum locum. Siquidem habet pluraliter ἀπῆλθον, non ἀπῆλθεν, *abiit*. Hic etiam concordant exemplar

(*h*) Erasmus scilicet post νομικός habet τις.

(*i*) Erasmus enim in gratiam Latinæ Vulgatæ semel omisit ῥαββί, ῥαββεί, per ει, in plerisque locis apud Theophylactum etiam legitur.

(*k*) Erasmus nimirum omittit αὐτοῦ in editione secunda et tertia quæ nunc ad manus erant solæ. Omissum ab Erasmo αὐτοῦ et Millii et Wetstenii latuit diligentiam.

(*l*) Recte judicat Hentenius. Habet enim uterque meus.

(*m*) Forte hypostigmen. Græce est ὑποστιγμήν.

(*n*) Utroque loco uterque meus omittunt ista verba Euthymio videtur hoc loco imposuisse Chrysost. t. VII, p. 826 e , qui hæc silentio prætermittit ac Lucam pro Matthæo explicat. Habent hæc codices meliores omnes atque etiam Origines, t. IV, p. 298 E.

(*o*) Latinorum alii νῦν nunc, alii οὖν ergo intulerunt. Utrumque recte omittunt Tertullianus, Irenæus, Cyprianus, ut notat Sabatierius ad hunc locum. Ex codicibus omnibus, quos ego examinavi, habet solus Mosquensis e. vocabulum οὖν, qui est cum commentario et catena. Interpres ergo aliquis hic denuo incipiebat interpretationem. Ergo vinciendæ orationis causa addebat οὖν. Pro eo alii legerunt νῦν.

(*p*) Erasmus nempe in editione secunda etc, post περὶ αὐτόν habet μαθητάς.

(*q*) Scilicet in nonnullis codicibus Latinis legitur *accenditur*, pro *venit*. Hic fraus interpolatorum elucet. Nam alii id reddiderunt καίεται, alii, in his Codex Cantabrigiensis, omnium infimus, ἅπτεται Audacter nunc ita de cod. Cantabr. seu Wetstenii D. loqui possum. Mox enim in lucem istud monstrum protrahetur.

Digitized by Google

Complutense et Vulgata editio, quod etiam magis quadrat cum præcedentibus et sequentibus.

6, 37. Egressi (ememus) ducentis denariis panes. Siquidem ἀγοράσομεν habet indicandi modo, et non ἀγοράσωμεν *emamus*, per subjunctivum.

6, 41. Erant autem qui manducaverant (ipsos panes) Additur enim τοὺς ἄρτους. Facit nobiscum exemplar Complutense.

7, 26. Erat autem mulier Græca (Syra Phœnicissa) genere ; non Græca Syrophœnissa per compositionem. Pari modo legit et Complutense exemplar.

9, 6. Non enim sciebat (quid dicturus esset). Habet enim λαλήσει, per indicativum, et non λαλήσῃ, per subjunctivum. Facit nobiscum Complut. editio ; nec eamdem est utrobique sententia, ut patet ex hujus dicti interpretatione Matth. XVII, 4.

10, 43. Sed quicunque voluerit fieri magnus inter vos. Non enim additur ὑμῶν post *quicunque*. Faciunt nobiscum exemplar Complut. et Vul. editio. Id autem non rectum est, quod neque in fine dictorum verborum habet Vulgata editio : Inter vos, aut, In vobis.

11, 32. At (dicamus) Ab hominibus : ut subaudiatur, *non*. Neque enim additur ἐάν *si*, ut possit legi : At si dixerimus. Neque adeo commode potest aptari sequentibus. Facit nobiscum exemplar Complut.

12, 29. Audi Israel Dominus Deus (vester) Dominus unus est. Siquidem non habet ἡμῶν *noster*, sed ὑμῶν *vester*. Et infra vers. 30, non habet, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· Et ex tota virtute tua, quod tamen librarii (*r*) vitio factum arbitror, ut in illo loco adnotavimus. Item infra. v. 31. Et secundum simile est (illi). Nam habet αὐτῇ, non αὕτη *hoc* ; ut legi possit : Et secundum simile hoc est. Nobiscum legisse videtur, qui Vulgatam dedit editionem.

12, 36. Ipse enim David dixit per Spiritum sanctum : (Dicit) Dominus Domino meo, non (*s*) εἶπεν *dixit*. Et in scholiis facit etiam hujus mentionem : et ita habet exemplar Complut.

14, 32. Sedete hic dum orabo. Non enim habet ἀπελθὼν *digressus*, ante *Orabo*. Concordant nobiscum et Complutense exemplar et Vulgata editio.

15, 28. Loco ejus, quod alii legunt : Et impleta est Scriptura quæ dicit : Et cum iniquis reputatus est nihil habet. Nec librarii (*t*) incuria omissum arbitror ; alioqui citasset utique in scholiis ubi ita Scriptura dicat, quemadmodum in similibus facere solet. Nescio an a studioso quopiam prophetam citante id primum margini sit additum, deinde tempore procedente, litteræ sit admistum.

15, 29. (Vah) qui destruis templum Dei. Habet namque οὐά, non οὐαί, *væ*. Faciunt nobiscum Complutense exemplar, Vulgataque editio.

16, 11. Loco ejus, quod in aliis Latinis editionibus ex Græcis dicitur : Et illi audito quod viveret est visus esset ab ea, non crediderunt : nihil habet (*v*) nostrum exemplar. Nec mirum, si hoc quispiam addiderit, cum totum hoc de Resurrectione caput adjectitium esse plerique Græcorum asserant, ut habet noster auctor : idemque inter Latinos divus Hieronymus in Epistolis refert plerosque dicere. Et præterea secundo adversus Pelagianos hoc ait de exprobrata incredulitate cordisque duritie.

Ex Luca.

2, 33. Et erant Joseph et mater ejus admirantes, etc. Non habet enim ὁ πατήρ, sed ὁ Ἰωσήφ. Facit nobiscum Complut. exemplar. imo et Vulgata editio, saltem in veteribus quibusdam exemplaribus. Similiter infra, vers. 43 : Et non cognovit Joseph,et mater ejus, assentiente etiam hic Complutensi exemplari cum alii habeant: Καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ, Et non cognoverunt parentes ejus.

3, 33. Et ipse Jesus erat ferme annorum triginta incedens, Non incipiens. Habet namque ἐρχόμενος (*x*) non ἀρχόμενος, quod etiam manifestum est ex auctoris scholiis.

Ibid. Qui fuit Eli. Notandum in nostro exemplari ἡλεί, lenem habere spiritum. Præterea et ἡλίας, quotiescunque apud evangelistas legitur. Idque conformius est linguæ Hebraicæ in qua Elias ab Aleph littera sumit exordium ; hoc autem elementum, ut communiter dicitur, nullam secum trahit aspirationem. Quanquam ut verum fatear, neque Elias, sed Eliahu scribendum esset, si recte Hebræos velimus imitari : sicut et Jesahiahu aut Iesaeiahu non Esaias aut Hesaias sive Isaias.

3, 24. Qui fuit (Matthan) non Mathat, ut ex communibus habetur Græcis exemplaribus. In plerisque etiam hujus genealogiæ nominibus, et similiter ejus, quam describit Matthæus, variatur apud auctorem nostrum orthographia a lectione commu-

(*r*) Recte monuit. Servat enim ista uterque meus.

(*s*) Nimirum pro secundo hujus versus εἶπεν habet λέγει.

(*t*) Abest in utroque meo. Ad Matth. XXVII, 58, laudat quidem Euthymius hæc, sed ex Isaia. Eo tamen in interpretatione Marci lectores remittit. Ex Lectionariis hanc corruptionem ortam esse docui quæ hæc in altera lectione omittunt, cum tamen in altera habeant.

(*v*) Hunc defectum apud solum Euthymium animadverti. Neque Birchius, novissimus editor, hunc defectum ex codice notavit. Alter etiam, vir diligentissimus, nullum hic ex codd. Vindobonensibus defectum notavit. Imo contra ex codd. indicavit ἠπίστησαν pro vitiosa unius codicis lectione ἠπίστηκαν. Aliquid humani passus est aut ipse Euthymius, aut scribæ ejus.

(*x*) Hoc est vitium manifestum scribæ. Neuter meorum ita habet. Interpretatio illius loci est etiam pro ἀρχόμενος. Nam ἔρχομαι non construitur cum genitivo.

Digitized by Google

nium Græcorum exemplarium, frequenter quoque et a Germana Hebræorum lectione. Quapropter primum erat animus horum orthographiam nominum ad verum Hebræorum fontem reducere : postmodum vero rem propius inspectanti, et quod hæc non ab Hebræis, sed a Græcis traducerem perpendenti, satius visum est non adeo multa in littera Evangelii immutare, ne quid interdum hæreret lector, incertus de quo fieret sermo. Nec tamen Hebraicam horum nominum orthographiam penitus relinquere volui, ne quid a me studiosus lector desideraret, sed in hunc locum redegi. Breviter itaque utriusque Evangelistæ generationis seriem recta orthographia retexam. Liber, inquit Matthæus, generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham : Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Judam et fratres ejus, Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar, Phares autem genuit Esron, Esron autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naasson, Naasson autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Isai, Isai autem genuit David regem, David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ, Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam , Abiam autem genuit Asaphat, Asaphat autem genuit Joram, Joram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Joatham, Joatham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam, Ezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiam, Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigratione Babylonica. Et post transmigrationem Babylonicam Jechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliakim, Eliakim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matthan, Matthan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Lucas vero : Ipse, inquit, Jesus erat ferme annorum triginta incedens, ut putabatur filius Joseph qui fuit Heli, qui fuit Matthan, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janna, qui fuit Joseph, qui fuit Matatheiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Ezel, qui fuit Naggæ, qui fuit Mahat, qui fuit Matatheiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Judæ,, qui fuit Joannan, qui fuit Resa, qui fuit Zorobbabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodam, qui fuit Er, qui fuit Jose, qui fuit Eliezer, qui fuit Joram, qui fuit Matatha, qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Judæ, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliacim, qui fuit Melcha, qui fuit Mainan, qui fuit Matatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Isai, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Judæ, qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Serug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sala, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Jared, qui fuit Maleleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

5, 19. Cumque non invenissent, qua illum inferrent. Non exprimitur præpositio διὰ per. Facit nobiscum Complut. editio.

5, 27. Vidit publicanum nomine (Levin) Habet enim Λευΐν. Et statim infra v. 29 : Et fecit ei convivium magnum (Levis) Λευΐς, non per dipbthongum in posteriori sillaba(y) Λευεῖν et Λευείς. Facit nobiscum etiam exemplar Complutense. Possunt autem hi casus in Latinam quoque linguam transformari, quemadmodum a nominibus Emphasis, Protasis, Epitasis ac similibus.

5, 30. Et murmurabant scribæ (qui inter eos erant) Additur namque αὐτῶν. Sic et exemplar Complutense.

6, 18. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Non enim repetit conjunctionem καί ante verbum *curabantur*. Facit nobiscum Vulgata editio.

6, 20. Et ipse elevatis oculis suis in discipulos (suos).Nam repetitur αὐτοῦ *suos*. Faciunt nobiscum et Complutensis et Vulgata editio : quanquam hæc ad dictionem *Oculis*, non adjungit reciprocum *suis*. idque male.

6, 23. Ecce enim merces vestra multa est in (cœlo) non ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *in cœlis* pluraliter. Facit nobiscum Complutense exemplar.

6, 26. Væ cum laudaverint vos homines. Non enim additur ὑμῖν *vobis*,post interjectionem *væ*. Et in hoc facit nobiscum præter exemplar Complut. etiam Vulgata editio. In eo autem quod non addit auctor noster πάντες (z) *omnes*, ante *homines*, facit nobiscum Complut. editio, et melius correspondet contrariæ beatitudini.

(y) Erasmus εἰ edidit , ut supra ραββεί.

(z) Chrysost. t. VII, p. 192, A. vehementer urget τὸ πάντες. Ὁ δὲ Λουκᾶς, enim inquit, καὶ ἐπιτεταμένως καὶ μετὰ πλείονος αὐτὸν παραμυθίας τοῦτα εἰρηκέναι φησίν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τοὺς κακῶς διὰ τὸν Θεὸν ἀκούοντας μακαρίζει· ἀλλὰ καὶ τοὺς παρὰ πάντων καλῶς ἀκούοντας ταλανίζει· οὐαὶ γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Καίτοι καὶ τοὺς ἀποστόλους καλῶς ἔλεγον· ἀλλ' οὐ πάντες· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ὅταν πάντες. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας παρὰ πάντων ἀκούειν καλῶς· Et t. VIII, 483, A. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Sed Chrysostomus multa homiletice magis quam critice dicit. Ὑμῖν omitti, πάντες. in textu servat Theophylact, p. 344 A. Sed hujus interpretatio vix videtur admittere πάντες. Vide ibit. C. Φρίξωμεν, ἀδελφοὶ, πῶς τὸ οὐαὶ

Digitized by Google

6,37. (Et) nolite judicare. Siquidem præponitur A καὶ *et*, in exemplari quoque Complutensi.

6, 40. Perfectus autem erit sicut magister suus. non enim habet πᾶς (*a*) *omnis*, ante *erit*.

7, 7. Loco eorum quæ apud alios habentur (propter quod et me ipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te) nihil habet auctor noster. Sed neque in Matthæo, evangelistarum dicta concilians, horum facit mentionem. Non videtur ergo librarii negligentia prætermissum. In hoc enim capite ad hæc contextus verba : « Non enim sum idoneus, » etc., loco scholiorum ponit verba quæ sequuntur : Hæc etiam dixit Matthæus : Et declarata sunt (*b*) prædicto capite. Quod si judicasset hoc loco interponendum : Propter quod et me ipsum, etc., nequaquam dixisset omnia a Matthæo esse dicta, et in eo declarata cum ibi nulla fiat horum mentio.

7, 28. Dico enim vobis : In his qui e mulieribus nati sunt, major, Joanne Baptista nemo est. Non addit προφήτης, nec tamen videtur negligentiam omissum, ob eamdem causam, quam superiori adnotatiuncula retulimus.

8, 5. Et volucres cœli (etiam) comederunt illud. Additur enim (*c*) rursum καὶ *et*.

9, 43. Omnibus vero admirantibus supra his quæ faciebat (Jesus). Additur enim nomen Ἰησοῦς, etiam in exemplari Complut.

9, 55. Conversus autem, increpavit illos. Non enim additur nomen Ἰησοῦς, neque in exemplari Complut., neque in Vulgata editione. Deinde quod C sequitur in omnibus versionibus, et in Græca etiam editione Complutensi puta : Et ait illis : Nescitis cuius spiritus estis vos. Filius enim hominis non venit ad perdendum animas hominum, sed ad salvandum : quanquam nos addidimus : vereor (*d*) ne non sit librarii incuria omissum : maxime cum in scholiis nullam faciat horum mentionem.

9, 57. Sequar te quocunque ieris (Domine). Additur enim Κύριε, etiam in Complutensi.

10, 22. (Et conversus ad discipulos dixit) : Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Siquidem (*e*) adduntur etiam in exemplari Complut. hæc verba ; Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε : Et conversus ad discipulos dixit.

10, 23. Beati oculi qui vident quæ videtis. Neque enim in auctore nostro, neque in exemplari Complut. exprimitur ὑμεῖς *vos*. Video et hoc, et alia quædam hujusmodi minutula esse, et quæ fortassis alicui admotatione indigna videbuntur ; noluì tamen (*f*) prætermittere, ne quisquam negligentia aut temeritate relicta putet seu immutata

10, 39. Quæ etiam assidens ad pedes Jesu audiebat (sermones) illius. Habet enim etiam exemplar Complutense τῶν λόγων pluraliter.

11, 53. Cœperunt (Scribæ) et Pharisæi graviter insistere. Non enim habet νομικοὶ *legis periti*, sed γραμματεῖς *Scribæ*. Et statim infra eodem versu, non habet ἀποστομίζειν *captiose interrogare* : neque B cum aliis ἐπιστομίζειν *os obstruere*, sed ἀποστοματίζειν, hoc est, ab ore interrogare. Quid hoc autem sibi velit, vide in hujus loci enarratione.

12, 18. Et illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi. Neque (*g*) enim additur καὶ τὰ ἀγαθά μου, Et bona mea.

13, 15. (Hypocritæ) unusquisque vestrum Sabbatho non solvit, etc. Habet enim pluraliter ὑποκριταί. Concordant et exemplar Complutense et Vulgata editio.

13, 35. Ecce relinquitur vobis domus vestra : Non exprimitur ἔρημος *deserta*, quod ex enarratione patet librarii vitio factum non esse.

14, 15. Beatus qui (prandium) sumit in regno Dei. Neque enim habet ἄρτον *panem*, sed ἄριστον *prandium*. Concordat etiam exemplar Complutense.

14, 21. Et reversus servus (ille) renuntiavit, etc. Nam additur ἐκεῖνος *ille*, etiam in exemplari Complutensi.

15, 26. Et accersito uno de servis. Non additur αὐτοῦ *suis* (*h*), nec in exemplari Complutensi, nec in editione Vulgata.

17, 4. Et septies in die conversus fuerit dicens : Pœnitet me. Non habet ἐπί σε *ad te*. Concordat edltio Complutensis.

17, 21. Neque dicent : Ecce hic, ecce illic. Non (*i*)habet ἤ *aut* : sicut etiam infra versu 23, ubi eadem repetuntur verba, in nullo habetur exemplari. Conformiter legit et Complutensis editio. D

ἔχωσιν οἱ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινούμενοι. Δεῖ μὲν γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινεῖσθαι, ἀλλὰ πρότερον ἀπὸ Θεοῦ. Si πάντων, probasset, haud dubie scripsisset, ἀλλ' οὐ παρὰ πάντων. Ita certe Chrysostomus argumentatur. Hoc autem in confesso est, Enthymium et Theophylactum, accedentibus probatioribus codicibus, semper valere contra Chrysostom. Ex Chrysostomo ergo ὑμῖν et πάντες illatum scholiis et catenis, ac deinde etiam contextui.

(*a*) Πᾶς habet uterque meus.

(*b*) Evolve infra in interpretatione Matth. VIII. 13, καὶ ἰάθη. Consistit hic locus cæterorum codicum auctoritate. Quid? quod nec Birchii Cod. Vat. 1209, in gratiam Latinorum hæc omittit ?

(*c*) Neuter meorum agnoscit καί.

(*d*) Copiose de hoc loco disputavi in mea Novi Testamenti editione ad h. l. p. 223 seqq.

(*e*) De hoc etiam loco ibi dixi, pag. 240.

(*f*) Recte fecisti, Henteni. Nam vel ex tuis animadversionibus apparent hallucinationes Erasmi, hominis levis, negligentis, temerarii et perfidi. Pleraque enim, quæ memorasti, per illum ad Vulgatam Latinam sunt ficta. Quanta fide et diligentia in postremis editionibus suis Complutensem tractarit, nemo criticus ignorat. Quomodo ergo tracta verit codices ? Nam etsi nec Complutensis a criticis idoneis curata est, tamen habet multas probas lectiones ab Erasmo neglectas.

(*g*) Servat uterque meus.

(*h*) αὐτοῦ Erasmus intulit, pro quo tamen silent codices, a Birchio examinati omnes. Miror.

(*i*) Primo loco uterque meus omittit, secundo uterque servat.

Digitized by Google

17, 32. Memores estote uxoris Lot. Non habetur δὲ *autem*, nec in exemplari Complutensi, nec in veteri translatione. Et similiter in fine capitis versu ultimo : Ibi congregabuntur aquilæ, non additur καὶ *et*, nec in editione Complutensi (*k*).

18, 3. Vidua autem erat in civitate illa. Non habet τὶς *quædam*, nec id habet Complut. editio, neque Chrysost. in priori de orando Deum homilia, ubi præsens citatur locus.

19, 4. Ascendit in (caprificum). In nostro et in Complutensi exemplari habetur tertia syllaba per ω : ne nobis Stunica (*l*) objiciat ob id prave versum esse caprificum, quod per o micron scribatur. Attamen Complut. habet penultimam per ἐψιλὸν, cum eamdem habeat nostrum exemplar per αι diphthongum (*m*) συκομωραῖαν.

19, 15. Jussit vocari ad se servos illos. Non additur (*n*) οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον : Quibus dederat pecuniam. Quod tamen addidimus, sicut (*o*) quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et etiam in Complut. editione habeatur : et tamen vereor, ne id librarii incuria factum non sit, maxime quod in Commentariis (*p*) nullam horum faciat mentionem.

20, 5. Si dixerimus, E cœlo, dicet : Quare non credidistis illi ? Non additur οὖν *ergo*, nec id habet exemplar Complut.

20, 9. Homo plantavit vineam. Non additur (*q*) τὶς *quidam*. Et similiter infra versu 19. Et timuerunt. Non additur τὸν λαόν *populum*. Concordat utrobique Complutensis editio.

20, 20. Ut caperent ejus (sermonem). Habet (*r*) namque λόγον patrio casu : non λόγῳ, ut dicatur, *in* vel *ex sermone*. Concordat etiam exemplar Complutense.

21, 16. Trademini autem a parentibus et cognatis, amicis et fratribus. Hoc etiam ordine legit Complut. editio, ut fratres ultimo ponantur loco.

22, 30. Ut edatis ac bibatis super mensam meam. Non additur (*s*) ἐν τῇ βασιλείᾳ μου· In regno meo. Neque in enarratione fit ulla hujus mentio.

22, 35. Quando misi vos sine loculis et pera. Non additur Καὶ ὑποδημάτων et calceamentis : nec ulla fit hujus mentio in commentariis. Arguit (*t*) autem adjectitium esse, quod infra versu 36, cum dicitur : sed nunc qui habet loculos, tollat, similiter et peram, illud in nullo addatur exemplari.

22, 47. Et appropinquavit Jesu ut oscularetur eum. Additur statim consequenter, etiam in Complutensi exemplari : Τοῦτο γὰρ σημεῖον δεδώκει αὐτοῖς, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· Hoc enim signum dederat illis : Quemcunque osculatus fuero, ipse est.

23, 2. Hunc invenimus pervertentem gentem (nostram) Nam (*v*) in nostro exemplari addebatur ἡμῶν, sicut et Vulgata habet editio.

In fine Evangelii (*x*) non additur ἀμήν, sicut nec in fine aliorum Evangelistarum in ullo habetur exemplari.

Ex Joanne.

1, 28. Hæc in (Bethania) facta sunt. Non (*y*) βηθαβαρά. Conformis est et Complutensis editio et Vulgata : quanquam auctor dicat in scholiis verius legi Bethabara.

1, 30. Non repetuntur hæc aut similia verba : Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Hic est de quo ego dicebam : Post me venturus est vir, qui ante me fuit, quia prior me erat. Eadem tamen propemodum verba paulo superius posita erant.

2, 22. Crediderunt sermoni (ejus) Nam habet αὐτοῦ ejus, non ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, quem dixerat Jesus.

2, 24. Eo quod ipse nosset (omnia) Habet enim

(*k*) Mirabuntur nonnulli, ab Hentenio non notatum esse defectum versus integri 36, quem prætermittunt codices mei Euthymii. Sed is Erasmi editionem comparavit, quæ ista appendice caret. Igitur etiam infra in interpretatione hujus loci hunc totum versum omisit Hentenius. Scilicet in Bibliotheca Patrum maxima Lugdunensi, t. XIX, p. 652, columna *a*, littera *a*. Bonus Beza, hac appendice nos locupletavit et ex eo editores textus recepti.

(*l*) Stunica nobilis fuit adversarius Erasmi et Fabri Stapulensis. Forte ergo hic reprehenderat Fabrum.

(*m*) Uterque meus συκομοραῖαν. Atque ita habent etiam codices Mosquenses h. et v. qui sunt in orthographia accuratissimi.

(*n*) Mei cum reliquis codd. ista servant.

(*o*) Sine admonitione in locis singulis id fieri non debebat. Hoc modo multis in locis corruptus est Chrysostomus a Savilio et reliquis editoribus, et alii scriptores plures ab aliis pluribus.

(*p*) Hoc argumentum non valet. Multa talia, quæ intellectum habent facilem, prætermittunt in scholiis.

(*q*) Alter *meorum* omittit, alter habet.

(*r*) Mei λόγου. Erasmus se volutat inter λόγον et λόγῳ.

(*s*) Dixi de hoc loco copiose in mea N. Testamenti editione.

(*t*) Arguta est omissio. Primo, quod continuo nulla fit mentio calceamentorum. Sed intelligi poterat ex superioribus. Deinde, quod non credibile videbatur, sine calceamentis missos esse.

(*v*) ἡμῶν addunt *mei*. Proximum καὶ autem, ante κωλύοντα, omittunt.

(*x*) Scilicet interpretes, Chrysostomus et cæteri, loco ἀμὴν, quod textus est, post suas explicationes de suo in fine addunt ἀμὴν, atque ita terminant interpretationem.

(*y*) In his et similibus Origenes antiquis criticis expectoravit mentem, ut recentioribus, per libellum *Hermeneutische Vorbereitung*, Semlerus, qui dudum antea se ab criticis ad triumviros A. A. A. F. F. transferre debuisset. Illud autem mihi de hoc loco mirabile visum est, quod nullus ex veteribus interpretibus Græcis infra, cap. x, vers. 40, hunc locum lectoribus in memoriam revocat. Scilicet conscii erant sibi, se temere secutos esse Origenem, relicta auctoritate codicum. Ergo consultius putabant, abstinere se ab isto loco.

Digitized by Google

πάντα (*z*) non πάντας *omnes*. Consonat exemplar Complutense.

5, 22. Et ibi morabatur cum discipulis, ac (baptizabant) Siquidem pluraliter habet (*a*) ἐβάπτιζον: quod ex scholiis manifestius apparet.

4, 31. Interea rogabant eum discipuli (ejus) dicentes: Rabbi, comede. Additur enim αὐτοῦ, etiam in exemplari Complutensi.

6, 52. Quomodo potest hic nobis dare carnem, ad comedendum? Nullum (*b*) Græcum exemplar, quod viderim, additum habet αὐτοῦ *suam*, quanquam verterit Erasmus: Carnem illam suam.

6, 70. Respondit eis: Num ego vos duodecim elegi? Non additur Ἰησοῦς, neque in exemplari Complutensi.

7, 1. Non enim (poterat) in Judæa versari. Non habet ἤθελεν volebat, sed εἶχεν ἐξουσίαν, habebat potestatem, sive, Poterat.

7, 12. Alii vero dicebant: Non, sed seducit (mundum). Non habet ὄχλον *turbam*, sed κόσμον *mundum*, quod etiam in scholiis declaratur.

7, 53. (Abiit) unusquisque in domum suam, Non enim habet ἐπορεύθη, profectus est, sed ἀπῆλθεν. Infra statim cap. VIII, 2 (Summo) vero diluculo iterum (venit) (Jesus) in templum. Additur enim βαθέος *summo* vel *profundo*, et nomen Ἰησοῦς; Nec habet παρεγένετο *accessit*, sed ἦλθεν. Et infra vers. 3: (Adducunt) mulierem. Non habet φέρουσιν *afferunt*, sed ἄγουσι. Nec additur πρὸς αὐτὸν *ad eum*. Infra vers. eod: Ἐπὶ μοιχείᾳ, in adulterio, non ἐν μοιχείᾳ. Item habet εἶπον *dixerunt*, non λέγουσι *dicunt*. Additur quoque in nostro exemplari πειράζοντες *tentantes*. Nec habet αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη, Hæc mulier deprehensa est, sed ταύτην εὕρομεν, Hanc invenimus. Infra vers. 5: Tu autem quid ais (de illa?) Additur enim περὶ αὐτῆς. Nec dicit infra vers. 6, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ, ut possent accusare eum, sed ἵνα ἔχωσι κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ, ut haberent accusationem adversus eum. Præterea cum post pauca verba sequentia versu 9, dicitur: Initio facto a senioribus, additur ἕως τῶν ἐσχάτων usque ad postremos, Deinde versu 10, ubi subditur: Cum autem erexisset se Jesus. Neque hic, neque in Vulgata editione additur consequenter, καὶ μηδένα θεασάμενος, πλὴν τῆς γυναικός. Et neminem vidisset, præter mulierem; quod tamen et in Complutensi editione et in aliis Græcis habetur exemplaribus: sed loco ejus habet εἶδεν αὐτήν· Vidit eam. In exemplari ergo Complutensi plurima nobiscum faciunt contra alia exemplaria Græca; quædam vero cum et aliis et non nobiscum. Quin et illud exemplar quædam habet, quæ neque nos habemus, neque alia exemplaria Græca: ut cum dicitur vers. 6: Scribebat in terram, addit editio Complutensis, μὴ προσποιούμενος dissimulans. Et infra vers 9, ubi dicitur, At illi cum vidissent, addit illa. Καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, Et a conscientia redarguerentur. Multa quoque alia hinc inde variantur, quæ quia minutula sunt, noluimus recensere. Tanta itaque exemplariorum varietas, præter alia, satis arguit hanc historiam ascititiam esse, quemadmodum cum pluribus aliis asserit auctor noster.

8, 40. Qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a (Patre). Habet namque Πατρός et non Θεοῦ *Deo*. Et infra versu 49. Sed honoro Patrem. Non additur μου *meum*. Statimque in eodem versu: Et vos contumelia me (affeitis). Nam habet ἀτιμάζετε per præsens, non ἠτιμάσατε, contumelia affecistis. Concordat nobiscum in postremo exemplar Complutense.

8, 59. Jesus autem occultatus est, et exivit de templo. Additur statim, etiam in exemplari Complutensi: Διελθὼν (*d*) διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρ-

(*z*) Ex Chrysostomo hoc assumpsit, qui in codicibus Mosquensibus habet τὰ πάντα. sed Montefalconius, t. VIII, p.137 C. edidit πάντα.

(*a*) Etiam hoc ad Chrysostomum fictum. Habet quidem Vulgatam lectionem, t. VIII, p. 164 A.C. Sed ibidem adddit D καίτοι προϊὼν (scilicet cap. IV, v. 2) φησὶν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ ἐνταῦθα τοῦτο λέγει, ὅτι αὐτοὶ EBAΠTIZON μόνοι. Origenes t. IV, p. 162, D; habet quidem ἐβάπτιζε, sed mox ibidem alia mutat versu 23. Cyrillus, t. IV, p. 136 B, ubi hunc locum ex professo, ut aiunt, interpretatur, in contextu versum 22 et 23, ita habet: Καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰ; τὴν Ἰουδαίαν γῆν μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης κ. τ. λ. Quæ ergo Chrysostomus dubia reddiderat, ea prorsus omisit Cyrillus. Habet tamen ibid. E, plane ut Chrysostomus: Βαπτίζει τοιγαροῦν ὁ Χριστὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν. Tales critici sunt isti tres τῆς οἰκουμένης φωστῆρες, cum locum data opera tractant. Chrysostomum, principem Græcorum Patrum omnium, excuso. Ad populum enim dixit. Sed Origenes et Cyrillus omni excusatione carent. Viri docti autem, qui Origenem, Chrysostomum et Cyrillum diligenter legerunt, id dudum perspexerunt. In aliis eventum habet vaticinium Isaiæ VI, 9, 10.

(*b*) Scripsit hæc Hentenius anno 1543. Quot editiones Græcæ tunc fuerint, notum est. Si ita locutus esset Hieronymus et Origenes, multi sibi cogitarent ducentos codices recensionis Alexandrinæ et Occidentalis. Sed hoc quoque Chrysostomus invexit, qui in codicibus Mosqq. ita habet: Πῶς δύναται δοῦναι ἡμῖν φαγεῖν οὗτος τὴν σάρκα αὐτοῦ; Vide t. VIII, p. 272. B. Cyrillus hic primum ad nauseam vexat vocabulum πῶς, quod Chrysostomus paululum tantum commoverat, deinde t. IV, p. 360 B. repetit: Πῶς; δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα αὐτοῦ φαγεῖν; Origenis ad hunc locum nugæ interciderunt, sed t. IV, p. 364 A. laudat: Πῶς δύναται ἡμῖν οὗτος δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν;

(*c*) Haud dubie voluit scribere, Audissent.

(*d*) Propter Euthymium etiam hoc notandum, quod hæc non uno loco junctim recitat, sed per partes, interposita in singulis partibus interpretatione. Distinguit autem textum ita. Primo vers. 59: Ἦραν οὖν ad ἐπ' αὐτόν. Secundo: Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη. Tertio: Καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Quarto· Διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν. Quinto: Καὶ παρῆγεν οὕτως. Sexto: Καὶ παράγων ad γενετῆς. Duplex hic oritur quæstio. Altera, quis ex editoribus N. Testamenti hæc exclusit? Erasmus, homo temerarius et perfidus, qui hæc in suis Græcis, nescio quibus,

Digitized by Google

ἦτεν οὕτως· Pertransiens per medium illorum et ita præteribat.

9, 8. Vicini itaque, et qui viderant eum prius quod (cæcus) esset. Habet enim τυφλός, non πτωχός (*e*) *mendicus*. Consonat etiam exemplar Complutense.

10, 8. Omnes quotquot venerunt, fures sunt et latrones. Non additur Πρὸ ἐμοῦ, Ante me, neque in exemplari Complutensi, neque in editione Vulgata.

10, 39. Quærebant (ergo) rursum apprehendere eum. Additur enim οὖν *ergo*, et in exemplari Complutensi, et in Vulgata editione.

13, 9. Domine non tantum pedes. Non additur μου *meos*.

13, 23. Cum ergo ille recumberet (ita) super pectus Jesu. Additur enim οὕτως, quod etiam in scholiis auctor declarat.

13, 30. Erat autem nox quando exivit. Deinde subditur: Ait Jesus. Non enim additur οὖν ergo, ante verbum ἐξῆλθε *exivit*, ut alium possit reddere sensum. Facit nobiscum exemplar Complutense.

1. 4. Non turbetur cor vestrum. Ante hæc verba non præmittitur, neque in nostro, neque in Complutensi exemplari id quod habetur in vulgaribus Græcis exemplaribus (*f*): Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Et ait discipulis suis.

14, 30. Venit enim princeps mundi. Non additur τούτου hujus, neque in exemplari Complutensi.

16, 3, Et hæc facient, quia non noverunt. Non additur ὑμῖν *vobis*, nec in editione Complutensi.

16, 5. Et nemo interrogat me: Quo abis? Non præponitur ante verbum Interrogat ἐξ ὑμῶν, ex vobis.

16, 10. De justitia autem, quia ad Patrem (meum) abeo. Additur enim μου, etiam in editione Complutensi.

16, 25. Hæc per proverbia (dico) vobis. Non enim habet (*g*) λελάληκα locutus sum : sed λέγω, *dico*.

16, 33. In mundo pressuram (habebitis) Nam habet ἕξετε (*h*) futurum, non ἔχετε *habetis*. Pari modo legisse manifestum (*i*) est eum, qui Vulgatam dedit editionem.

17, 11. Pater sancte serva eos per nomen tuum (quo donasti mihi). Non enim habet οὓς *quos*, sed ᾧ *quo*. Eodem etiam modo habet exemplar Complutense. Ex scholiis tamen legisse videtur auctor noster ὃ, *quod* (*k*), puta nomen accusandi casu.

18, 25. Negavit (ergo) ille et ait : Non sum. Repetitur enim οὖν *ergo*. In hunc etiam modum legimus in editione Complutensi.

28, 29. Exivit itaque Pilatus ad eos, et ait. Non additur ἔξω (*l*) *foras*. Ad hunc quoque modum invenimus in exemplari Complutensi.

19, 16. Acceperunt autem Jesum et (duxerunt) (in prætorium) Primum itaque non habet ἀπήγαγον *abduxerunt*, sed ἤγαγον *duxerunt*. Et in hoc concordat exemplar Complutense. Addebatur præterea in nostro exemplari εἰς τὸ πραιτώριον.

19, 35. Et ille scit quod vera dicat (sed) ut vos credatis. Nam habet ἀλλά, *sed*. Nec habet καί *et*, ante vos. Exemplar quidem Complutense non habet conjunctionem καί, sed nec habet ἀλλά.

19, 38. Et permisit Pilatus. Statimque additur : Ἦλθεν (*m*) οὖν, καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Concordant et exemplar Complutense et Vulgata editio.

20, 29. Quia vidisti me credidisti. Non additur θωμᾶ, nec in editione Complutensi.

21, 1. Postea manifestavit se iterum Jesus (discipulis) ad mare Tiberiadis. Additur enim μαθηταῖς (*n*) *discipulis*. Concordat in hoc et exemplar Complutense et editio Vulgata.

et invenit et non invenit. Nam in prima editione habet, in reliquis omisit. Compara ejus ad hunc locum animadversionem. Altera quæstio. Cur Hieronymus in Vulgata Latina omisit? Scilicet hic quoque servum pecus sequitur vesanum Origenem. Nec diligentiores fuerunt Chrysostomus et Cyrillus. Vulgo credunt hæc assuta esse ex Luc. IV, 30. Suite [Suo tempore totam rem ad oculos demonstrabo. Hæc adeo servat Vaticanus 1209 apud Birchium.

(*e*) Erasmus, impostor, non criticus, in Vulgata reperiebat mendicus. Ex Lexico ergo suo reddebat πτωχός. Inepte. Reddere debebat προσαίτης. Ita enim Chrysostomus, unde hæc est corruptio. Vide tom VIII, p. 333 A. Unde autem προσαίτης; invectum? Per summam negligentiam et incogitantiam ex proximo προσαιτῶν.

(*f*) Est initium lectionis ecclesiasticæ, τῇ παρασκευῇ τῆς στ. ἑβδομάδος, quod homines somnolenti intulerunt in contextum.

(*g*) Dissentiunt mei Euthymii codices, qui λελάληκα servant.

(*h*) Chrysost. t. VIII, p. 468 A, negligit quidem verba textus, habet tamen suis verbis : Ἕως ἂν ἦτε ἐν τῷ κόσμῳ, θλῖψιν ἕξετε. Eodem modo repetit alibi, ut in editione N. Testamenti docui. Cyrillus ante scholia habet ἕξετε, sed in interpretatione ἔχετε. Tom. IV, p. 944 A, 945 A.

(*i*) Minime vero. Nam interpres Latinus sæpius præsentia per futura reddit. Neque hoc ignoras, Henteni.

(*k*) Ὃ ponit in interpretatione ideo, quod non repetiit, ἐν τῷ ὀνόματί σου, ad quod refertur in textu ᾧ. Quorsum ergo referendum fuisset ᾧ? Forte ad δέδωκας.

(*l*) Incerta sedes hujus vocabuli satis arguit, id aliunde introductum esse. Nam meus Mosquensis codex S. qui Cyrilli scholia etiam habet, addit id ante πρός. Ita Cyrill. t. IV, p. 1034, B. Alius codex 41, cum scholiis habet post αὐτούς.

(*m*) Hæc nimirum omittit Erasmus. Unus meorum quoque eumdem saltum fecit ab ἦλθεν ad ἦ θε. uterque autem Euthymii cum reliquis ista servant.

(*n*) Præter μαθηταῖς unus meorum Codicum Euthymii addit αὐτοῦ.

Digitized by Google

21, 15. Simon (Jona) diligis me plus his? Habet namque, Ἰωνᾶ, non Ἰωαννᾶ : et ita rursum bina vice subsequitur. Similiter etiam habet exemplar Complutense.

EJUSDEM HENTENII.

In his quæ sequuntur multisque aliis in locis Evangelium phrasin imitati Hebraicam, posuerunt præsens, interdum etiam et præteritum pro futuro.

Matth. 11, 3, et Lucæ 7, 19, 20, occurrit in primis illud maxime vulgatum : Tu es ille (qui venit) an alium exspectamus ? Ubi ponitur ἐρχόμενος *veniens*, pro eo quod est . *Qui venturus est*, aut potius, Qui venturus erat. Et eodem modo Joan. 6, 14 : Hic est vere propheta (veniens) in mundum, id est, qui venturus erat. Rursum Matth. 17, 11 : Elias quidem (venit) primum : Ἔρχεται pro Venturus est, ponitur. Et sane id in hoc verbo ἔρχομαι frequentissimum est.

Matth. 10, 20. Non enim vos (estis) (illi qui loquuntur) sed Spiritus Patris vestri (qui loquitur) in vobis. Ubi præsens ἐστέ pro *eritis* sumitur ; et λαλοῦντες pro eo quod est, Qui loquentur ; et λαλῶν, pro loquetur. Eadem etiam habentur Marc. 13, 11.

Matth. 22, 30. In resurrectione neque (contrahunt matrimonium) neque (nuptui traduntur), sed quasi angeli Dei in cœlo (sunt) Verbum γαμοῦσι, quod ex sequentibus verbis, quæ manifeste præsentia sunt, etiam judicatur esse præsens, pro futuro *contrahent* accipitur : et ἐκγαμίζονται pro, Nuptui tradentur ; similiter εἰσί pro *erunt*. Pari quoque modo habentur verba hæc Luc. 20, 35, 36 ; Marc. 12, 25.

Matth. 17, 20. Si (habeatis) fidem sicut granum sinapis. Ἔχητε pro futuro *habueritis* sumitur.

Matth. 26, 11. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me vero non semper (habetis). Hoc in loco præsens ἔχετε pro futuro *habebitis* capitur. Et eodem modo Joan. 12, 8.

Matth. 28, 7. Ecce (præcedit) vos in Galilæam προάγει pro futuro *præcedet* accipitur. Similiter etiam habet Marcus 16, 7.

Marc. 3, 29. Quicunque blasphemaverit adversus Spiritum sanctum, (non habet) remissionem in æternum, sed reus (est) æterni judicii. Ἔχει pro *habebit* accipitur, et ἐστὶν pro *erit*.

Marc. 9, 12. Elias cum prius venerit (restituit) omnia. Hoc in loco ἀποκαθιστᾷ verbum præsens sumitur pro futuro *restituet*. Cap. 9, 31. Filius hominis (traditur) in manus hominum. Similiter hoc in loco παραδίδοται verbum præsens *accipitur* pro futuro *tradetur*.

Marc. 11, 24. Quæcunque orantes petitis, credite quod (accipitis) et erunt vobis. Λαμβάνετε pro *accipietis*.

Luc. 13, 35. Ecce (relinquitur) vobis domus vestra Ἀφίεται pro futuro *relinquetur*.

Joan. 6, 28. Quid (facimus) ut operemur opera Dei ποιοῦμεν pro *faciemus*.

Joan. 7, 27. Christus cum venerit, nemo cognoscit unde (sit) ἐστὶ pro futuro *erit*.

Joan 7, 33. 34. Vado ad eum qui misit me : quæretis me et non invenietis : et ubi ego (sum) eo vos non (potestis) venire. Εἰμί pro *ero* : et δύνασθε pro futuro *poteritis* accipiuntur.

Joan. 8, 31. Si vos manseritis in sermone meo, veri discipuli mei (esti) ἐστέ pro *eritis* sumitur.

Joan. 8, 46. Qui ex vobis (arguit) me de peccato ? ἐλέγχει pro *arguet* accipitur.

Joan. 13, 8. Si non lavero te, non (habes) partem mecum. Ἔχεις *habes* pro *habebis*.

Joan. 14, 17. Vos autem (cognoscitis) eum, quia apud vos (manet.) Γινώσκετε pro *cognoscetis* : et μένει pro *manebit*. Et hoc sicut et alia propemodum omnia, litteræ series ipsa declarat.

Joan. 14, 19. Adhuc modicum, et mundus jam me non (videbit) vos autem (videbit) me. Hic sane quanquam (*a*) auctor quidam non parvi nominis dicat θεωρεῖ et θεωρεῖτε præsentis esse temporis : sunt tamen etiam juxta canones Græcæ grammatices futura secunda. Similiter, cap. 15, 26, 27, cum dicitur : Ille testimonium perhibebit de me, et vos (testes eritis.) Etiam ait idem auctor μαρτυρεῖτε præsens esse indicantis, ut significet : Testes estis, aut *estote*, quemadmodum etiam hoc loco vertit. Attamen multo commodius dicetur esse futurum secundum : præsertim cum Act. cap. 1, 8, eadem ferme verba referens Lucas, dicat : Accipietis virtutem superveniente Spiritu sancto in vos et eritis mihi testes. Ubi aperte per futurum habet Græca littera ἔσεσθε, facta etiam primum supervenientis Spiritus sancti mentione, sicut etiam hoc loco. Præterea cum eodem capite 16, 10 dicitur : Ad patrem vado, et posthac non (videbitis) me. Et post pauca vers. 16 : Pusillo tempore et non (videbitis) me. Asserit idem (*b*) utroque horum locorum evangelistam abusum tempore præsenti pro futuro. Nos autem opinamur, quod proprie futurum secundum posuerit. Quod inde facile est colligere, quod statim sequatur futurum ὄψεσθε videbitis. Sciemus tamen quosdam grammaticos futura secunda a verbis circumflexis in totum au-

(*a*) Et huc et paulo post videtur intelligere Erasmum, quem vide in interpretatione et in notis.
(*b*) Erasmus in notis.

Digitized by Google

ferre : qui tamen fateri coguntur præsens indicativi passim pro futuro locari, quod vix fieri solet. Idem auctor verbum (*c*) ἀφέωνται frequenter vertit Remittuntur, cum sit non solum Atticum præteritum sed et Ionicum et Doricum, per ablationem vocalis subjunctivæ, et pleonasmum ω. Nam quod dicat interpretem fortassis legisse ἀφέονται, ut sit præsens ab ἔω et ἔομαι, non sit verisimile, cum hoc barytonum verbum apud solos poetas reperiatur.

Joan. 15, 6. Nisi quis in me manserit (ejectus est) foras sicut palmes, et (exaruit) et (colligunt) eos, et in ignem (conjiciunt) et (ardent.) Hoc loco quo præterita et tria præsentia pro futuris posita sunt ; nempe ἐβλήθη pro Ejicietur, ἐξηράνθη pro *exarescet*, συνάγουσιν pro *colligent*, βάλλουσι pro *conjicient* et καίεται pro *ardebit*.

Joan. 15, 8. In hoc (glorificatus est) pater meus (ut fructum copiosum afferatis.) Ἐδοξάσθη pro futuro *glorificabitur*, et ἵνα φέρητε pro eo, quod est : Si attuleritis. Hoc itaque loco et præteritum et præsens pro futuro ponuntur.

Joan. 16, 26. Et non (dico) vobis quod ego rogabo. Patrem pro vobis : ipse enim Pater (amat) vos. Λέγω pro *dicam*, et φιλεῖ pro *amabit*, quod tamen, si solum esset, futurum secundum esse posset. Vide hujus loci enarrationem.

Joan. 17, 11. et jam non (sum) in mundo, et hi in mundo (sunt.) Εἰμί pro *ero* sumitur, et εἰσί pro *erunt*.

(*c*) Matth. ix, 2, 5 ; Marc. ii, 5, 9 ; Luc. vii, 47, 48. Vide in primis Erasmum ad Marc. ii, 9.

JOANNIS MILLII

EXAMEN CODICIS EUTHYMII (*d*) BAROCCIANI.

Ex Prolegomenis ejus in N. T. a § 1073 — 1079.

Et jam quidem ad insigni illo Commentariorum Chrysostomi (*e*) defloratore ad alium devenimus (*f*), *Euthymium* dico *Zigabenum* ; qui sub initium fere sæculi duodecimi, e Patrum variorum, sed Chrysostomi potissimum Commentariis, Catenam (*g*) quamdam contexuit in Evangelia. In qua certe, ut hoc obiter notem, peculiare (*h*) omnino illud, quod allegationes seu citationes evangelici textus perpetuo factæ sint secundum titulos, qui ad oram Evangeliorum signati sunt, sive majora Κεφάλαια. Hujus haud dum (*i*) Græce editæ exemplar nacti sumus inter codices Baroccianos, probum ac propemodum integrum ; unde videre liceat, qualis textus Euthymio fuerit ad manum, cum ista scriberet. Erat autem iste, qualis exemplarium posterioris ævi ferme omnium, plurimis in locis (*k*) interpolatus ; ita tamen, ut in multis, ubi diversus abit a libris excusis, germanam exhibeat lectionem.

Et lectionibus interpolatis in primis ecce sqqq.

Ἰορδάνῃ (*l*) ποταμῷ, Matth. 3, 6, plurimi Codd. Syr. Copt. Æthiop.

Διαρπάσῃ pro διαρπάσει 12, 29, sic Chrysost. (*m*) cavebat scriba, ut verbum hoc conveniret tempore cum præcedenti δήσῃ.

(*d*) De eodem loquitur ibid. § 1462.

(*e*) Ita Theophylactum Bulgariæ episcopum appellat. Videtur autem hoc vocabulum ex contaminato barbaræ Latinitatis marsupio divi Hieronymi protraxisse. Honestiori et Latiniori uti poterat. Aliud est græcum ἀπανθίζειν, aliud Latinum deflorare.

(*f*) Tanquam ex palatio excelso fessi fatigatique ad tugurium humile.

(*g*) Catena, doctissime Milli, appellatur Collectio locorum ex variis scriptis Patrum, qui aliquo modo partes singulas Litterarum sacrarum oratione attigerunt, sine continuo nexu collatorum. Non sine causa addidi *sine nexu*, siquidem catena quælibet nexum habere debet. Sed illud in istis catenis non habet locum. In Euthymio autem nexus est, quod ex pluribus partibus opus perpetuum fecit. Commentarium ergo, non catenam exhibet. Hoc discrimen est inter catenam et commentarium, ex usu recentiorum Græcorum vocabuli σειρά.

(*h*) Non peculiare aut insitatum, sed obtinet ista capitum descriptio in plerisque codicibus Græcis, quod te latere non poterat. Nullam aliam enim Græci agnoscunt præter hanc et canones Eusebii. Utraque est in codice Alexandrino.

(*i*) Viros doctos aliquos affirmasse, hos commentarios Græce jam editos esse, supra notatum est a Fabricio. Sed in nova Cavei editione hic error correctus est. Vide tom. II, p. 199, edit. Basil. 1745, fol. Sed Elias du Pin in Nova Bibliotheca auctorum ecclesiasticorum, tom. IX, cap. xiv, p. 197, hunc Commentarium Græce editum tradit Veronæ 1530, quo anno nimirum ibidem prodiit Commentarius in Psalmos. Confusus ergo est Commentarius in Psalmos cum hoc in Evangelia. Oudinus in Commentario de scriptoribus ecclesiasticis, tom. II, p. 981, alio modo erravit. Scribit enim : Commentaria in quatuor Evangelia edita Græce in folio Veronæ anno 1630 (ergo centum annis post) cum Commentario in Psalmos.

(*k*) Multo tamen minus quam tuus Alexandrinus et Cantabrigiensis, infimus omnium.

(*l*) Est hæc lectio codicum cum scholiis et catenis, quod ex Mosqq. codd. d. et 10 discitur. Contra sunt ejusdem generis codices a. e. Ergo facile a critico auctoritate reliquorum excluditur.

(*m*) Chrysost. t. VII, p. 447 b. habet : Καὶ τότε ΑΥΤΟΥ ΤΑ ΣΚΕΥΗ διαρπάσῃ, quod nec Wetstenius notavit. Ignorabant Græci consuetudinem Hebraicam orationis ita vinciendæ per particulam καί. Totum membrum abesse poterat. Si tamen addidissent Græci, τότε δή, τότε δέ aut τότε γάρ scripsissent.

Digitized by Google

Βάρος (*n*) τῆς γῆς 13, 5, irrepsit e marg.

Τὸ ἀριστόν μου (*o*) ἡτοίμασται 22, 4; sic etiam codex unus et alter. Interpolatori sc. quisquis ille, congruentius visum est de regis prandio, illud paratum esse dicere, quam se illud parasse.

Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς γενεὰ πον. 16, 4, ex vers. 2 hujus capitis.

Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε, etc. 26, 40, sic (*p*) et complures codd. repetita interrogatione, quo magis ad Marcum (c. 14, v. 37) accederetur.

Γολγοθᾶν. 27, 33, sic codd. al. casu accusativo ad formam Græcorum.

Ἰδόντες τὰ γενόμενα. 27, 54, misso τὸν σεισμὸν, ut superfluo, ob supra dicta v, 51, 52.

Ἀγοράσομεν. Marc. 6, 37, sed editum recte, ob seq. δῶμεν· omniumque fere librorum (*q*) auctoritate confirmatum est.

Ἔδοξαν φαντασίαν εἶναι, 6, 49, sic codex Ephesinus. Sed φάντασμα reliquorum codicum est, et Matthæi.

Ἔστω (*r*) πάντων δοῦλος, 9, 35, sic codd. aliq. Æthiop. ex Matthæo.

Ὃ (*s*) δὲ ὑμῖν λέγω, 13, 37, complures codd. nempe ob simplex illud γρηγορεῖτε, quod sequitur, potius visum δ, quam ἃ. Et sic interpretati sunt Vulg. Syr.

Ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν, 14, 9, inserto δέ, ut apud Matthæum, et in libris aliq. γάρ, connexionis gratia.

Καὶ (*t*) εὐλογήσας, 14, 33; præfixo καί, ex Matthæo.

A Καὶ ἐπληρώθη ἡ Γραφὴ ἡ λέγουσα, καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. 15, 28, versiculus hic prætermissus est apud ms. Euthymium, sed ascriptum habemus ad oram codicis a manu nonnihil recentiore. Omittunt etiam (*v*) Alexandrinus, aliique codd. aliq. Cæterum, præterquam quod in libris plerisque locum habeat, mihi certe haud leve indicium est, etiam in Marci autographo exstitisse, quod eadem ipsa proferat ex occasione Lucas, assiduus Marci sectator. Ne dicam, quod ob idem initium hujus versus et seq. facile omitti poterat.

Τίνα δὲ ἐξ ὑμῶν Luc. 11, 11. Illud ἐξ, utcunque in exemplaria plurima irrepserit, non est hujus evangelistæ, sed Matthæi.

Τοὺς δούλους τούτους· ἵνα γνῶ etc. (missis mediis, B οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, credo, ut superfluis), 19, 15.

Ἐάν τις ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, 20, 28. Et ita cod. unus et alter. Reliqui omnes et editt. τινός· et sic Marcus, quem sequi amat hic evangelista.

Καὶ παρεκάλει αὐτόν. 8, 32. Dæmoniacus sc. ex vers. proxime præcedente.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ. 8, 48, Codd. aliq. Goth. Syr. Ἰησοῦς Matthæi est.

Ὄχλοι ἐπεζήτουν. 4, 42. Plurimi (*x*) codd. explicatius.

Τὸ ἔθνος ἡμῶν. 23, 2. Plurimi codd. adjecto ἡμῶν, explicationis gratia.

Μαρία ἡ Ἰακώβου. 24, 10. Complures codd. explicatius. C

Ὑπέδειξεν (*y*) 24. 40. Singularis lectio.

(*n*) Neuter ex meis Euthymii codicibus id habet. Βάρος ne quidem Græcum est. Βάθος Græci dicunt. Hinc βαθύγειος.

(*o*) Ita duo codices Mosquenses Chrysostomi.

(*p*) Hoc in Euthymii codicibus non animadverti. Sed ita habent codices Mosquenses Chrysostomi, etsi aliter ediderit Montefalconius, t. VII. p. 791, a. d. Theophylactus etiam pag. 164 e. 165, a. unum signum interrogandi habet post ἐμοῦ.

(*q*) Hoc argumentum hic valet, non autem prius. Nec enim Marcus accurate Græce scribit. Poterat ergo præcedere futurum, et post καί sequi δῶμεν. Scilicet, ut καί esset pro Græco ἵνα. Nisi codices obstarent, apud Marcum probassem ἀγοράσομεν. Aliter enim Græce Xenophon, aliter Marcus scribit. Hoc illud dubium est in Crisi N. Testamenti, quod scriptores nec ubique hebraizant, nec ubique græcissant.

(*r*) Sic uterque meus. Servant tamen πάντων ἴσχατος καί.

(*s*) Mei ἃ.

(*t*) Unus tantum meorum addit καί.

(*v*) Vitium codicis Alexandrini arguunt additi canones Eusebii. Habet enim in editione Woidii ita : Καὶ σὺν αὐτῷ σταυροῦσιν δύο λῃστάς, et in interiori margine notat sectionem minorem σιε'. et canonem η'. Rursus : ἵνα ἐκ δεξιῶν καὶ ἵνα ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ. Et in interiori margine, sectio minor σις'. canon ς'. Atqui omnia ab καὶ σὺν αὐτῷ ab εὐωνύμων αὐτοῦ pertinent ad sectionem σιε'. et ad canonem α'. Quatuor enim evangelistæ non solum narrant duos latrones cum Christo cruci esse affixos, sed etiam, Christum pependisse medium. Jam cum in illo Codice versus 29, sit sectio σις', ut ibi etiam notatur, culpa scribæ excidit sectio σις'. quæ, quod a Marco et Luca tantum refertur, pertinet ad canonem η'. Reprehenditur ergo, scribam illum a καί ad καί defecisse. Addamus hic illos numeros cum correctione :

Alex.		Correctio.
σιδ'.	—	σιδ'.
α'.	—	α'.
σιε'.	—	σιε'.
η'.	—	α'.
σις'.	—	σις'.
ς'.	—	η'.
σιζ'.	—	σιζ'.
β'.	—	ς'.
σιη'.	—	σιη'.
β'.	—	β'.
σιθ'.	—	σιθ'.
β'.	—	β'.

D Defecit ergo ab α'. ad η'. ac sit deinceps. Ergo codex Alexandrinus, qui hunc versum omisit, defendit integritatem hujus versus. Illud autem intelligitur, scribam codicis Alexandrini hic data opera fefellisse. Cum enim semel omisisset versum 28, hunc errorem autem nollet corrigere, corrupit de industria canones, servato tamen sectionum ordine, ne defectus appareret. Cur autem nollet errorem suum corrigere vel pertinacia hominis, vel negligentia, vel lucri studium in causa fuit. Credo postremum in culpa fuisse, ne perderet lucellum, si defectus aut additamentum in fronte aut in calce folii appareret. Alias enim necessitas nulla fuisset corrumpendi notas canonum. Sancta Thecla ergo ætate apostolorum scribebat codices mercede conducta, admodum perfidiose. Vide, quæ infra dixi, ad Luc. xxiii, 17.

(*x*) Ob eam causam probavi, etsi ut elegantius, de Græcitate suspectum erat.

(*y*) Ita unus meorum. Alte, vulgatum. Vocabulum

Digitized by Google

Τί ἐμοὶ καὶ (*z*) σύ. Joann. 2, 4. Codd. multi : mutato σοί in σύ, ab iis qui ignorabant sensum phraseos apud interpretes LXX tritissimæ.

Καὶ ἐδάπτιζον. 3, 22. Plurale, ob id quod infra dictum, Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, cap. 4, v. 2.

Μαθηταὶ αὐτοῦ. 4, 31. Libri aliq. αὐτοῦ scribarum est.

Πλανᾷ τὸν κόσμον. 7, 12. Reclamante codicum omnium fide.

Ὄρθρου πάλιν βαθέος ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. 8. 1. Explicatio ex (*a*) Luc. 24, 1 ; sic multi codd.

Εἶπον αὐτῷ, πειράζοντες. 8, 4, libri multi. Commentarius est, non textus, ex vers. 6.

Τί λέγεις περὶ αὐτῆς ; 8, 5, codd. plurimi, addito περὶ αὐτῆς, explicationis gratia.

Ἀναβλέψας εἶπεν αὐτοῖς. 8, 7. Codd. al. clarius.

Εἶδεν αὐτὴν καὶ εἶπε· Γύναι, etc. 8. 10. Libri aliq. explicatius.

Ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός. 8, 40. Euthym. usque solus (*b*).

Οὐ καλῶς ἐλέγομεν. 8, 48. Codd. aliq. explicatio, ex cap. 7, v. 20, hujus Evangelii.

Καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Μαρίαν, 11, 5. Sic Vulg. (in editt.) Syr. addito Μαρίαν, ex vers. 1.

Ἐκεῖνος (*c*) οὗτως. 13, 25. Codd. complures. Simplex ἐκεῖνος, genuinum. Ejus loco suffectum est ex marg. in codd. aliq. οὗτος, ceu magis idoneum : in aliis adjunctum erat τῷ ἐκεῖνος· in aliis ad evitandam ταυτολογίαν, mutatum videmus οὗτος in οὕτως, ut hic apud Euthymium.

Ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον. 19, 16. Sic codd. al. explicatio, ex cap. proxime præcedentis v. 28. Et de locis interpolatis hactenus.

Ex genuinis, quæ ab editt. differunt, hactenus haud memoratis, nonnullas hic restat, proferamus.

Καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ; ἐν (*d*) τῷ ἀγρῷ. Matth. 13, 27. Complures libri, ut et Epiphanii codex. Particula σῷ, injectitia videtur.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος. 14, 28. Plurimi codd. et Vulg. medium αὐτῷ, quod in nostris, injectitium est.

Τὰ (*e*) γενόμενα. 18, 31. Codd. aliq. et Vulg. (*f*), uti videtur ; quomodo legendum esse monet Lucas Brug. mutarunt aliqui ad marg. adeoque et in textu scribæ in γενόμενα, ceu commodius.

Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. Marc. 2, 17. Codd. aliqui et Vulg. Syr. (*g*) Goth. Copt. Æthiop. Lucæ est, quod sequitur in nostris, εἰς μετάνοιαν, et accessit tam apud hunc evangelistam, quam Matthæum, ex Lectionariis.

Ὁμοία αὐτῇ. 12, 31. Sic libri probi aliq. et Vulg. Syr. Æthiop.

Ἐξ εὐωνύμων. 10, 40. Complures codd. et Vulg. goth. absque addito μου, quod accessit ex Matthæo.

Ἡ (pro quo in Edd. καί, ex Matth.) τῆς ὥρας. 13, 32. Magna vis codicum, et Vulg.

Ἑστρωμένον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε. 14, 15. Alex. et probatiores al. et quidem exemplar Vulgati. Nec aliter Lucas, Marci sectator. Medium ἑτοιμον, quod in nostris, explicatio erat τοῦ ἑστρωμένον, in margine posita, indeque translata a scriba quopiam in mediam paginam.

Καὶ μὴ εὑρόντες ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτόν. Luc. 5, 19. Ita e Stephanianis plurimi, aliisque probatioribus, Alex. Cant. διὰ ποίας, quod in excusis plerisque, est genuinæ lectionis explicatio

Πάντα τὰ γεννήματά μου. 12, 18. Ita simpliciter Lin. et Cant. et Vulg. initio, ut videtur. Sequentia, (*b*) καὶ τὰ ἀγαθά μου, ascripta primum ad marg. e versu proxime sequente, irrepsere mox in contextum, et codices jam universim occupant.

Ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐθεραπεύοντο. 6, 18. Alex. et codd. al. Vulg. Æthiop. omnino recte. Καὶ postea insertum erat, ante ἐθεραπεύοντο, ut jam in editis, ad tollendam obscuritatem, ne alias soli dæmoniaci sanati viderentur, non item reliqui, qui huc curationis causa venerant.

Ἐπειδὴ φίλος. simpliciter. 11, 6. Codd. plurimi. Syr. et Vulg. initio. Μου injectum erat haud dubie, ad implendum sensum : nemo particulam hujusmodi expunxerit.

Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. 13, 35. Codices optimi, magno consensu. Ἔρημος, quod accessit in nostris, ex Matthæo ascriptum fuisse monent Lucas Brug. et Grotius.

Ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας, μή τινος ὑστερήσατε ; 22, 35. Codd. aliq. omnino recte. Neque enim in proximis mentio fit, nisi sacculi et perc. Medium, καὶ ὑποδημάτων, quod in nostris, ascriptum primum in marg. a lectore aliquo, ex cap. 10, v. 4

ἐπέδειξε, quod haud raro jactantiæ notionem habebat, nonnullis offensioni fuit. Ergo alii ex Joan. xx, 20, ἔδειξε, subjecerunt ; hic ὑπέδειξε subjecit. Corruptionem prodit Mosquensis f. qui rasura sustulit syllabam επ.

(*z*) Mei servant σοί. Nec aliter est in interpretatione.

(*a*) Quomodo Millio Luc. xxiv, 1. Hic in mentem venire potuerit, non video. Nimis longe repetitum.

(*b*) Imo cum Origene et Chrysostomo, ut docui in mea editione.

(*c*) Eodem modo οὕτως excuserunt nonnulli, cap. 4, vers. 6. Alii dederunt οὗτος. Sic vide W. r.t. B.reh.

(*d*) Servat uterque meus σῷ. Sed σῷ omittunt codices Mosquenses cum scholiis, d. 10, cujusmodi codices tractavit Euthymius.

(*e*) Γενόμενα voluit scribere Millius. Mei habent γενόμενα.

(*f*) Ex exemplis quæ hic subjecit Millius, appareret, illum probas lectiones appellare eas quas habet Vulgata Latina.

(*g*) Hi omnes pro Vulgata Latina, sine melioribus codicibus Græcis, nihil probant : cum melioribus codicibus Græcis autem semper probant contra Vulgatam Latinam. Indicant enim fere plerumque recentiores corruptiones versionis Latinæ. Per inductionem exemplorum id intelligitur.

(*h*) Servat uterque meus. Habet autem γενήματα, ut scribendum est. Γενήματα conduntur in horreo : γεννήματα, ejus generis, in stabulis servantur.

Digitized by Google

hujus Evangelii, scribæ facile admiserunt in contextum.

Πρὸς αὐτὸν γυναῖκα. Joann. δ, 3. Πρὸς (*i*) αὐτὸν non agnoscunt complures libri, uti nec Vulg. Syr.

(*i*) πρὸς αὐτὸν omittunt mei codices Euthymii.

A Μὴ τοὺς πόδας μόνον. 13, 9. Sic libri aliq. et Cant. adeoque Vulg. initio. Mou injectitium est.

Sed de Commentario hoc hactenus, omnium, quæ quidem Græce exstant, ut opinor, novissimo.

LECTIONES VARIANTES UTRIUSQUE CODICIS MOSQUENSIS AD QUATUOR EVANGELIA.

Constitueram quidem integrum contextum quatuor Evangeliorum, uti in codicibus Euthymii Mosquensibus legitur, simul cum ejus Commentario edere. Bibliopola autem mihi auctor fuit, ut de lectionibus variantibus seorsim exponerem, textum autem breviter tantum ante singula scholia notarem. Id quia sine damno lectorum fieri poterat, facile obtemperavi. Examinaveram autem codices Mosquenses Euthymii bis, semel ad editionem Joannis Gregorii Oxon. 1703 fol., semel ad Bengelii Tubingæ 1734,4. Hic autem, sicuti etiam in mea Novi Testamenti editione feci, ad solam Gregorii editionem respicio. In gratiam lectorum tamen monendum videtur, Gregorium expressisse editionem Oxoniensem Joannis Fellii 1675, 8. Fellii autem editionem repetitam esse ab Aug. Herm. Franckio, Lipsiæ 1702, 8. Ex multis autem exemplis didici, Wetstenium etiam, vel Fellii, vel Gregorii secutum esse editionem. Sunt autem istæ editiones omnes, ut vulgo loquuntur, textus recepti, hoc est, nec Erasmum solum sequuntur, nec Bezam, sed mistum contextum habent ex majori Stephaniana anni 1550 fol. et ultima Bezæ 1598 fol., insertis nonnullis lectionibus singularibus, de quibus tamen primus recepti textus editor lectores non admonuit. In universum hoc moneo. Codex Euthymii B. in mea novi Testamenti editione I. est præstantior, deterior est A. quem in Novo Testamento N. appello.

Ad Evangelium Matthæi.

Cap. I. V. 1. 2. Ἀβραάμ (*a*). Ex consuetudine Græcorum, qui α ante βρ. spiritu aspero notare solent. Sic et vers. 17 et Cap. III, 9.

4. Ἀμιναδάμ bis. Partim, quod Græci in fine non habent β. partim, quod μ. et β. in codd. inde a sæc. IX facile confunditur.

5. Ῥάαβ. a.

6. Σολομῶνα.

10. Τὸν Μανασσῆν.

Cap. II. V. 9. Ἕως οὗ ἐλθών.

11. Εὗρον] εἶδον.

18. Ῥαμά.

22. Ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας] ἐπί abest.

Χρηματισθεὶς δέ] δέ abest. a.

Cap. III. V. 6. Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ'.

8. Καρπὸν ἄξιον.

10. Καρπὸν καλόν] καλόν abest. b.

11. Καὶ πυρί absunt.

Cap. IV. V. 5. Ἵστησιν] ἔστησεν. b.

9. Προσκυνήσῃς με.

10. Ὕπαγε] ὀπίσω μου addit a.

13. Περιθαλασσίαν, pro παραθαλασσίαν est vitium editionis Gregorii.

16. Ἶδε φῶς.

18. Ὁ Ἰησοῦς absunt. Cyrillus quidem t. II, p. 29. E. Matthæum appellans, hæc addit. Attamen nec hoc pro argumento esse potest.

Cap. V. V. 16. Πατέρα ἡμῶν. a.

Vitiosa sunt in a. vers. 20. εἰσέλθῃ. v. 23. προσφέρεις et ἔχει κατά, omisso τί.

27. Τοῖς ἀρχαίοις absunt.

Οὐ μοιχεύσεις] ὁ ἐμβλέπων. a. ex proximo versu.

28. Ὁ βλέπων γυναῖκα] ὁ ἐμβλέπων γυναῖκα. Sed a. in marg. notat γρ. καὶ ὁ βλέπων. Quoniam h. l. βλέπειν, est περιέργως καὶ ἐμπαθῶς προσβλέπειν, quo sensu non dicunt Græci. Origenes et

B Chrysostomus, ut in mea editione docui, id permutarunt cum ἐμβλέπων, ἐμβλέψας et ἐπιβλέπειν.

Ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς] ἐπιθυμῆσαι αὐτήν. b.

29. Σκανδαλίζῃ. a.

Βληθῇ] βληθῆναι. a. Sic et vers. 30.

36. Μήτε ἐν] μήποτε ἐν. a.

44. Τοὺς μισοῦντας] τοῖς μισοῦσιν.

47. Τοὺς ἀδελφοὺς] τοὺς φίλους.

48. Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς] ὁ οὐράνιος.

Cap. VI. V. 2. Ἀμὴν γὰρ λέγω. b.

4. Αὐτὸς ἐν τῷ φανερῷ absunt.

5. Ὅπως ἄν] ἄν abest.

16. Τὰ πρόσωπα] τὸ πρόσωπον. a.

18. Ἐν τῷ φανερῷ] omittunt.

23. Σκότος ἐστί] non comparet ἐστί.

Mox vers. 24. μαμωνᾶ.

V. 25. Καὶ τί πίητε] ἢ τί πίητε. Mox ἐνδύσεσθε. b.

C 33. Ζητεῖτε] αἰτεῖτε et in marg. ζη. ab eadem manu. a. Adjecerat nempe scriba aliquanto post litteram majusculam A. Igitur etiam ι, in rasura litteræ η scriptum. Αἰτεῖτε habet Chrysost. in duobus codd. Mosqq. Hom. VIII, in Epist. ad Hebr.

Cap. VII, V. 1. Ἵνα μή] καὶ οὐ μή. b. Vulgatum in textu. Sed in marg. γρ. καὶ οὐ μή. a.

2. Ἀντιμετρηθήσεται] μετρηθήσεται. b.

9. Ἢ τίς ἐστιν ἐξ] ἐστιν abest. a.

10. Καὶ ἐάν] ἢ καὶ ἐάν. Mox vitiose, ἐπιδώσῃ. a.

11. Εἰ οὖν ὑμεῖς] ἐὰν οὖν ὑμεῖς. a.

12. Ὅσα ἂν] ὅσα ἐάν. b.

Οὕτος γάρ] οὕτως γάρ. a. b. Codices enim permulti, ut alibi monui, etiam ante consonam, οὕτως pro οὕτω scribunt. Hinc interdum temere ex οὕτως factum est οὗτος. Οὗτος hoc loco videtur invectum per Chrysost. quem vide t. VII, p. 291. B. VIII, p. 451 E. Forte jam Origenes intulerat, cujus in-

(*a*) Quando uterque codex consentit, nullam a. aut b. notam addidi. Quando unus variat, id notavi per

Digitized by Google

terpretatio intercidit. In pluribus codicibus reperietur οὕτως, si qui recta attenderint.

14. Ὅτι στενὴ] τί στενή. Id explicat Euthymius et Theophylact. p. 40 C. Apud Chrysost. t. XI, p. 492 F. editur quidem ὅτι, sed iste locus postulat τί. Vide quæ notavi ad I Thess. v, 8. in mea N. Testamenti editione. Apud Symmachum Jes. LII, 7. τί εὐπρεπεῖς, κ. τ. λ.

15. Προσέχετε δέ] δέ abest.

24. Ἀνδρὶ φρονίμῳ] ἀνδρὶ omittit a.

Προσέκοψαν] προσέπεσον. a. Varie vexatum est hoc vocabulum, quod Græci non dicunt hoc modo προσκόπτειν. Ergo alii habent προσέῤῥηξαν, alii προσέκρουσαν.

Cap. VIII, V. 5. Εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ] εἰσελθόντι δὲ αὐτῷ. Τῷ Ἰησοῦ est ex lectione ecclesiastica, κυριακῇ δ.

8. Εἰπὲ λόγον] εἰπὲ λόγῳ.

10. Τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ. Ἀμήν.

11. Μετὰ Ἀβραὰμ — οὐρανῶν] ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραὰμ, cæteris omisit. Interpretatio etiam Vulgatam lectionem tollit. Corruptio ex Chrysostomo, qui t. VII, p. 209 C. habet εἰς τοὺς κόλπους. Deceptus autem est loco simili, quem ibi tractat, Luc. 16, 22, 23. Iterum ita ibid. p. 361 D. Sed ibid. p. 315 C. tantum omittit, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

15. Διηκόνει αὐτῷ.

17. Διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου·

25. Μαθηταὶ αὐτοῦ] αὐτοῦ abest.

34. Πόλις ἐξῆλθον. b.

Cap. IX, V. 1. Καὶ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον] ὁ Ἰησοῦς, post πλοῖον, addit a. id insertum habet, ante εἰς, ab eadem manu. b.

4. Καὶ ἰδὼν] ἰδὼν δέ.

5. Σοι αἱ ἁμαρτίαι] σου αἱ ἁμαρτίαι.

9. Καὶ ἀναστὰς] ὁ δὲ ἀναστάς.

17. Καὶ ἀμφότερα] καὶ ἀμφότεροι.

18. Ἄρχων τὶς εἰσελθών.

33. Ὅτι οὐδέποτε] ὅτι abest.

36. Ἐκλελυμένοι] ἐσκυλμένοι. Mox, ὡς πρόβατα.

Cap. X, V. 1. Αὐτὰ ἐκβάλλειν. b. Mox v. 3. λεβαῖος, uno λ. uterque.

4. Ὁ Ἰσκαριώτης] ὁ abest.

8. Νεκροὺς ἐγείρετε] absunt. Quis hoc invexit? Fortasse Origenes. Sed ejus ad hunc locum interpretatio intercidit. Certe ergo Chrysostomus. Nam, etsi quidem nec in sex codicibus Musquensibus Chrysostomi inter contextum hæc reperiuntur, tamen ex pluribus locis apparet, illum hæc probasse. Habet ergo hunc locum tom. VII, p. 370. B. D. ubi nihil in editione Montefalconii mutatur præter λεπροὺς καθαίρετε. Sed in eadem homilia, ubi locum repetit p. 375 D. recenset, τοὺς λεπρούς, τοὺς καθαιρομένους — καὶ τοὺς ἐγειρομένους νεκρούς. Ibid. E. μὴ ζήτει νεκρὸν ἵνα ἴδεῖν ἐγειρόμενον. Item p. 376 C. νεκρῶν ἀνάστασιν — λεπρῶν κάθαρσιν. Hæc omnia in eadem homilia, ubi hunc locum de industria tractat. Deinde in proxima homilia p. 378 D. rursus jungit, λεπροὺς καθαίρειν, δαιμόνια ἐλαύνειν — νεκροὺς ἐγείροντες. Item tom. VIII. p. 281. D. de Juda proditore loquens, inquit: Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων ἦν τῶν πεμφθέντων νεκροὺς ἐγεῖραι καὶ λεπροὺς καθαρίσαι. Denique diserte p. 300 D. ὅτε δὲ ἔπεμπεν αὐτοὺς [τοὺς μαθητάς], οὐκ εἶπεν, ἔδωκεν αὐτοῖς Πνεῦμα ἅγιον, ἀλλ', ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν, λέγων· Λεπροὺς καθαρίζετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, νεκροὺς ἐγείρετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. Unde autem hæc Chrysostomus arripuit? Ut equidem credo, ex loco simili Matth. XI, 5, ubi (*b*) itidem λεπροὶ καθαρίζονται, νεκροὶ ἐγείρονται. Sed hoc loco ista verba etiam suspecta reddit incerta sedes. Nam alii codices, ante λεπροὺς καθαρίζετε, alii, post habent. Hic ergo cum cæteris probatis codicibus multum Euthymii et Theophylacti auctoritas valet contra Chrysostomum. Cyrillus etiam, qui modo ex Origene, modo ex Chrysostomo pendet, hæc infert tom. I Glaphyr. p. 426. D. ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε· δωρεὰν, κ. τ. λ. Item t. II, p. 862 C. ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, νεκροὺς ἐγείρετε. Ac diserte tom. I, part. I, p. 494 B. Καὶ μὴν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐπ' ἐξουσίας ἐδίδου τὴν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων εὐσθένειαν ὁ Χριστὸς, ὥστε (v. l.) ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. Καὶ τὸ ἔτι τούτων *ὑπερτερεῖν*, καὶ *αὐτοῦ* δύνασθαι καταθλεῖν [τοῦ addendum videtur] *θανάτου*, διεκελεύετο, θεοπρεπέστατα λέγων· Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε. Ibid. p. 619 fin. Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, νεκροὺς ἐγείρετε, λεπροὺς καθαρίζετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε. T. VI, p. 54 C. contra Nestorium: Ἀσθενεῖς θεραπεύετε, νεκροὺς ἐγείρετε, λεπροὺς καθαρίζετε, κ. τ. λ.

10. Μηδὲ δύο χιτῶνας] μὴ pro μηδέ. a.

14. Τῶν ποδῶν] ἐκ τῶν ποδῶν.

18. Ἡγεμόνα; δέ] δέ abest. a.

19. Πῶς ἢ τί λαλήσητε] πῶς ἢ τί λαλήσετε.

21. Δὲ ἀδελφός,] δέ omittit a.

24. Διδάσκαλον αὐτοῦ.

25. Οἰκιακούς.

27. Εἰ, τὸ οὑς ἠκούσατε.

28. Καὶ μὴ φοβῆσθε. Εἰ mox, ἀποκτενόντων. Continuo, ψυχὴν οὐ δυναμένων.

29. Πατρὸς ὑμῶν. a. Statim autem uterque addit: τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

36. Οἰκειακοί.

Cap. XI, V. 2. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας] ἀκούσας δὲ ὁ Ἰωάννης. b. Ἀκούσας δὲ Ἰωάννης. a.

4. Ἃ βλέπετε καὶ ἀκούετε.

8. Βασιλέων] Βασιλείων.

12. Τοῦ Βαπτιστοῦ omittunt.

16. Παιδαρίοις] παιδίοις. Mox ἀγορᾷ, pro ἀγοραῖς.

21. Βηθσαϊδά.

Cap. XII, V. 3. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. Mox deest αὐτός, post ἐπείνασεν.

6. Τοῦ ἱεροῦ μείζόν ἐστιν.

8. Καὶ τοῦ Σαββάτου] καὶ abest.

11. Τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν. Mox ἐμπέσει. a.

12. Διαφέρει ὁ ἄνθρωπος.

13. Ὑγιὴς] ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιής.

18. Εἰς ὃν] εἰς omittit. a.

20. Τὴν κρίσιν αὐτοῦ.

21. Καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

22. Κωφὸς καὶ τυφλός. a.

28. Ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐγώ.

29. Τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσῃ.

31. Pro posteriori τοῖς ἀνθρώποις, est αὐτοῖς.

32. Καὶ ὃς ἐάν.

Ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι. ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.

35. Τῆς καρδίας et τὰ, ante ἀγαθὰ, omittunt.

42. Σολομῶνος. bis eodem versu.

44. Ἐπιστρέψω] ὑποστρέψω. b. Mox, καὶ ἐλθὼν uterque.

45. Ἕτερα ἑπτά.

49. Αὐτοῦ, post χεῖρα, omittunt

50. Αὐτός μου καὶ ἀδελφός.

Cap. XIII, V. 3. Τοῦ σπείραι.

4. Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.

14. Ἐπ' αὐτοῖς] ἐπ' abest. Mox, ἀκούσητε et βλέψητε. a.

15. Συνιῶσι] συνῶσι. Mox ἰάσομαι. b.

(*b*) Vide paulo inferius Matth. 19, 9. ubi Origenes et Chrysostomus ad Matth. 5, 32, in interpretatione transeunt, neglecto loco, quem data opera interpretabantur. Atque ita multoties aberrant.

Digitized by Google

23. Συνιών] συνιῶν. a.
26. Καρπόν] καρπούς. b.
27. Ἔχει ζιζάνια.
28. Συλλέξομεν.
Ἅμα omittit. a. Mox uterque, αὐτοῖς καὶ τὸν σῖτον.
30. Συναυξάνεσθαι] οὖν συναυξάνεσθαι. Syllabæ συν, et ουν, alibi etiam sunt confusæ. Primo ergo vitiose scribebatur, οὖν αὐξάνεσθαι, deinde revocabatur, συναυξάνεσθαι servato etiam οὖν. Hoc ex varietatibus ad h. l. discitur. Ex mea nimirum editione.
Αὐτὰ εἰς δέσμας] αὐτὰς εἰς δεσμάς. a. Αὐτὰ εἰς δεσμάς. b.
32. Μεῖζον πάντων τῶν λαχάνων.
33. Ἔκρυψεν.
40. Κατακαίεται] καίεται, quæ est vera lectio. Sic Joan. 15, 6.
44. Ἐν ἀγρῷ.
52. Θησαυροῦ αὐτοῦ] αὐτοῦ abest. a.
55. Οὐχ ἡ μήτηρ.
Cap. XIV, V. 3. Ἐν τῇ φυλακῇ.
5. Ἐφοβεῖτο τὸν ὄχλον.
12. Τὸ σῶμα αὐτοῦ.
14. Ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς. Stephaniana major, ut recte monet Wetst. pro edito ἐπ' αὐτοῖς, per errorem exhibuerat, ἐπ' αὐτοῦς. Id ergo Beza correxit, fecitque αὐτούς. Attamen ἐπ' αὐτοὺς non caret auctoritate. Ita enim Chrysost. t. VII, p. 504 D. consentientibus codicibus Mosquensibus, præter codicem γ, qui bis habet ἐπ' αὐτοῖς. Scilicet semel loco laudato, semel ante homiliam. Hic enim codex solus ante homiliam XLIX, versum 13 et 14 habet, cum reliqui tantum versum 13 exhibeant. Monui hæc de re in editione Novi Testamenti ad Matth. p. 480. Ἐπ' αὐτοὺς habent etiam codices Mosqq. Novi Testamenti e. l. Ac sæpius quidem σπλαγχνίζεσθαι in Novo Testamento additum habet ἐπί τινα. Sed hic auctoritate codicum probandum ἐπ' αὐτοῖς.
19. Καὶ λαβών] καί omittunt.
22. Αὐτοῦ, post μαθητάς, deest.
27. Φοβεῖσθε] φοβῆσθε. a. Ita, sed supra scripto, ει. b.
28. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· Κύριε. Ita uterque. Mox, κέλευσόν μοι. a.
36. Ἄφονται. a.
Cap. XV, V. 4. Πατέρα σου] σου omittunt.
5. Ab ὑμεῖς δέ ad ὠφεληθῇς uterque bis deinceps habet, sed ante diversa scholia.
Ὃς ἂν] ὃς ἐάν.
14. Ἐμπεσοῦνται.
17. Ἐκβάλλετε. a.
25. Προσεκύνει] προσεκύνησεν.
27. Ἡ δὲ εἶπε] pro ἡ est littera majuscula aurea, Ὁ, errore manifesto. Nam aliquanto post picta est illa littera, ut cæteræ initiales. a. Mox deest ἑαθίει. b.
31. Ἐδόξασαν] ἐδόξαζον.
32. Ἤδη ἡμέραι τρεῖς.
37. Περιττεῦον.
39. Ἐνέβη] ita a. etiam b. sed hic supra notat alteram lectionem per impositum ά.
Cap. XVI, V. 3. Πρωΐ] πρωΐας.
4. Ante γενεά, addunt : καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς. Hanc varietatem Millius etiam notavit e cod. Barocciano. Non opus erat, ut id Hentenius etiam ex codice Hispaniensi indicaret. Discitur enim ex commentario, illum sic legisse. Hanc Appendicem excludendam esse, quilibet videt. Et apud Euthymium res facile expediri potest, modo hæc jungantur præcedenti interpretationi, textus autem initium habeatur, γενεὰ πονηρά. Sed illud mirum, quod duo Colbertini id etiam habent et versio Æthiopica. Conjecturam de hoc loco proposui in editione Novi Testamenti, quæ firmatur loco simili Luc. IX, 56, ex iis, quæ ex codice d. indicavi.
11. Περὶ ἄρτων.

A 14. Ἠλίαν, spiritu leni. b. Ita idem supra 11, 14.
20. Ἰησοῦς ὁ Χριστός] Ἰησοῦς omittunt.
28. Ἑστηκότων] ἑστώτων.
Cap. XVII, V. 2. Ἐγένοντο λευκά. a.
5. Ὤφθησαν] ὤφθη. a. mox Ἠλίας. b.
4. Μωσεῖ. Ita uterque. Paulo ante a. omittit ὁ ante Πέτρος. Mox Ἠλίᾳ. b, spiritu leni, ut solet.
11. Ἠλίας. b. ante Ἠλίας, addit ὅτι. a. Rursus vers. 12 Ἠλίας. b. atque ita constanter hic codex.
14. Γονυπετῶν αὐτόν.
20. Ἐὰν ἔχετε. a.
23. Ἐγερθήσεται] ἀναστήσεται.
24. Ἐλθόντων δὲ] καὶ ἐλθόντων.
27. Ἀναβάντα] ἀναβαίνοντα.
Cap. XVIII. V. 4. Ταπεινώσει.
6. Ἐπὶ τὸν τράχηλον] εἰς τὸν τράχηλον.
12. Ἐνενηκονταεννέα. a. Ita ex rasura litteræ v. b. Ita iterum uterque vers. 13.
15. Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ.
B Αὐτοῦ καὶ σοῦ. b.
16. Ἢ τριῶν absunt. a.
19. Πάλιν ἀμὴν λέγω.
28. Ὅτι ὀφείλεις] εἴ τι ὀφείλεις.
29. Καὶ πάντα] πάντα omittunt.
31. Τῷ Κυρίῳ ἑαυτῶν.
Cap. XIX. V. 5. Τὸν Πατέρα αὐτοῦ.
8. Ὅτι Μωσῆς μέν.
enim hoc verum esset, nullo modo cruciatus dives oraret Abraham, ut Lazarum mitteret in mundum, quo fratribus suis significaret, quæ circa se gerebantur, sed ipse per seipsum hoc eis indicasset.

Vers. 28. *Sævi* — Vers. 29. *Dei?* Quia et discipuli et turbæ hominem ipsum dicebant, veniunt nunc dæmones, divinitatem illius prædicantes. Occurrente enim illis divino radio, statim eum cognoverunt; et non ferentes virtutem impetus invisibiliter eos inflammantem, clamaverunt dicentes: *Quid nobis et tibi?* hoc est, Quæ est nostra potentia, si ad tuam conferatur? tu enim ignis es intolerabilis, nos autem fenum quod facile accenditur.

Vers. 29. *Venisti — nos?* Quia deprehenderat eos creaturam suam omnino tyrannice vexantes ac perdentes, peccatum quidem negare non possunt, quamdam autem causæ suæ defensionem prætexunt, quod non nunc pœnas dare debeant, sed tempore universalis judicii, et graviter discruciati dicunt: Venisti huc, id est in terram, ut affligas nos ante definitum tempus? Audierant siquidem a prophetis, quod Christus post mundi consummationem descensurus esset in terram, ac judicaturus mundum, et afflicturus dæmones.

Vers. 30. *Erat* — V. 31. *porcorum.* Quandoquidem jam hominibus nocere non possunt, ad irrationalia quæ illi possident convertuntur, ut ostendatur furor, quem adversus nos gerunt. Nec solum hoc, verum etiam aliud admodum malum machinantur. Student enim porcos occidere, ut horum damno contristati domini gregis Jesum non suscipiant, et ita, Evangelii prædicatione non suscepta, maximo afficiantur damno. Etenim neque ejecti cessant nocere. Quid ergo Christus?

Vers. 31. *Et — in aquis.* Videns malitiam illorum, cum non ignoraret quid tentarent, permittit tamen, non ut illis complaceat, sed dispensatorie alia intendens, primum ut discant hi qui liberantur quot et quales habuerint inhabitatores, deinde ut sciant omnes quod neque in porcos immigrare possent, nisi illis ipse permitteret, tertium quod atrociora in illis exercerent quam in porcis, nisi etiam in eo quod tyrannice agunt, a Deo impetrarentur, non permissi facere quæ volunt. Cuilibet enim manifestum est quod homines magis quam irrationalia oderunt, cum etiam irrationalia propter homines perdere studeant, et per illorum perditionem his inferre tristitiam. Quarto ut mors porcorum omnibus confirmaret exisse dæmones.

A τοῦτο ἦν ἀληθὲς, οὐκ ἂν βασανιζόμενος ὁ πλούσιος ἐδεῖτο τοῦ Ἀβραὰμ, ἀποστεῖλαι τὸν Λάζαρον εἰς τὸν κόσμον, καὶ μηνύσαι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ τὰ κατ' αὐτὸν, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἐμήνυσεν ἂν αὐτοῖς.

Χαλεποί — Θεοῦ; Ἐπειδὴ καὶ οἱ μαθηταὶ, καὶ οἱ ὄχλοι ἄνθρωπον αὐτὸν ἔλεγον, ἔρχονται λοιπὸν οἱ δαίμονες, ἀνακηρύττοντες τὴν αὐτοῦ θεότητα. Προσβαλούσης γὰρ αὐτοῖς τῆς θείκης ἀκτῖνος, εὐθὺς ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ μὴ φέροντες τὴν ἀοράτως φλογίζουσαν αὐτοὺς δύναμιν τῆς προσβολῆς, ἔκραξαν λέγοντες· *Τί ἡμῖν καὶ σοί*, τουτέστι· Τίς ἡ ἡμετέρα δύναμις πρὸς τὴν σήν; Σὺ μὲν γὰρ πῦρ ἄστεκτον, ἡμεῖς δὲ χόρτος εὐέμπρηστος.

B *Ἦλθες — ἡμᾶς*. Ἐπειδὴ κατέλαβεν αὐτοὺς, τὸ πλάσμα τὸ (80) ἑαυτοῦ παντὶ τρόπῳ τυραννοῦντας καὶ διαφθείροντας, ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἁμαρτίαν οὐ δύνανται, προβάλλονται δέ τινα δικαιολογίαν, ὅτι οὐ νῦν ὀφείλουσι δοῦναι δίκην, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς παγκοσμίου κρίσεως, καὶ δεινοπαθοῦντες λέγουσιν· Ἦλθες ὧδε, τουτέστιν ἐπὶ τὴν γῆν, βασανίσαι ἡμᾶς πρὸ τοῦ ὡρισμένου καιροῦ; Καὶ γὰρ ἤκουον καρὰ τῶν προφητῶν, ὅτι ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν μέλλει κατελθεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ κρῖναι τὸν κόσμον, καὶ βασανίσαι τοὺς δαίμονας.

Ἦν δὲ — χοίρων. Μηκέτι δυνάμενοι βλάπτειν τοὺς ἀνθρώπους, ἐπὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων (81) ἐτράπησαν, πρὸς ἔνδειξιν, ἧς ἔχουσι καθ' ἡμῶν μανίας. C Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι μηχανῶνται, σφόδρα πονηρόν. Μελετῶσι γὰρ ἀνελεῖν τοὺς χοίρους, ἵνα τῇ ζημίᾳ τούτων λυπηθέντες οἱ τῆς ἀγέλης κύριοι, μὴ παραδέξωνται τὸν Ἰησοῦν, καὶ ζημιωθῶσι μάλιστα, μὴ δεξάμενοι τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου. Καὶ γὰρ οὐδ' ἀπελαυνόμενοι παύονται τοῦ βλάπτειν. Τί οὖν ὁ Χριστός;

Καὶ — ἐν τοῖς ὕδασιν. Εἰδὼς τὴν πανουργίαν αὐτῶν, καὶ μὴ ἀγνοῶν, ὃ μελετῶσιν, ὅμως ἐπιτρέπει, οὐ χαριζόμενος ἐκείνοις, ἀλλ' οἰκονομῶν ἕτερα, ἓν μὲν, ἵνα διδάξῃ τοὺς ἀπαλλαγέντας, ὅσους καὶ οἵους εἶχον ἐνοίκους· ἕτερον δὲ, ἵνα μάθωσι πάντες, ὅτι οὐδὲ χοίροις ἐπιπηδῆσαι δύνανται, εἰ μὴ παραχωρήσῃ τούτοις αὐτός· τρίτον, ὅτι χαλεπώτερα τῶν D χοίρων ἐκείνοις ἂν εἰργάσαντο πάντως, εἰ μὴ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τυραννεῖν ἀνεχαιτίζοντο παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ συνεχωροῦντο ποιεῖν ὅσα βούλονται. Παντὶ γὰρ δῆλον, ὅτι τοὺς ἀνθρώπους πλεῖον μισοῦσι τῶν ἀλόγων, ἐπεὶ καὶ τὰ ἄλογα διὰ τοὺς ἀνθρώπους φθείρουσι, σπεύδοντες καὶ διὰ τῆς τούτων ἀπωλείας λυπεῖν αὐτούς· τέταρτον, ἵνα ὁ θάνατος τῶν χοίρων βεβαιώσῃ πάντας, ὅτι ἐξῆλθον οἱ δαίμονες.

Variæ lectiones et notæ.

(80) Intell. τὸν ἄνθρωπον.

(81) τῶν χοίρων. B. Hentenii interpretatio videtur etiam postulare ἀνθρώπων. Τὰ τῶν ἀνθρώπων, intell. χρήματα καὶ κτήματα. Hoc loco, τοὺς χοίρους. Vicina vocabula, καθ' ἡμῶν, defendunt etiam hanc lectionem.

Digitized by Google

Καὶ ὅρα πάνσοφον ἀντιμηχάνημα τοῦ Σωτῆρος. Μελετήσαντες γὰρ βλάψαι, πλεῖον ἐβλάβησαν, καὶ τοὐναντίον, οὗ ἐβούλοντο, γέγονεν. Ἐξέλαμψε μὲν γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις· ἠλέγχθη δὲ τούτων ἡ ἀσθένεια καὶ ἡ πονηρία. Κατὰ τοῦ κρημνοῦ δὲ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη εἰς τὴν θάλασσαν, ἀντὶ τοῦ, διὰ τοῦ κρημνοῦ. Μάρκος δὲ καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν χοίρων ἔγραψεν, ὅτι ἦσαν ὡς δισχίλιοι. Σὺ δέ μοι νόει καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ὅτι οἱ δαίμονες ἀπὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐκβάλλονται, λέγω δὴ, τῶν λόγῳ βοηθουμένων· τοῖς δὲ χοίροις ἐφάλλονται, δηλαδὴ τοῖς ἀλόγως ἐγκυλιομένοις τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν, καὶ καταχρημνίζουσιν αὐτοὺς εἰς ἀπώλειαν.

Οἱ δὲ — πάντα. Ἔφυγον φοβηθέντες, μὴ καὶ αὐτοὺς ἀνέλωσιν οἱ τοὺς χοίρους αὐτῶν ἀνελόντες δαίμονες. Ἀπήγγειλαν δὲ πάντα, δηλαδὴ τὰ ῥηθέντα, παρά τε τῶν δαιμόνων, καὶ παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ τῆς ἀπωλείας τῶν χοίρων.

Καὶ τὰ — δαιμονιζομένων. Τὰ τῆς μεταβολῆς καὶ εὐκοσμίας αὐτῶν.

Καὶ ἰδοὺ — Ἰησοῦ. Ἦρχετο γὰρ [αὐτὸς (82) ἐπὶ τὴν πόλιν]. *Πᾶσα δὲ ἡ πόλις*, ἀντὶ τοῦ, πάντες οἱ πολῖται (83).

Καὶ — αὐτῶν. Λυπηθέντες μὲν, ὡς εἴρηται, καὶ διὰ τὴν ἀπώλειαν τῶν χοίρων, ἔτι δὲ καὶ φοβηθέντες, ὡς ὁ Λουκᾶς εἶπεν· ἐδεδοίκεισαν γὰρ, μήτι κακὸν καὶ εἰς αὐτοὺς οἱ δαίμονες ἐκβληθέντες δράσωσιν. Ὁ δὲ Χριστὸς εὐθὺς ὑπήκουσεν. Οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας. Ἅμα δὲ καὶ κατέλιπεν αὐτοῖς διδασκάλους τοὺς ἀπαλλαγέντας τῶν δαιμόνων καὶ τοὺς συβώτας (84).

Καὶ — εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Ἰδίαν πόλιν αὐτοῦ τὴν Καπερναοὺμ λέγει. Καὶ γὰρ ἡ μὲν Βηθλεὲμ ἤνεγκεν αὐτόν· ἡ δὲ Ναζαρὲτ ἔθρεψεν· ἡ δὲ Καπερναοὺμ εἶχεν εἰς τὸ ἐξῆς οἰκοῦντα.

ΚΕΦ. ΙΓ'. *Περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.*

Καὶ ἰδοὺ — βεβλημένον. Τὸ *ἰδοὺ* συνεχῶς ἡ Ἑβραῖς τίθησι γραφὴ, ὡς ἰδίωμα, καθάπερ καὶ πολλὰ ἕτερα. Προσήκει δὲ εἰπεῖν, ὅτι (85) ἕτερός ἐστιν ὁ παραλυτικὸς οὗτος παρὰ τὸν ὑπὸ Ἰωάννου μνημονευόμενον. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐν τῇ Βηθεσδὰ κατέκειτο· οὗτος δὲ ἐν τῇ Καπερναοὺμ ἦν. Καὶ ὁ μὲν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ εἶχεν ἔτη· περὶ τούτου δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἱστόρηται. Καὶ ὁ μὲν οὐκ εἶχεν ἄνθρωπον· οὗτος δὲ εἶχε τοὺς βαστάζοντας. Καὶ τούτῳ μέν φησιν· *Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου*· ἐκείνῳ δὲ, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Καὶ τὸν μὲν ἐν Σαββάτῳ τεθεράπευκε, διὸ καὶ ἐγόγγυζον Ἰουδαῖοι· τοῦτον δὲ κατ' ἄλλην ἡμέραν, διὸ καὶ ἐσίγησαν.

A Et vide sapientissimam Salvatoris cogitationem oppositam. Nam nocere volentes, magis ipsi nocumentum acceperunt. Siquidem Christi potentia apparuit, et illorum imbecillitas ac malitia deprehensa est. Per præceps autem ferebatur grex in mare, hoc est, præcipitanter et facto impetu. Marcus vero numerum etiam porcorum scripsit, quod erant fere bis mille [66]. Tu quoque mihi per anagogen intellige, quod dæmones ejiciuntur ab hominibus, quibus sermone (*nn*) succurritur. Ingrediuntur autem porcos, eos videlicet qui irrationabiliter conservantur, et in cœno voluptatum volutantur, ac illos in perditionem præcipitant.

Vers. 33. *Qui — omnia.* Fugerunt timentes, ne se pariter occiderent dæmones, qui suos peremerant B porcos. Renuntiaverunt autem omnia quæ a dæmonibus et a Christo dicta fuerant, ac de perditione porcorum.

Vers. 33. *Et quæ — dæmoniacis.* De immutatione et honesta modestia ipsorum.

Vers. 34. *Et ecce — Jesu.* Veniebat enim ipse ad civitatem. †† *Omnis* autem *civitas* pro omnes cives.

Vers. 34. *Et — ipsorum.* Dolentes, ut dictum est, de perditione porcorum, ac etiam territi, ut dixit Lucas [67]; timebant enim ne mali quidpiam ejecti dæmones etiam in ipsos perpetrarent. Christus autem statim paruit; neque enim digni erant doctrina ipsius. Quanquam præceptores quoque eis reliquit, illos videlicet qui a dæmonibus C liberati fuerant, et qui porcos paverant.

CAP. IX. v. 1. *Et — in civitatem suam.* Civitatem suam dicit Capernaum. Siquidem Bethleem ipsum protulit; Nazareth ipsum enutrivit; Capernaum deinceps incolam habuit.

CAP. XIII. *De paralytico.*

Vers. 2. *Et ecce — decumbentem.* Dictionem, *ecce*, Scriptura Hebraica frequenter ponit, tanquam linguæ idioma, sicut et alia multa. Dicendum est autem alium esse hunc paralyticum ab eo cujus meminit Joannes [68]. Nam ille ad Bethesda decumbebat, hic autem Capernaum, et ille quidem triginta et octo annos morbo tenebatur; de hoc vero nihil tale scriptum est. Præterea ille non D habebat hominem, hic autem bajulos habebat; huic quoque ait: *Remissa sunt tibi peccata tua*; illi vero: *Vis sanus fieri* [69]? Ad hæc, illum Sabbato curavit, unde etiam murmurabant Judæi; hunc autem alio die, ideoque tacuerunt.

[66] Marc. v, 13. [67] Luc. VIII, 35. [68] Joan. v, 5. [69] ibid. 6.

Variæ lectiones et notæ.

(82) Inclusa omittit A.

(83) Hic addit, καὶ ὁ αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν, A. A πᾶσα ad πολῖται omittit Hentenius.

(84) His enim novis digni erant theologiæ doctoribus.

(85) De eodem disputat Chrysost. tom. VIII, p. 312 B; tom. VIII, p. 211 fin.

(*nn*) *Quibus sermone.* Iis nimirum qui ratione corriguntur.

Digitized by Google

Vers. 2. *Intuitus — peccata tua.* Sicut enim A dicunt Marcus et Lucas [70], cum ingredi non possent, propter eorum multitudinem qui congregati erant, ascenderunt in tectum domus in qua docebat Jesus : eoque perfosso, per ipsum demiserunt grabatum in quo jacebat paralyticus. Quæ omnia magnæ fidei erant : hæc namque illis ne desperarent, persuasit, utque omnia et facerent, et paterentur, quo ipsum conspectui Salvatoris præsentarent, credentes continuo illum assecuturum esse sanitatem. Fidem, inquit, eorum, non solum demittentium, sed ejus quoque qui demissus erat. Neque enim se demitti sustinuisset, nisi salutem consequi sperasset. Intuitus autem Jesus tantam illorum fidem, primum quidem languido peccata remittit, deinde vero corpus sanat : simul docens B plurimos morbos e peccatis oriri, et prius oportere causam curare, unde etiam paralytico, de quo scribit Joannes, dixit : *Ecce sanus factus es, noli peccare deinceps, ne quid deterius tibi contingat* [71], simul quoque Deum se esse ostendens. Corporeas siquidem curare infirmitates etiam sanctorum est ; peccata vero remittere, solius Dei. Ideo etiam Scribæ turbabantur.

Vers. 3. *Et — blasphemat.* Marcus manifestius dixit : *Erant quidam Scribarum ibi sedentes et cogitantes in cordibus suis : Quid hic ita loquitur blasphemias ? Quis potest remittere peccata præter unum* [72], nempe Deum (*oo*) ? Offendebantur autem præ invidia et malitia. Nam frequenter eum viderant etiam cum auctoritate morbos fugantem, dæmones ejicientem, vento marique imperantem, et hæc omnia modo humanas vires superante factitantem : sed hi proprias ulcisC centes affectiones, Dei videbantur injuriam ulcisci.

Vers. 4. *Cumque vidisset — vestris ?* Hic aliud quoque suæ divinitatis et ad Patrem æqualitatis signum ostendit, cui contradici non possit, cognoscendo videlicet cogitationes cordium ipsorum, quod similiter solius erat Dei. Scriptum est enim : *Tu nosti corda solus omnium* [73]. Et rursum : *Scrutans corda et renes Deus* [74]. Et alibi : *Homo videbit in faciem, Deus autem intuebitur in corda* [75]. Nam quia illud, cum sibi videretur impossibile, non D recipiebant, inducit hoc tanquam indubitatum, per hoc probans etiam illud, ac quodammodo dicens : Vere nullus potest remittere peccata, nisi unus, qui intuetur cogitationes hominum.

Vers. 5. *Utrum — ambula ?* Quandoquidem, inquit, blasphemus vobis videor, utpote remittens

Καὶ ἰδὼν — αἱ ἁμαρτίαι σου. Ὡς γὰρ ὁ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς εἶπον, μὴ δυνάμενοι εἰσελθεῖν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν συλλεγέντων, ἀνῆλθον ἐπὶ τὴν στέγην τῆς οἰκίας, ἐν ᾗ ἐδίδασκεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀνορύξαντες αὐτὴν, ἐχάλασαν δι' αὐτῆς τὸν κράβαττον, ἐφ' ᾧ κατέκειτο ὁ παράλυτος· ἃ πάντα μεγάλης πίστεως ἦσαν, ἥτις ἔπεισεν αὐτοὺς, μὴ ἀπογνῶναι, μηδ' ὑποστρέψαι, ἀλλὰ πάντα ποιῆσαι καὶ παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς ὄψιν τοῦ Σωτῆρος, πιστεύοντας, ὅτι αὐτίκα τεύξεται τῆς ἰάσεως. Πίστιν δὲ αὐτῶν φησιν, οὐ μόνον τῶν χαλασάντων, ἀλλὰ καὶ τοῦ χαλασθέντος· οὐ γὰρ ἂν ἠνέσχετο χαλασθῆναι, εἰ μὴ ἰαθῆναι ἐπίστευεν. Ἰδὼν δὲ ὁ Χριστὸς τὴν τηλικαύτην πίστιν αὐτῶν, πρῶτον μὲν ἀφίησι τῷ νοσοῦντι τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ· μετὰ τοῦτο δὲ θεραπεύει τὸ σῶμα· ἅμα μὲν διδάσκων, ὅτι τὰ πολλὰ τῶν νοσημάτων ἐξ ἁμαρτιῶν φύονται, καὶ χρὴ πρῶτον ἰαθῆναι τὸ αἴτιον· καὶ γὰρ πρὸς τὸν παρὰ τῇ Ἰωάννῃ παραλυτικὸν εἰρηκεν· *Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται*· ἅμα δὲ δεικνύων, ὅτι Θεός ἐστι. Τὸ μὲν γὰρ ἰᾶσθαι σωματικὰς νόσους καὶ τῶν ἁγίων ἦν· τὸ δὲ ἀφιέναι ἁμαρτίας, μόνου Θεοῦ· διὸ καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐθορυβήθησαν.

Καὶ — βλασφημεῖ. Ὁ δὲ Μάρκος φανερώτερον εἶπεν, ὅτι καὶ *Ἦσάν τινες τῶν Γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· Τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας ; Τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός ;* Ἐσκανδαλίζοντο δὲ ὑπὸ φθόνου καὶ πονηρίας. Καὶ γὰρ πολλάκις αὐτὸν εἶδον ἐξουσιαστικῶς καὶ νόσους φυγαδεύοντα, καὶ δαίμονας ἀπελαύνοντα, καὶ ἀνέμοις καὶ θαλάσσῃ ἐπιτιμῶντα, καὶ πάντα ταῦτα διαπραττόμενον ὑπὲρ ἀνθρώπων· ἀλλ' αὐτοὶ τὰ ἴδια πάθη ἐκδικοῦντες, ἐδόκουν τὸν Θεὸν ἐκδικεῖν.

Ἰδὼν δὲ — ὑμῶν ; Ἐνταῦθα καὶ ἕτερον ἀναντίῤῥητον σημεῖον τῆς ἑαυτοῦ θεότητος δείκνυσι, καὶ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητος, τὸ γινώσκειν τοὺς διαλογισμοὺς τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ὅπερ ὁμοίως ἦν μόνου Θεοῦ. Γέγραπται γάρ· *Σὺ ἐπίστασαι καρδίας μονώτατος.* Καὶ πάλιν· *Ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ Θεός.* Καὶ αὖθις· *Ἄνθρωπος ὄψεται εἰς πρόσωπον· ὁ δὲ Θεὸς ὄψεται εἰς καρδίαν.* Ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνο, ὡς φανὲν (86) αὐτοῖς ἀδύνατον, οὐκ ἐδέξαντο, ἐπάγει τοῦτο λοιπὸν, ὡς ἀναμφίβολον· διὰ τούτου κἀκεῖνο βεβαιῶν, καὶ τρόπον τινὰ λέγων, ὅτι ὄντως οὐδεὶς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς, ὁ βλέπων τὰς ἐνθυμήσεις τῶν ἀνθρώπων.

Τί γὰρ — περιπάτει ; Ἐπεὶ βλάσφημος ὑμῖν δοκῶ, φησὶν, ὡς ἀφιεὶς ἁμαρτίας, καὶ ἴσον ἐμαυτὸν τῷ

[70] Marc. II, 4 ; Luc. V, 19. [71] Joan. V, 14. [72] Marc. II, 6, 7. [73] II Paral. VI, 30. [74] [75] I Reg. XVI, 7.

Variæ lectiones et notæ.

(86) Correxi φανέν, loco φαμέν. Ita etiam Hentenius videtur legisse.

(*oo*) *Nempe Deum.* Abesse debet, *nempe.* Forte tamen legit, εἷς δηλαδὴ ὁ Θεός.

Digitized by Google

Θεῷ ποιῶν, ἀποκρίθητε· Ποῖόν ἐστιν εὐχερέστερον εἰς πρᾶξιν, πότερον τὸ εἰπεῖν τόδε, ἢ τὸ εἰπεῖν τόδε; Ἦσαν δὲ καὶ ἀμφω τὰ, περὶ ὧν ἠρώτησε, Θεῷ μὲν δυνατὰ, ἀνθρώπῳ δὲ ἀδύνατα. Καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας Θεοῦ μόνου ἦν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κατ' ἐξουσίαν ἐγεῖραι, καὶ ἀρτιῶσαι (87) τὸν παράλυτον. Σιγώντων δὲ αὐτῶν, διὰ τὸ μηδέτερον ἔχειν εἰπεῖν εὐχερέστερον ἑτέρου, φησὶν αὐτός·

Ἵνα — ἁμαρτίας. Ἐλλειπτικόν ἐστι τουτὶ τὸ σχῆμα τοῦ λόγου· λείπει γὰρ τὸ, *Θεωρήσατε.* Ἵνα δὲ, φησὶ, γνῶτε, ὅτι ὁ φαινόμενος ὑμῖν ἄνθρωπος ἐξουσίαν ἔχει, ὡς Θεὸς, βλέψατε. Τὸ δὲ, *ἐπὶ τῆς γῆς*, ἁπλῶς πρόσκειται, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τῆς ἐν γῇ πολιτείας αὐτοῦ. Ἔλεγε δὲ τοῦτο περὶ ἑαυτοῦ.

Τότε λέγει — αὐτοῦ. Ἐπειδὴ τὸ μὲν ἀφιέναι ἁμαρτίας ἀφανῆ τὴν ἀπόδειξιν εἶχε· τὸ δὲ κατ' ἐξουσίαν ἐγεῖραι τὸν παράλυτον φανερὰς ἐδέετο τῆς ἀποδείξεως· ποιεῖται τὴν φανερὰν τεκμήριον τῆς ἀφανοῦς, καὶ διὰ ταύτης καὶ περὶ ἐκείνης πληροφορεῖ, ὅτι ὁ τοῦτο δυνηθεὶς δύναται κἀκεῖνο. Πρὸς βεβαίωσιν δὲ τῆς συσφίγξεως τοῦ παρειμένου σώματος, ἐκέλευσεν ἆραι τὸν κράββατον, ἵνα μὴ δόξῃ φαντασία τις τὸ γεγενημένον. Ἀποστέλλει δὲ αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· τοῦτο μὲν, ἵνα μὴ παρὼν καὶ ὁρώμενος ἔπαινον αὐτῷ προξενήσῃ· τοῦτο δὲ καὶ, ἵνα σχῇ μάρτυρας τῆς ὑγείας ἀναντιῤῥήτους, αὐτοὺς τοὺς (88) ἀπαραγράπτους; καὶ τῆς νόσου μάρτυρας, καὶ ἵνα τούτοις ἀφορμὴ γένηται πίστεως.

Ἰδόντες δὲ — ἀνθρώποις. Ἐθαύμασαν μὲν, ὅτι ὡς Θεὸς ἐθαυματούργησεν· ὅμως ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι ὑπελάμβανον, ἔχοντα ἐξουσίαν ὑπὲρ ἄνθρωπον.

ΚΕΦ. ΙΔ'. *Περὶ Ματθαίου τοῦ τελώνου.*

Καὶ — ἀκολούθει μοι. — Παράγων, ἀντὶ τοῦ, πορευόμενος. Ὅρα δὲ τὸν εὐαγγελιστὴν, πῶς οὐκ ἐπαισχύνεται τὸν πρότερον ἑαυτοῦ βίον. Ἀλλὰ Μάρκος μὲν καὶ Λουκᾶς, αἰδοῖ τοῦ συμμαθητοῦ, τὸ φανερὸν ὄνομα τούτου παρέδραμον, Λευῖν τοῦτον ὀνομάσαντες· ἐκαλεῖτο γὰρ καὶ τοῦτο. Αὐτὸς δὲ φανερῶς τελώνην ἑαυτὸν ἀνομολογεῖ, διότι οὐδ' ὁ Χριστὸς ἐπῃσχύνθη τοῦτον. Ἅμα δὲ καὶ δείκνυσιν ἐντεῦθεν τὴν δύναμιν τοῦ καλέσαντος αὐτὸν εἰς μαθητείαν, πῶς ἀνέσπασε τοῦτον εὐχερῶς ἐκ μέσου τοῦ τελωνίου, σφόδρα φιλοκερδοῦς καὶ ἀναιδεστάτης καπηλείας. Τελώνιον γὰρ λέγει τὸ τοῦ κομμερκιαρίου (89) πραιτώριον. Δείξας δὲ πρότερον ὁ Χριστὸς, ὅτι δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, τότε καὶ ἐπὶ τὸν

peccata, et æqualem faciens meipsum Deo, respondete mihi, utrum est facilius ut opere perficiatur, an dicere hoc, vel (*pp*) dicere illud? Erant autem ambo de quibus interrogabat, Deo quidem possibilia, hominibus vero impossibilia. Nam et remittere peccata solius Dei erat, et similiter sua auctoritate erigere ac confirmare paralyticum. Cum autem illi tacerent, eo quod neutrum altero facilius dicere poterant, ait ipse :

Vers. 6. *Ut — peccata.* Defectivus est hic loquendi modus. Deficit enim, *Respicite.* Ut, inquit, cognoscatis, quod qui vobis apparet homo, potestatem habeat tanquam Deus, respicite. Quod autem additur : *in terra*, simplici sensu ponitur : aut valet tantumdem ac si dicatur : in conversatione quam habet in terra. Dicebat itaque hoc de seipso.

Vers. 6. *Tunc ait* — V. 7. *suam.* Quia remittere peccata latentem habebat demonstrationem, ad erigendum autem sua auctoritate paralyticum manifesta opus erat demonstratione, facit quod manifestum est in signum ejus, quod erat occultum : et per hoc, et per illud plenam facit fidem, quod et hoc possit et illud. Ad confirmationem autem quod corpus robustum relinqueretur, jussit ut tolleret grabatum suum, ne phantastico quodam modo fieri videretur. Dimittit etiam illum in domum suam : tum ne præsens ac visus, laudem sibi conciliaret, tum etiam ut sanitatis testes haberet, quibus contradici non posset, ipsos nempe qui morbi testes erant, utque ipsis fidei fieret occasio.

Vers. 8. *Cum vidissent — hominibus.* Admirabantur quidem, quod quasi Deus miraculum operatus erat : hominem tamen eum esse opinabantur, habentem potestatem super hominem.

CAP. XIV. *De Matthæo publicano.*

Vers. 9. *Et — sequere me. — Præteriens,* hoc est, pergens. Considera autem evangelistam quomodo non erubuerit ob priorem vitam suam. Sed Marcus quidem et Lucas[75], ob condiscipuli reverentiam, prætermittentes manifestum ejus nomen, Levi hunc vocaverunt, sic enim etiam appellabatur; ipse vero aperte seipsum publicanum fatetur. Siquidem neque Christum ejus puduit. Simul autem hinc illius ostendit virtutem, qui se ad discipulatum vocavit : quam facile e medio telonio lucri maxime avidos ac impudentissime cauponantes abstraxerit. Telonium vero dicit hujus commerciarii (ut ita loquamur) prætorium aut domum. Cum autem prius ostendisset Christus, quod peccata remittere

[75] Marc. II, 14; Luc. V, 27.

Variæ lectiones et notæ.

(87) i. e. ἀρτιμελῆ ποιῆσαι, συσφίγξαι. Frequentius occurrit ἀρτίζω, quam ἀρτιόω.

(88) i. e. τοὺς οἰκείους καὶ συγγενεῖς.

(89) κομμερκίου, A, male. Eadem vox supra legitur ad Matth. V, 46, ubi τελώνης explicat, κομμερκιάριος.

(*pp*) Factu facilius, utrum dicere hoc, an.

Digitized by Google

posset, tunc etiam ad publicanum venit, ne turbentur aliqui, videntes eum discipulis annumeratum, sed cogitent potius, quod qui solvit aliorum peccata, multo magis suorum peccata absolvit.

† Tanquam de altero narrat, quæ circa se contigerunt, jactantiam abhorrens: magna siquidem laude dignus erat, quod continuo secutus est eum.

Vers. 9. *At ille — eum.* Admirare perfectam ejus qui vocatus est, obedientiam: quomodo neque consultavit apud se, quomodo nullum super ea re consuluit amicum, quomodo non disposuit quæ domus atque substantiæ suæ erant; sed confestim surgens, secutus est, relicto universo mundo: solam autem adduxit mentem ad omnia paratam, quæ jussisset is qui eum vocaverat, sicut et qui antea vocati fuerant.

Verum quam ob causam de Petro et Andrea, Jacobo, Joanne ac Matthæo, non solum ipse Matthæus, sed et Marcus ac Lucas scripserunt, unde et quomodo vocati sunt, de reliquis vero discipulis nihil tale docuerunt? Quia hi inter alios abjectissima habebant vitæ instituta; neque enim quidpiam pejus publicano, neque vilius piscatore. Propter quod etiam evangelistæ in omnibus fide digni habentur, quia neque ea quæ probrum afferre videbantur prætermiserunt, nec id solum de discipulis, verum etiam de præceptore faciunt. Statim (*qq*) namque plurima reliquerunt miracula: nihil autem de his quæ passus est prætermiserunt: cum de discipulis ostenderint quod adeo abjecti, tanta gratia digni habiti sunt: de præceptore vero, quod, cum tantus esset, talia propter nos passus sit.

Vers. 10. *Et factum — ejus.* Intuitus Christus sincerissimam ac promptissimam hujus obedientiam accedit ut et illum honoret, et se illi familiarem præbens libereque tribuens, his qui eo venerant aliquam correctionem tradat. Ille autem tantum assecutus bonum, liberalior efficitur, et sicut ait Lucas [16], fecit ei convivium magnum in domo sua, id est officiosum epulum.

Publicanos vero apellat etiam peccatores, propter obtrectationem qua male audiebant; ipsi enim calumniam sustinebant, tanquam injusti et avari ac raptores, omnique compassione carentes et impudentes. Aut fortassis et alii quidam erant nobiliora quidem vitæ instituta habentes, eisdem tamen obnoxii affectibus: nam simile suo congaudet simili.

Et hos ergo Matthæus convivio accepit, utpote

[16] Luc. v, 29.

A τελώνην ἔρχεται, ἵνα μὴ θορυβῶνταί τινες, βλέποντες αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς ἐναρίθμιον· ἀλλ' ἵνα λογίζωνται, ὅτι ὁ ἑτέρων ἁμαρτήματα λύων, πολλῷ μᾶλλον ἔλυσε τὰ τοῦ μαθητοῦ.

[Ὡς (90) περὶ ἑτέρου δὲ τὰ περὶ ἑαυτοῦ διηγεῖται, στέργων τὸ ἀκόμπαστον· μέγα γὰρ ἐποίησεν, εὐθὺς ἀκολουθήσας αὐτῷ.

B *Ὁ δὲ — αὐτῷ.* Θαύμασον τὴν τελείαν τοῦ κληθέντος ὑπακοήν, πῶς οὐ διεσκέψατο, πῶς οὐκ ἀνεκοινώσατο περὶ τούτου φίλοις, πῶς οὐ διῴκησε τὰ κατὰ τὸν οἶκον καὶ τὴν οὐσίαν· ἀλλ' εὐθέως ἀναστὰς ἠκολούθησε, πάντα μὲν τὸν κόσμον ἀπολιπών, μόνην δὲ τὴν γνώμην ἐπαγόμενος παρεσκευασμένην πρὸς τὰ κελευόμενα παρὰ τοῦ καλέσαντος, ὃν τρόπον καὶ οἱ (91) προκληθέντες.

'Αλλὰ τίνος ἕνεκεν περὶ Πέτρου μὲν, καὶ Ἀνδρέου, καὶ Ἰακώβου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Ματθαίου, οὐ μόνον αὐτὸς ὁ Ματθαῖος, ἀλλὰ καὶ Μάρκος καὶ Λουκᾶς ἔγραψαν, πῶς καὶ τίνα τρόπον ἐκλήθησαν· περὶ δὲ τῶν ἄλλων μαθητῶν οὐδὲν τοιοῦτον ἐδίδαξαν; Διότι μάλιστα τῶν ἄλλων οὗτοι ἦσαν ἐν ὀποβλήτοις ἐπιτηδεύμασιν. Οὔτε γὰρ τελώνου τι χεῖρον, οὔτε ἁλιέως εὐτελέστερον. Διὸ καὶ μᾶλλον οἱ εὐαγγελισταὶ τὸ ἀξιόπιστον ἐν ἅπασιν ἔχουσιν, ὅτι οὐδὲ τὰ δοκοῦντα φέρειν τοῖς μαθηταῖς ὄνειδος παρελίμπανον. Καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν μαθητῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ διδασκάλου τοῦτο ποιοῦσιν. Αὐτίκα C γοῦν πολλὰ μὲν τῶν θαυμάτων αὐτοῦ παρέδραμον, οὐδὲν δὲ τῶν παθημάτων αὐτοῦ παρέλιπον, δεικνῦντες περὶ μὲν τῶν μαθητῶν, ὁποῖοι ὄντες ὁποίας χάριτος ἠξιώθησαν· περὶ δὲ τοῦ διδασκάλου, ὁποῖος ὢν ὁποῖα πέπονθε δι' ἡμᾶς.

Καὶ ἐγένετο — αὐτοῦ. Ἰδὼν ὁ Χριστὸς τὴν εἰλικρινεστάτην ὑπακοὴν τούτου καὶ προθυμίαν, ἐπὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ παραγίνεται, τιμῶν τε αὐτὸν καὶ οἰκειούμενος, καὶ παῤῥησίας μεταδιδοὺς, καὶ ἵνα καὶ τοῖς ἐκεῖ παράσχῃ τινὰ διόρθωσιν· αὐτὸς δὲ, τοιούτου τυχὼν ἀγαθοῦ, φιλοτιμότερον διεγείρεται, καὶ, καθὼς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἐποίησε δοχὴν μεγάλην αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, τουτέστιν, ὑποδοχὴν, θεραπείαν, ἑστίασιν.

D Τελώνας δὲ καὶ ἁμαρτωλοὺς τοὺς αὐτοὺς λέγει, πρὸς διασυρμὸν αὐτῶν. Διεβέβλητο γὰρ, ὡς ἄδικοι, καὶ πλεονέκται, καὶ ἅρπαγες, καὶ ἀσυμπαθεῖς, καὶ ἀναιδεῖς· ἢ καὶ ἄλλοι τινὲς ἦσαν, ἴσως ἕτερα μὲν ἐπιτηδεύματα ἔχοντες, τοῖς αὐτοῖς δὲ πάθεσιν ἐνεχόμενοι. Τῷ γὰρ ὁμοίῳ χαίρει τὸ ὅμοιον.

Παῤῥέλαβε γὰρ καὶ τούτους εἰς ἑστίασιν ὁ Ματ-

Variæ lectiones et notæ.

(90) Hæc uterque codex in margine habet. Eadem hiferius exhibebat Hentenius.

(91) οἱ, abest B.

(*qq*) Αὐτίκα, non est, *statim*, sed, *exempli causa*.

Digitized by Google

θαΐος, κοινωνήσοντας αὐτῷ τῆς χαρᾶς, ὡς ὁμοτέχνους καὶ συνήθεις. Ὁ δὲ Χριστὸς ἠνέσχετο καὶ ἀναπεσεῖν καὶ συναναπεσεῖν τοιούτοις, διὰ τὴν μέλλουσαν γενέσθαι τοῖς συνανακειμένοις ὠφέλειαν· καὶ μετέσχε τῶν ἐξ ἀδικίας παρατεθέντων αὐτοῖς, διότι μέγα κέρδος ἐντεῦθεν ἔμελλεν ἔσεσθαι, καὶ οὐκ ἐφρόντισε τῆς παρὰ τῶν πολλῶν μέμψεως, εἰδώς, ὅτι ὁ ἰατρὸς, ἐὰν μὴ ἀνάσχηται σηπεδόνος, οὐκ ἀπαλλάττει ταύτης τοὺς κάμνοντας· καίτοι σαφῶς ἐγίνωσκεν, ὅτι πονηρὰν ἐντεῦθεν ὑπόληψιν λήψεται, διότι τε πρὸς εὐωχίαν ἦλθε, καὶ διότι πρὸς εὐωχίαν τελώνου, καὶ διότι πολλοῖς τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς συνανέπεσεν.

A qui sibi in gaudio communicabant, et ejus artis eorumdemque erant morum. Christus autem tolerabat ut etiam pariter cum eo tales accumberent, propter venturam simul accumbentibus utilitatem; et particeps cum eis erat ferculorum injuste paratorum, ob grande lucrum, quod inde erat proventurum: nec curabat multorum indignationem, sciens quod, nisi medicus putredinem tolleret, ab ea non liberabit ægrotantes. Atqui plane noverat pravam inde suspicionem de se exoriturum, quod ad epulum venisset, et quod ad publicani epulum, quodque simul cum multis publicanis accumberet.

Ὅρα γοῦν ὕστερον τοὺς Ἰουδαίους ὀνειδίζοντας αὐτῷ καὶ λέγοντας· *Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, φίλος τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν*· ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος ὑπερεώρα τούτων πάντων, ἵνα τὸ σπουδαζόμενον ἀνύσῃ, καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι συναναπεσὼν αὐτοῖς, μέγιστον ἤνυσεν. Ἄκουσον, τί φησι Ζακχαῖος ὁ τελώνης. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι *Σήμερον ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι*, πτερωθεὶς ὑπὸ τῆς χαρᾶς, εἶπεν· *Ἰδοὺ τὰ ἡμίσια τῶν ὑπαρχόντων μοι, Κύριε, δίδωμι πτωχοῖς, καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο.*

Vide enim postmodum Judæos improperantes ei ac dicentes: *Ecce homo vorax, et potor vini, amicus publicanorum et peccatorum*[77]; sed tamen hæc omnia despicit, ut quod conatur efficiat. Ut autem scias quod simul accumbendo, rem maximam operetur, audi quid dicat Zacchæus publicanus. Postquam enim Christum audivit dicentem: *Hodie in domo tua oportet me manere*[78], animo gestiens et præ gaudio in sublime elevatus, ait: *Ecce dimidium substantiæ meæ, Domine, do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Dixit autem ad eum Jesus: Hodie salus huic domui facta est*[79].

Καὶ πῶς ὁ Παῦλος λέγει· *Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, τῷ τοιούτῳ μηδὲ* (92) *συνεσθίειν*; Ὁ Παῦλος οὐ πρὸς διδασκάλους, ἀλλὰ πρὸς (93) ἁπλῶς ἀδελφοὺς τοῦτο παραινεῖ. Ἀλλὰ καὶ περὶ ἀδελφῶν ἐκεῖνος τοῦτό φησιν. οὗτοι δὲ οἱ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ οὔπω γεγόνασιν ἀδελφοί. Ἀλλὰ καὶ, ὅταν ἐπιμένωσι ταῖς ἁμαρτίαις· οὗτοι δὲ μεταβληθῆναι μᾶλλον ἔμελλον.

Quomodo ergo dicit Paulus: *Si quis dictus frater est fornicator* (rr) *aut avarus, cum hujusmodi nec cibum sumatis*[80]? Paulus in hoc non præceptores, sed simpliciter fratres adhortatur. Præterea de fratre hoc dicit ille: Illi autem publicani nondum facti erant fratres. Ad hæc, dum permanserint in peccatis hoc faciendum est; isti vero potius ex hoc convertendi erant.

Καὶ — ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς φασιν, ὅτι καὶ οἱ Γραμματεῖς τοῦτο μετὰ τῶν Φαρισαίων εἶπον.

Vers. 11. *Et — magister vester?* Marcus et Lucas dixerunt etiam Scribas simul cum Pharisæis hoc dixisse[81].

Ὅρα δὲ, πῶς, ὅτε μὲν οἱ μαθηταὶ δοκοῦσιν ἁμαρτάνειν, τῷ διδασκάλῳ κατ' αὐτῶν λέγουσιν· *Ἰδοὺ οἱ μαθηταί σου* (94) *ποιοῦσιν*, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν Σαββάτῳ· ὅτε δὲ ὁ διδάσκαλος, ὡς καὶ νῦν, παρὰ τοῖς μαθηταῖς διαβάλλουσιν αὐτὸν, κακουργοῦντες, ὥστε τὸν χορὸν τῶν μαθητῶν ἀπορρῆξαι τοῦ διδασκάλου. Τί οὖν ἡ ἄπειρος σοφία;

Vide autem quod, quando discipuli peccare videntur, præceptori adversus illos dicunt: *Ecce discipuli tui faciunt*[82], quod non licet facere Sabbatis. Quando vero præceptor, ut nunc, apud discipulos illum calumniantur, dolose agentes ut chorum discipulorum a præceptore separent. Quid ergo ait profunda Sapientia?

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας — κακῶς ἔχοντες. Ἀπὸ κοινοῦ παραδείγματος ἐπεστόμισεν αὐτοὺς, καὶ τὸ ἔγκλημα τοῦτο μᾶλλον εἰς κατόρθωμα περιέτρεψε, δείξας οὐ μόνον ἄμεμπτον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπαινετόν. Εἶτα καὶ ἀπὸ Γραφῆς προφητικῆς αὐτοὺς ἔπεισεν, εἰπών·

Vers. 12. *Quo audito Jesus — male habentibus.* A communi exemplo os illis oppressit, et accusationem hanc potius ad virtutis opus convertit, ostendens non solum irreprehensibile esse, sed magis laude dignum. Deinde a Scriptura quoque prophetica persuadet, dicens:

[77] Matth. xi, 19. [78] Luc. xix, 5. [79] ibid. viii, 9. [80] I Cor. v, 11. [81] Marc. ii, 16; Luc. v, 30. [82] Matth. xii, 2.

Variæ lectiones et notæ.

(92) μὴ A.
(93) Rarum hoc, παραινεῖν πρός τινα.
(94) σου, omittit B.

(rr) *Est fornicator.* Videtur ergo legisse ἤ, loco ἤ, nisi vulgatam Latinam, ut solet, expressit.

Digitized by Google

Vers. 13. *Euntes — sacrificium.* Improperat quoque illis Scripturarum ignorantiam, revocans ad modestiam fastum ipsorum, et id quod agit supra sacrificia extollens. Est autem tantumdem ac si dicat: Non est contra Scripturam sacram, quod facio. Deus enim per prophetam dicens: *Misericordiam volo, non sacrificium* [83], ostendit meliorem esse misericordiam quam sacrificium. Ideo et ego misericordiam præstans his qui peccatis sunt morbidi, infero me illis, et cum eis conversans, omnem curandi modum adhibeo.

Vers. 13. *Neque — pœnitentiam.* Non veni ut cum justis converser; nam ipsi sibi ad salutem sufficiunt: sed fateor propter solos peccatores me venisse, qui pœnitentia indigent; quomodo ergo hos abominabor propter quos veni? Dicit autem Chrysostomus hoc ironice Christum dixisse: *Non veni ut vocarem justos*, quales vos estis justificantes vos ipsos.

Vers. 14. *Tunc — jejunant?* Et hoc quoque Marcus et Lucas Scribas et Pharisæos dixisse aiunt [84]. Itaque manifestum est hos primum illud dixisse, deinde et Joannis discipulos concitasse, ac si etiam illi adversus Christum quasi æmuli affecti essent. Et quia a Salvatore os illis obturatum erat, transferunt indignationem ad ejus discipulos, et accedentes accusabant eos. Est autem tantumdem ac si dicerent: Si tu hæc quasi medicus ita agis, quare discipulos non jubes jejunare, et non genio indulgere? Primum autem seipsos laudant, gloriantes quod frequenter jejunarent. Nam jejunabant: hi quidem a Joanne id accipientes, illi vero a lege. Deinde autem discipulis ejus detrahebant. Et vide Christi mansuetudinem. Neque enim arguit eos quasi arrogantes, sed per parabolam illis hilariter respondet.

Vers. 15. *Et ait — sponsus?* Superius seipsum medicum nominavit, hic autem sponsum. Et merito medicum quidem, utpote ægrotas animas curantem; sponsum vero, tanquam has quæ in virginitate degunt sibi desponsantem. Filios autem sponsi dicit domesticos ejus quæ desponsata est (*ss*). Dixit autem hoc reducens illis ad memoriam Joannis verbum, qui dixit: *Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi* [85].

Est ergo verborum intellectus iste: Ego veni ut Ecclesiam fidelium per fidem mihi desponsandam

A *Πορευθέντες — θυσίαν.* Ὀνειδίζει μὲν αὐτοῖς καὶ ἀμάθειαν τῶν Γραφῶν, καταστέλλει δὲ καὶ τὸ φρόνημα τούτων, ἐπαιρομένων ἐπὶ ταῖς θυσίαις. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Οὐδὲν ἐναντίον τῇ θείᾳ Γραφῇ ποιῶ. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς εἰπὼν διὰ τοῦ προφήτου· *Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν·* ἔδειξεν, ὅτι κρείττων θυσίας ἐστὶν ὁ ἔλεος. Διὸ κἀγὼ ἐλεῶν τοὺς νοσοῦντας ἐν (95) ἁμαρτίαις, ἐπιδημῶ τούτοις, ὡς ἰατρὸς, καὶ συναναστρέφομαι, καὶ παντὶ τρόπῳ θεραπεύω.

Οὐ — μετάνοιαν. Οὐκ ἦλθον ἐπιστρέψαι δικαίους· αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοῖς ἀρκοῦσιν εἰς σωτηρίαν· ἀλλ' ὁμολογῶ, διὰ μόνους τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐλθεῖν, δεομένους μετανοίας. Καὶ πῶς ἄρα βδελύξομαι τούτους, δι' οὓς ἐλήλυθα; Φησὶ δὲ ὁ (96) Χρυσόστομος, τὸν Χριστὸν τοῦτο κατ' εἰρωνείαν εἰπεῖν, ὅτι *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους*, οἷοί ἐστε ὑμεῖς, οἱ δικαιοῦντες ἑαυτούς.

Τότε — νηστεύουσιν; Ὁμοίως καὶ τοῦτο Μάρκος καὶ Λουκᾶς, τοὺς Γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους εἰπεῖν λέγουσιν, ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι πρῶτον μὲν ἐκεῖνοι τοῦτο εἶπον, εἶτα παρώρμησαν καὶ τοὺς τοῦ Βαπτιστοῦ μαθητὰς, ὡς διακειμένους καὶ αὐτοὺς πρὸς τὸν Χριστὸν ζηλοτύπως. Καὶ ἐπεὶ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐπεστομίσθησαν, μετέστησαν τὴν μέμψιν ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ προσελθόντες ἐνεκάλουν κατ' αὐτῶν. Ὃ δὲ ἔλεγον, τοιοῦτον ἦν· ὅτι, Εἰ καὶ σὺ, ὡς ἰατρὸς, ταῦτα ποιεῖς, διατί οὐκ ἐπιτάττεις τοῖς μαθηταῖς σου νηστεύειν, καὶ μὴ τρυφᾷν; Ἑαυτοὺς δὲ πρῶτον ἐπαινοῦσι, κομπάζοντες, ὅτι Νηστεύομεν πολλά. Καὶ γὰρ ἐνήστευον, οἱ μὲν, παρὰ Ἰωάννου τοῦτο μαθόντες, οἱ δὲ, παρὰ τοῦ νόμου. Εἶτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ διασύρουσι. Καὶ ὅρα τὴν ἐπιείκειαν τοῦ Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἤλεγξεν αὐτοὺς ἀλαζόνας, ἀλλὰ διὰ παραβολῆς αὐτοῖς ἀπελογήσατο μεθ' ἱλαρότητος.

Καὶ εἶπεν — νυμφίος; Ἄνω μὲν ἰατρὸν ἑαυτὸν ὠνόμασεν, ἐνταῦθα δὲ νυμφίον. Καὶ εἰκότως. Ἰατρὸν μὲν, ὡς καθαίροντα τὰς νοσούσας ψυχάς· νυμφίον δὲ, ὡς μνηστευόμενον ταύτας παρθενευούσας. Υἱοὺς δὲ τοῦ νυμφῶνος λέγει τοὺς οἰκείους τῆς νυμφεύσεως. Ταῦτα δὲ εἰρηκεν, ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς τῶν ῥημάτων τοῦ Ἰωάννου, φήσαντος, ὅτι *Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου, ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει, διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου.*

Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τῶν ῥητῶν τοιοῦτος· ὅτι Παρεγενόμην ἐπὶ τῷ νυμφεύσασθαι καὶ συνάψαι ἐμαυτῷ

[83] Osee VI, 6. [84] Marc. II, 18; Luc. V, 33. [85] Joan. III, 29.

Variæ lectiones et notæ.

(95) ἐν, omittit A.

(96) Tom. VII, pag. 351 A.

(*ss*) Filios autem thalami dicit, aptos ad desponsationem. Νυμφὼν est locus, domus, ubi nuptiæ celebrantur. Νύμφευσις est desponsatio. Sed οἰκεῖος ambiguum est in Græco. Notat enim et domesticum, seu familiarem, deinde etiam aptum et idoneum. Eodem modo erratum est infra mox.

Digitized by Google

διὰ πίστεως τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν· ὁ δὲ καιρὸς οὗτος τῆς νυμφεύσεως οὐκ ἔστι πένθους καιρὸς, ἀλλὰ χαρᾶς· καὶ λοιπὸν οὐ δύνανται νηστεύειν οἱ οἰκεῖοι αὐτῆς· θλιβερὸν γὰρ τὸ νηστεύειν τοῖς ἀτελῶς ἔτι διακειμένοις· τούτους δὲ χρὴ χαίρειν, ἕως οὗ εἰμι μετ' αὐτῶν, συνόντας μοι, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούοντας.

A et conjungam, et hoc tempus est nuptiarum; non ergo tempus est luctus, sed gaudii. Itaque non possunt jejunare familiares ac propinqui sponsæ; nam jejunare tribulationis est, et his congruit, qui imperfecto modo adhuc affecti sunt. Hos vero gaudere oportet, quandiu cum eis sum, quandiu mecum versantur, et vocem meam audiunt.

Ἐλεύσονται — νηστεύσουσιν. Ἐνταῦθα παρεδήλωσεν, ὅτι ἀναιρεθήσεται μὲν αὐτὸς, αὐτοὶ δὲ μετὰ τοῦτο πολλὰ καὶ νηστεύσουσι, καὶ κακοπαθήσουσιν.

Vers. 15. *Venient — jejunabunt.* Hic significavit se occidendum, illos autem postmodum frequenter jejunaturos, ac multa mala passuros.

Οὐδεὶς — παλαιῷ. Δεῖξαι θέλων, ὅτι ὡς ἀσθενέσιν ἔτι τοῖς μαθηταῖς οὐκ ἐπιφορτίζει τὸ βάρος τῆς νηστείας, διὰ παραβολῆς τοῦτο δείκνυσι, λέγων· Οὐδεὶς ἰώμενος ἱματίου παλαιοῦ σαθρότητα, ἐπιῤῥάπτει τεμάχιον ῥάκους ἀγνάφου, τουτέστι καινοῦ, ἐπὶ μέρει παλαιῷ. Εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν.

Vers. 16. *Nemo — veteri.* Volens ostendere, quod tanquam adhuc imbecilles discipulos non oneret pondere jejunii, per parabolam hoc signi- B ficat dicens: Nullus resarciens detritam vestem veterem, assuit fragmentum panni rudis, hoc est novi, in parte veteri. Deinde addit et causam.

Αἴρει — γίνεται. Τὸ γὰρ πλήρωμα αὐτοῦ, τουτέστιν ἡ ὁλότης τοῦ ἀγνάφου ῥάκους, ἰσχυρὰ καὶ βαρεῖα οὖσα, αἴρει καὶ κατασπᾷ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ ἱματίου, σαθροῦ τυγχάνοντος, ὅσον ἂν ἐπιλάβῃ· καὶ γίνεται μεῖζον σχίσμα. Λοιπὸν οὖν, οὐδὲ ἐγὼ νῦν, ἰώμενος τὴν σαθρότητα τῶν μαθητῶν, ἐπιβάλλω ταύτῃ ἰσχυρότητα καὶ βάρος νηστείας, ἵνα μὴ πλεῖον σαθρωθῇ, μὴ δυναμένη βαστάζειν τὸ ἐπιβληθέν· ἀλλὰ συγκαταβαίνω τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, μέχρις ἂν διὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἀνακαινισθῶσιν.

Vers. 16. *Aufert — fit.* Supplementum sive plenitudo ejus, id est integritas panni rudis, cum sit fortis et dura, tollit ac detrahit a veste, quæ detrita erat, quantumcunque acceperit, et major ruptura fit. Itaque neque ego nunc vetustati ac debilitati discipulorum immitto duritiem ac robur jejunii, ne amplius deterantur, non potentes ferre quod immissum est, sed condescendo imbecillitati eorum, donec per Spiritum sanctum renoventur.

Οὐδὲ — παλαιούς. Καὶ ἑτέραν λαμβάνει παραβολὴν, οἶνον νέον λέγων, τὴν αὐστηρίαν καὶ σφοδρότητα τῶν ἐντολῶν· οἶνον μὲν, ὡς εὐφραίνουσαν τὰς τῶν τελείων ψυχάς· νέον δὲ, ὡς ἀσυνήθη τοῖς ἀγυμνάστοις. Καὶ πάλιν, ἀσκοὺς παλαιοὺς ὀνομάζων, τοὺς μαθητάς· ἀσκοὺς μὲν, ὡς χωροῦντας διδασκαλίαν· παλαιοὺς δὲ, ὡς ἀσθενεῖς.

Vers. 17. *Neque — veteres.* Aliam quoque accipit similitudinem, vinum novum vocans austeritatem ac vehementiam præceptorum; vinum quidem, quod lætificet perfectorum animas, novum autem, quod assueta non sit inexercitatis. Præterea utres veteres dicit discipulos: utres quidem tanquam disciplinæ capaces, veteres vero quasi imbecilles. C

Εἰ δὲ μή γε — ἀπολοῦνται. Ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ, εἴτουν παραλύονται, μὴ δυνάμενοι φέρειν τὴν ἰσχὺν τοῦ νέου οἴνου· καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, μὴ κατασχεθείς, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται, ἄχρηστοι τοῦ λοιποῦ γενόμενοι.

Vers. 17. *Alioqui — pereunt.* Rumpuntur utres sive dissolvuntur, cum ferre non possint vini novi fortitudinem, vinumque non retentum effunditur, ac utres pereunt, facti in posterum inutiles.

Ἀλλὰ — συντηροῦνται. Χρὴ γὰρ τὸν ἄριστον οἰκονόμον διακρίνειν καὶ τὴν φύσιν τοῦ οἴνου, καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἀσκῶν, καὶ τὸν καιρόν. Νῦν γὰρ ἔτι παλαιοί εἰσιν οἱ μαθηταὶ, μήπω ἀνακαινισθέντες. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ πρὸς αὐτοὺς εἶπε· *Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.* Ἀμφότεροι δὲ, φησὶ, συντηροῦνται, ὁ οἶνος δηλαδὴ, καὶ ὁ ἀσκὸς, ὁ μὲν βασταζόμενος, ὁ δὲ βαστάζων. D

Vers. 17. *Sed — conservantur.* Optimum enim œconomum dijudicare oportet vini naturam, et utrium fortitudinem ac vetustatem. Nunc siquidem veteres sunt discipuli, quod ad fortitudinem utrium ac vetustatem spectat, nondum videlicet renovati. Propter quod etiam alio loco dixit eis: *Multa habeo, quæ vobis dicam, sed nunc portare non potestis* [66]. Utraque, inquit, conservantur, vinum videlicet et utres, illud quidem retentum, hi autem retinentes.

ΚΕΦ. ΙΕ'. *Περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου.*

CAP. XV. *De filia archisynagogi.*

Ταῦτα — ζήσεται. [Ἡ (97) τοῦ Ἰαείρου θυγάτηρ

Vers. 18. *Hæc — vivet.* †† Jairi filia significat

[66] Joan. xvi, 12.

Variæ lectiones et notæ.

(97) Codex uterque inclusa habet in margine. Hentenius non agnoscit.

Digitized by Google

cujuslibet mentem, quod nec præcepta legis, nec mandata divina facit, mortuam.

Hic princeps erat Synagogæ Judæorum, Jairus appellatus, ut dicunt Marcus et Lucas[87]. Reliquerat autem filiam suam jamjam morituram (*tt*). Nam Marcus eum dixisse commemorat: *Filiola mea in extremis est*[88]. Lucas vero, quod etiam moriebatur[89]. Itaque, *Modo defuncta est*, dixit conjectando. Suspicabatur enim quod tunc jam omnino mortua esset. Verisimile est autem primum dixisse eum: *In extremis est*, deinde, *Modo defuncta est*, sive jam exspiravit. Duo autem petebat ut veniret, et manum imponeret, utpote crassius affectus,

Vers. 19. *Et — ejus.* Marcus et Lucas dicunt[90], quod etiam turba multa sequebatur. Plures siquidem eorum carnaliter viventes, non tantum animæ utilitatem concupiscebant, quantum carnis sive corporis sanitatem.

CAP. XVI. *De muliere sanguinis profluvio laborante.*

Vers. 20. *Et — ejus.* De præsenti capite latius et planius scripsit Lucas[91]; quære ergo apud illum enarrationem vicesimi sexti capitis. Κράσπεδον, fimbria, est vestis extrema pars, quæ pedes contegit et ambulando terram attingit.

Vers. 21. *Dicebat — salva ero.* Magnam habebat fidem; credebat enim, quod ubi solam vestimenti fimbriam tetigisset, salva fieret, id est, sanaretur. Hanc tamen imperfectam habebat: putabat namque latere illum, qui occultos quoque animi motus intuetur.

Vers. 22. *Jesus autem — te salvam fecit.* Matthæus, tanquam brevitatis amator, quæ in medio contigerunt prætermisit, miraculum solum manifestans; Lucas vero omnia accurate proposuit. In dicto ergo capite invenies.

Vers. 22. *Et — illa hora.* Salva facta est, hoc est, curata. Lucas siquidem dixit, *sanata*[92]. Ex hora, inquam, non qua dixit ei Jesus: Bono animo esto, filia, sed qua fimbriam tetigit, sicut Marcus et Lucas scripserunt[93].

Vers. 23. *Cumque* — Vers. 24. *eum.* Moris enim erat in hujusmodi calamitatibus tibicines inducere, qui lamentationes excitarent. Hoc autem caput latius scripsit Marcus[94]. Quære ergo expositionem tertii decimi capitis apud eum.

Vers. 25. *Et cum* — Vers. 26. *illam.* De his omnibus in prædicto tertio decimo capite nullo prætermisso invenies.

A αἰνίσσεται τὴν ἑκάστου ψυχήν, ἀποθανοῦσαν τῇ ἀπραξίᾳ τῶν νομικῶν ἐντολῶν, καὶ τῇ ἀνενεργησίᾳ τῶν θείων προσταγμάτων.]

Οὗτος ἄρχων ἦν τῆς Συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, Ἰάειρος ὀνομαζόμενος, ὡς λέγουσι Μάρκος καὶ Λουκᾶς. Ἐμπνέουσαν δὲ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα κατέλιπε. Καὶ γὰρ Μάρκος μέν φησι, τοῦτον εἰπεῖν, ὅτι *Τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει*· Λουκᾶς δέ, ὅτι καὶ αὐτὴ ἀπέθνησκεν. Ὥστε τὸ, *Ἄρτι τέθνηκε*, στοχαζόμενος εἶπεν· ὑπέλαβε γὰρ, ὅτι μέχρι τότε πάντως ἂν ἀπέθανεν. Εἰκὸς δὲ, πρῶτον μὲν εἰπεῖν, ὅτι *Ἐσχάτως ἔχει*· εἶτα, ὅτι *Ἄρτι τέθνηκεν*, εἴτουν, ἕως ἄρτι. Δύο δὲ ἐζήτησεν, ἐλθεῖν τε καὶ ἐπιθεῖναι τὴν χεῖρα, παχύτερον διακείμενος.

B *Καὶ — αὐτοῦ.* Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς φασιν, ὅτι καὶ ὄχλος πολὺς ἠκολούθησε. Καὶ γὰρ οἱ πλείους αὐτῶν σωματικώτερον ζῶντες, οὐχ οὕτω ψυχῆς ὠφέλειαν, ὡς σώματος ἰατρείαν ἐπεθύμουν ἰδεῖν.

ΚΕΦ. ΙϚ'. *Περὶ τῆς αἱμορροούσης.*

Καὶ — αὐτοῦ. Περὶ τοῦ παρόντος κεφαλαίου πλατύτερον καὶ φανερώτερον ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς, καὶ ζήτησον παρ' ἐκείνῳ τὴν ἐξήγησιν τοῦ εἰκοστοῦ ἕκτου κεφαλαίου. *Κράσπεδον* δέ ἐστι τὸ ἄκρον τοῦ ἱματίου, ὃ παρὰ τοῖς ποσὶν εἱλούμενον ἐφάπτεται τῆς γῆς ἐν τῷ βαδίζειν.

Ἔλεγε — σωθήσομαι. Πολλὴν μὲν εἶχε πίστιν. C Ἐπίστευε γὰρ, ὅτι μόνον ἁψαμένη τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ σωθήσεται, τουτέστιν, ὑγιανεῖ. Πλὴν ἀτελῆ ταύτην εἶχεν. Ἔφατο γὰρ λαθεῖν αὐτὸν, ὃς βλέπει καὶ τὰ ἀφανῆ κινήματα τῆς ψυχῆς.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς — σέσωκέ σε. Ὡς φιλοσύντομος ὁ Ματθαῖος, τὰ ἐν μέσῳ παρέδραμε, μόνον ἀπαγγείλας τὸ θαῦμα· ὁ δὲ Λουκᾶς ἅπαντα παρέθηκε δι' ἀκρίβειαν, καὶ εὑρήσεις ταῦτα ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ.

Καὶ — ὥρας ἐκείνης. Ἐσώθη, ἀντὶ τοῦ, ὑγίανεν. *Ἰάθη* γὰρ εἶπεν ὁ Λουκᾶς. Ἀπὸ τῆς ὥρας δὲ, οὐχ ἀφ' ἧς ὁ Χριστὸς εἶπεν αὐτῇ τό· Θάρσει, θύγατερ, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἥψατο τοῦ κρασπέδου, καθὼς Μάρκος τε καὶ Λουκᾶς ἱστόρησαν.

D *Καὶ — αὐτοῦ.* Ἔθος γὰρ ἦν ἐν ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς αὐλητὰς εἰσάγειν, θρῆνον ἐγείροντας. Τοῦτο δὲ τὸ κεφάλαιον πλατύτερον ὁ Μάρκος ἀνέγραψε, καὶ ζήτησον παρ' αὐτῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ τρισκαιδεκάτου κεφαλαίου.

Ὅτε δὲ — ἐκείνην. Περὶ τούτων πάντων εὑρήσεις ἀπαραλείπτως ἐν τῷ ῥηθέντι τρισκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ.

[87] Marc. v, 22; Luc. viii, 41. [88] Marc. v, 23. [89] Luc. viii, 42. [90] Marc. v, 24; Luc. viii, 42. [91] Luc. viii, 43 seqq. [92] Luc. viii, 47. [93] Marc. v, 29; Luc. viii, 44. [94] Marc. v, 35 seqq.

Variæ lectiones et notæ.

(*tt*) *Jamjam morituram.* Nescio an legerit ἐκπνέουσαν. Sed ἐμπνέουσαν, *adhuc spirantem*, hic etiam locum habet.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΖ'. *Περὶ τῶν δύο τυφλῶν.* A

Καὶ — Δαυΐδ. Μαθόντες, περὶ ὧν ἐθαυματούργει, καὶ πιστεύσαντες αὐτὸν εἶναι τὸν προσδοκώμενον Χριστὸν, περὶ οὗ πολλάκις ἤκουσαν, ἔρχονται καὶ ἀκολουθοῦσι κράζοντες· *Ἐλέησον*, ἤγουν, ἴασαι. Υἱὸν δὲ τοῦ Δαυΐδ τοῦτον λέγουσιν, ὡς ἀκηκοότες ὁμοίως ἐκ γένους Δαυΐδ ἀναβλαστήσειν αὐτόν. Εἰς τιμὴν δὲ αὐτοῦ τοῦτο κράζουσιν. Ἐντιμοτάτη γὰρ παρ' Ἰουδαίοις ἦν ἡ τοιαύτη προσηγορία· καὶ γὰρ ὅτι μὲν πάντα δύναται, ἐπίστευον· ὅτι δὲ καὶ Θεός ἐστιν, οὔπω πεπληροφόρηντο. Διὸ καὶ ἀνθρωποπρεπῶς αὐτὸν ἐτίμων, ὡς καὶ ἄλλοι πολλοί.

Ἐλθόντι — τυφλοί. Παρείλκυσεν αὐτοὺς ἔξω τῆς οἰκίας, ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς μεμψιμοίροις ἐπιπηδᾷν ταῖς θαυματουργίαις, ὡς φιλόδοξος. Πάντα γὰρ B σοφῶς (98) οἰκονομεῖ, περιαιρῶν πᾶσαν ἀφορμὴν μέμψεως. Εἰκὸς δὲ, πιστοῦ τινος εἶναι τὴν οἰκίαν, εἰς ἣν κατήχθη.

Καὶ — ποιῆσαι; Δηλαδὴ, ὃ αἰτεῖσθε. Ἐγίνωσκε μὲν γὰρ, ὅτι πιστεύουσιν, ὅτι δύναται· πῶς γὰρ ἂν ἀκολουθοῦντες παρεκάλουν; Ἐρωτᾷ δὲ ὅμως, ἵνα φανερωθῇ καὶ τούτων ἡ πίστις, καὶ ἑλκυσθῶσι διὰ τούτων καὶ ἕτεροι. Τὰ θαύματα γὰρ οὐ μόνον διὰ τοὺς θεραπευομένους, ἀλλὰ καὶ μάλιστα διὰ τοὺς ὁρῶντας καὶ τοὺς ἀκούοντας εἰργάζετο.

Λέγουσιν — Κύριε. Οὐκ ἔτι τοῦτον υἱὸν τοῦ Δαυΐδ, ἀλλὰ Δεσπότην ἀναχηρύττουσιν, ὑπὸ τῆς ἐρωτήσεως αὐτοῦ πτερωθέντες εἰς ὕψος πίστεως. C

Τότε — αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Τῇ πίστει τούτων τὴν θεραπείαν ἀνατίθησιν, ὅπερ εἰωθε πολλαχοῦ ποιεῖν, διεγείρων, ὡς εἴρηται, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς πίστιν. Ἅπτεται δὲ καὶ τῇ χειρὶ, δεικνύων, ὅτι καὶ ἡ παναγία αὐτοῦ σὰρξ ζωὴς μεταδίδωσι. Μεγάλη δὲ κατηγορία τῶν Ἰουδαίων, ὅτι τυφλοὶ μὲν ἐξ ἀκοῆς μόνης ἐπίστευσαν, αὐτοὶ δὲ, καὶ τὰ θαύματα βλέποντες, ἠπίστουν.

Καὶ — γινωσκέτω. *Ἐνεβριμήσατο*, ἀντὶ τοῦ, αὐστηρῶς ἐνέβλεψε, συνελκύσας τὰς ὀφρῦς, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν κεφαλὴν, ὅπερ εἰώθασι ποιεῖν, οἱ ἐξασφαλιζόμενοί τινας περὶ φυλακῆς μυστηρίων.

Οἱ — τῇ γῇ ἐκείνῃ. Καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ, καθαρίσας τὸν λεπρὸν, παρήγγειλεν αὐτῷ σιγᾷν, καὶ ζήτησον ἐν τῇ ἐξηγήσει αὐτοῦ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν σιγᾷν ἐπιτάττει, καὶ πῶς ὅλως ἐπιτάττει, γινώσκων, ὅτι οὐ σιγήσει, καὶ τὴν λύσιν ἐκείνην ἐπὶ πάντων ἔχε τῶν ὁμοίων.

ΚΕΦ. ΙΗ'. *Περὶ τοῦ δαιμονιζομένου κωφοῦ.*

Αὐτῶν — δαιμονιζόμενον. Κωφὸν νῦν λέγει τὸ

CAP. XVII. *De duobus cæcis.*

Vers. 27. *Cumque — David.* Cum audissent miracula quæ ediderat, et credidissent eum esse Christum, qui exspectabatur, de quo sæpius audierant, veniunt ac sequuntur, clamantes: *Miserere*, sive, sana. Filium autem David hunc dicunt, utpote qui etiam audierant e genere David illum oriundum. Ad honorem vero ejus hoc dicunt. Honoratissima siquidem apud Judæos erat hujusmodi appellatio. Credebant itaque quod omnia posset; quod autem Deus esset, nondum plena fide tenebant; ideoque tanquam hominem decenter honorabant, sicut et alii multi.

Vers. 28. *Ingresso — cæci.* Protraxit eos usque ad domum, ne reprehendendi occasionem quærentibus videretur ad miraculorum operationem se ingerere, quasi gloriæ amator. Omnia enim sapienter disponit, omnem auferens accusationis occasionem. Verisimile est autem domum fuisse cujusdam fidelis, in qua retentus sit.

Vers. 28. *Et — facere?* Quod videlicet petitis. Sciebat certe illos credere quod posset: neque enim aliter secuti fuissent eum obsecrantes: interrogat tamen ut manifestaretur illorum fides, aliique per hos attraherentur. Miracula namque non propter eos tantum, qui curabantur, sed propter eos potissimum edebantur, qui videbant et audiebant.

Vers. 28. *Dicunt — Domine.* Jam non filium David, sed Dominum eum appellabant: ab ejus interrogatione in fidei celsitudinem sublevati.

Vers. 29. *Tunc* — Vers. 30. *oculi illorum.* Fidei eorum sanitatem attribuit, quod frequenter facere consuevit alios quoque excitans ad fidem. Tangit autem et manu, ostendens sanctissimam esse suam carnem, quæ vitam conferat. Magna vero Judæorum hinc oritur accusatio: quod cæcis solo auditu credentibus, ipsi miracula videntes increduli permanebant.

Vers. 30. *Et — sciat.* *Ἐνεβριμήσατο*, interminatus est: austere videlicet intuens, contractis superciliis, commoto capite: veluti facere solent, qui aliquos de continendo secreto admonent.

Vers. 31. *Illi — regionem illam.* In sexto quoque capite mundato leproso præcepit ut taceret [98]. Quære in illius expositione, cur tacere præceperit, quodque omnino præcipiat, sciens illos non esse tacituros, illamque solutionem pro omnibus habeto similibus.

CAP XVIII. *De dæmoniaco muto.*

Vers. 32. *Illis autem — dæmoniacum.* Quanquam

[98] Matth. VIII, 4.

Variæ lectiones et notæ.

98) σαφῶς, A.

Digitized by Google

κωφὸς dicatur sæpius surdus, nunc tamen capitur pro muto, qui fari nequit, sicut etiam alibi quandoque.

Vers. 33. *Et ejecto — mutus.* Non erat natura mutus, sed dæmon linguam ejus ligaverat, et ante hanc, animam : ideoque ab aliis adducitur. Nec fidem exigit ; siquidem nec fari, nec intelligere poterat : quod agnoscens Salvator, protinus dæmonem ejecit, ipso etiam ignorante. Cumque vinculis absolutus esset, intellexit et (*uu*) locutus est homo.

Vers. 33. *Et — Israel. Nunquam apparuit sic,* id est, Nunquam visa sunt hujusmodi mirabilia. Omnibus autem qui ab exordio mirabilia operati sunt sublimiorem prædicabant ; quia omnem morbum curabat, et velocissime propriaque auctoritate ; interdum quidem verbo, nonnunquam tactu, quandoque vero tactu et verbo; et ut semel dicam, sicut volebat, in omnibus suam pandens omnipotentiam.

Vers. 34. *Pharisæi autem — dæmonia.* Turbæ quidem admirabantur ; Pharisæi vero calumniabantur, dicentes quod cum amicum haberet principem dæmoniorum, per hunc dæmonia expellebat. Nec verebantur nugari in his, quæ facile redargui poterant. Nam qui dæmoniorum principem habet amicum, quæ illi sunt grata perficit : dæmoni autem gratum est, ut quis semper noceat hominibus, doceat omne peccatum, abstrahat omnes a Deo. Christus vero contraria his operatus est, beneficia semper conferens in homines, omnem docens virtutem, ad Deum omnes adducens. Et tamen hos non solum non punivit, sed neque arguit eos : docens nos magno animo calumnias sustinere, et potius benefacere nocentibus ac injuriam inferentibus. Vide enim quid fecerit.

Vers. 35. *Et — in populo.* Hæc etiam quarto dixit capite[96], et ibi declarata sunt. Quære autem et apud Marcum finem tertii capitis ipsius[97], et in ejus capitis enarratione invenies differentiam civitatis a vico. Circumibat autem civitates omnes et vicos Judæorum, ne quis eorum dicere posset : Ad nos non venit.

Vers. 36. *Invitus — pastorem. Destitutæ,* quod nullus eas respiceret : *dispersæ,* hoc est omnino neglectæ, in modum ovium pastore carentium : quarum hæ quidem vexatæ sunt, ac seductæ huc et illuc : aliæ autem dispersæ sive abjectæ, eo quod non sit, qui earum curam habeat. Judæorum enim principes non solum convertebant, aut respiciebant eos qui peccaverant, neque abjectorum

[96] Matth. IV, 17. [97] Marc. I, 38.

ἄλαλον. Λέγεται γὰρ κωφὸς, οὐ μόνον ὁ μὴ ἀκούων, ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ λαλῶν.

μαθόντες, ὡς περὶ ἀλλοτρίας συμφορᾶς, ἀφροντίστως διέκειντο, καὶ μόνα τηνικαῦτα δίχα θορύβων ὠνειροπόλουν τὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ δευτέρας παρουσίας ἀγαθά, δι' ἃ καὶ τὴν ἐρώτησιν προσήγαγον· ὁ δὲ Χριστὸς πάλιν ἐπίπονα (17) τούτοις προμηνύει, ποιῶν αὐτοὺς (18) ἐναγωνίους, καὶ διπλῇ νήφειν κελεύων, ὡς μήτε ὑπὸ τῶν πλάνων ἀπατηθῆναι, μήτε ὑπὸ τῆς ἀκοῆς τῶν πολέμων θροηθῆναι. Διπλοῦν γὰρ εἶναι τὸν πόλεμον, ἀπό τε τῶν πλάνων, ἀπό τε τῶν Ῥωμαίων, καὶ πολλὴν καὶ ποικίλην τὴν ζάλην, καὶ ἐντὸς καὶ ἐκτός. A tanquam ad alienam calamitatem, quæ nihil eos tangeret, negligenter se ad eam habebant, et sola ea tunc somniabant bona, quæ absque tumultu in secundo Christi adventu ventura erant : propter quæ etiam interrogationem produxerant. Christus vero rursum illis laboriosa pronuntiat, constituens eos certaminum præfectos (*g*) : et duplicem ob causam vigilare jubet, tum ne a seductoribus fallantur, tum ne a bellorum rumore turbentur. Duplex siquidem ait instare bellum, et a seductoribus, et a Romanis, multamque ac variam commotionem, et interius et exterius.

Ἐγερθήσεται — βασιλείαν. Τὰ ἔθνη τὰ συμμαχοῦντα Ῥωμαίοις ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συμμαχοῦντα Ἰουδαίοις, καὶ αἱ βασίλειαι, αἱ συναιρόμεναι Ῥωμαίοις, ἐπὶ τὰς συναιρομένας Ἰουδαίοις. Καὶ διὰ τοῦτο ἰσχυροὶ γενήσονται τούτων πόλεμοι. B

Vers. 7. *Exsurget — regnum.* Gentes sociæ Romanorum in gentes Judæis fœderatas; et regna auxiliaria Romanis, in regna auxiliaria Judæis ; et propterea fortia erunt horum bella.

Καὶ — τόπους. Κατὰ τόπους τῶν Ἰουδαίων. Παρὰ τῷ Λουκᾷ δὲ πρόσκειται, ὅτι *Φόβητρά τε καὶ σημεῖα μεγάλα ἀπ' οὐρανοῦ ἔσται*, ἵνα γνῶσιν Ἰουδαῖοι θεομηνίαν εἶναι τὰ γινόμενα, καὶ συνῶσιν, ὅτι διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀναίρεσιν ταῦτα πάσχουσι.

Vers. 7. *Et — loca.* Hoc est singulis Judæorum locis. Apud Lucam ponitur : *Terroresque et signa a cœlo magna erunt* [59], ut cognoscant Judæi ea quæ fient divinæ esse iræ, et intelligant quod propter Salvatoris interemptionem hæc patiantur.

Πάντα — ὠδίνων. Ἀρχὴ τῶν κακῶν, προοίμια τῶν συμφορῶν, τῶν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπερχομένων.

Vers. 8. *Omnia — dolorum.* Principium malorum et primordia calamitatum quæ Judæis imminent.

Τότε — θλῖψιν. Τότε, πότε; Πρὸ τῆς ἀποστασίας. Εἰς ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν μετήγαγε τὸν λόγον, ὃ καὶ Λουκᾶς ἐδήλωσεν εἰπών, ὅτι *Πρὸ τούτων πάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ διώξουσι, παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακάς, ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου.* Πολλὰ γὰρ τότε δεινὰ, μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν, οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς ἀποστόλοις ἐπήγαγον· ποτὲ μὲν τοῖς ἀρχισυναγώγοις παραδιδόντες εἰς κάκωσιν, ποτὲ δὲ ἐπὶ βασιλεῖς ἄγοντες, οἷον ἐπὶ Ἡρῴδην καὶ Ἀγρίππαν [καὶ (19) τοὺς τοιούτους,] καὶ ἐπὶ τοὺς ἡγεμόνας καὶ στρατηγοὺς τῶν πόλεων, καὶ τοὺς ἀνθυπάτους καὶ πολιτάρχας, ὡς ἡ βίβλος τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων ἱστορεῖ. C

Vers. 9. *Tunc — afflictionem. Tunc* ; quando ? Ante defectionem ; nam in illud tempus sermonem traduxit, quod et Lucas significavit dicens : *Ante hæc omnia injicient manus suas in vos, et persequentur, tradentes in synagogas et carceres, tractos ad reges ac præsides propter nomen meum* [60]. Plurimas enim calamitates post Salvatoris Assumptionem Judæi induxerunt apostolis ; interdum quidem Synagogæ principibus tradentes, ut punirentur ; interdum vero ad reges trahentes, veluti ad Herodem et Agrippam, ac similes. Præterea ad præsides ac civitatum præfectos, et consulis aut principis munere fungentes, quemadmodum liber apostolicarum Actionum testatur.

Καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς. Τοῦτο λέγει πρὸς μόνους τοὺς ἀναιρεθῆναι μέλλοντας διὰ τῆς τῶν Ἰουδαίων κακεντρεχείας, οἷος ἦν Στέφανος καὶ Ἰάκωβος, ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου, καὶ εἴ τις ἕτερος.

Vers. 9. *Et occident vos.* Hoc solis eis dicit, qui per Judæorum improbitatem ac versutiam occidendi erant : puta Stephanus, Jacobus frater Joannis, et si quis alius.

Καὶ — μου. Ὑπὸ γονέων, ὑπὸ συγγενῶν, ὑπὸ φίλων, ὑπὸ ὁμοφύλων, ὑπὸ οἰκείων, ὑπὸ ξένων, ὑπὸ ἀρχόντων, ὑπὸ ἀρχομένων, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑπὸ πάντων τῶν ἀλλοτρίων τοῦ κηρύγματος. Προειπὼν δὲ τὰ σκυθρωπὰ, λοιπὸν ἐπήγαγε καὶ τὴν παραμυθίαν, ὅτι Δι' ἐμέ. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ *διὰ τὸ ὄνομά μου*. Καὶ ὄντως μεγάλη τοῖς μαθηταῖς ἦν παραμυθία τὸ πάσχειν δι' αὐτόν. D

Vers. 9. *Et — meum.* A parentibus, a cognatis, ab amicis, a contribulibus, a familiaribus, ab hospitibus, a principibus, a subditis, et ut semel dicam, ab omnibus qui alienati sunt a prædicatione. Ubi autem tristia prædixit, consolationem deinceps subjunxit, dicens : Propter me. Nam id significat : *propter nomen meum*. Et vere magna discipulis erat consolatio pati propter ipsum

[59] Luc. xxi, 11. [60] Ibid. 12.

Variæ lectiones et notæ.

(17) Ἐπίμονα B. Chrysostomus loco laudato χαλεπά.

(18) Ἐν ἀγωνίᾳ, A.

(19) Tria hæc vocabula absunt A.

(*g*) *Certaminum præfectos.* Ad certamina idoneos.

Digitized by Google

Vers. 10. *Et — multi.* Erunt invicem suspecti propter fidei diversitatem : sive, non credentes apud eos qui credent.

Vers. 10. *Et — invicem habebunt odio.* Marcus autem manifestius dixit, quod *tradet frater fratrem in mortem, et pater Filium : insurgent filii in parentes, et morte eos afficient* [51]. Verisimile est itaque omnia facta esse, etsi liber Actorum particulariter de omnibus non disserat. Lucas vero etiam dicit : *Trademini autem a parentibus et cognatis, amicis ac fratribus, et morte afficient quosdam ex vobis* [52]. Prædixit enim et hoc Christus discipulis, quod omnium est miserrimum, videlicet quod etiam a familiarissimis impugnandi erant ; ut præscientes parati essent ad tolerantiam, et ita periculum facilius sustinerent. Hæc autem omnia prædixit eis decimo nono capite. Quære ergo et ibi horum expositionem.

Vers. 11. *Et — multos.* Superius de iis dixit, qui se Christos esse fingent : nunc autem de his dicit, qui se prophetare simulabunt. Tunc enim multi tales fuerunt, cum adhuc initia essent prædicationis.

Vers. 12. *Et — multorum.* Et hoc miserrimum est, quod neque ab amicorum dilectione consolationem habituri sunt. Quidam autem ἀγάπην, dilectionem, nominari dixerunt hospitalitatem, alii vero compassionem : vide quot pericula eis prædixerit, ad omnia exacuens, et ad magnanimitatem roborans, ac confortationibus adamantinos reddens.

Vers. 13. *Qui autem — salvus erit.* Hoc etiam dictum est decimo nono capite, et ibi manifesta admodum data est interpretatio.

Vers. 14. *Et prædicabitur — orbe.* Hinc demonstravit quod nulla pericula prædicationem superabunt, et ita magnam prædicatoribus injecit consolationem, quod voti sui compotes erunt : quia nihil eis erit obstaculo, si modo toleraverint. Marcus autem manifestius dixit : *Et in omnes gentes primum oportet prædicare Evangelium* [53].

Vers. 14. *In — gentibus.* Ad redargutionem, ad accusationem eorum qui non crediderint ; ne dicere possint in die judicii : Prædicationem non audivimus. Dictum est etiam de hoc decimo nono capite.

Vers. 14. *Et — consummatio.* Consummatio templi et Jerusalem, ut prædiximus. Dicit ergo : Postquam facta fuerint universa quæ dicta sunt, et postquam prædicatum fuerit Evangelium in universo orbe, tunc veniet Judæis omnimoda perditio. Quod autem priusquam caperentur Hierosolyma prædicatum sit Evangelium per totum mundum, dixit Paulus : *Fructificavit*, inquit, *ac crevit in omni crea-*

A *Καὶ — πολλοί.* Ὑποπτοι ἔσονται πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὴν διαφορὰν τῆς πίστεως, ἤγουν, οἱ μὴ πιστεύοντες πρὸς τοὺς πιστεύοντας.

Καὶ — μισήσουσιν ἀλλήλους. Μάρκος δὲ φανερώτερον εἶπεν, ὅτι *Παραδώσει ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον, καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.* Εἰκὸς γὰρ πάντα γενέσθαι, εἰ καὶ μὴ περὶ πάντων λεπτομερῶς ἡ βίβλος διαλαμβάνει τῶν Πράξεων. Καὶ ὁ Λουκᾶς δέ φησιν, ὅτι *Παραδοθήσεσθε καὶ ὑπὸ γονέων καὶ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ* (20) *ἀδελφῶν, καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν.* Προεῖπε γὰρ τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς καὶ τοῦτο τὸ πάντων δεινότατον, ὅτι καὶ ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων πολεμηθήσονται, ἵνα προμαθόντες ἑτοιμασθῶσιν εἰς

B ὑπομονήν, καὶ λοιπὸν κουφότερον τὸ δεινὸν ἐνέγκοιεν. Ταῦτα δὲ πάντα προεῖπεν αὐτοῖς καὶ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον κἀκεῖ τὴν περὶ τούτων ἐξήγησιν.

Καὶ — πολλούς. Ἀνωτέρω μὲν περὶ τῶν ὑποκρινομένων τὸν Χριστὸν εἶπεν· ἐνταῦθα δὲ λέγει περὶ τῶν ὑποκρινομένων προφητεύειν. Πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι τότε γεγόνασιν, ἀρχὴν ἔτι τοῦ κηρύγματος ἔχοντος

Καὶ — πολλῶν. Καὶ τοῦτο χαλεπώτατον, ὅτι οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἀγάπης παραμυθίαν ἕξουσι. Τινὲς δὲ ἀγάπην ἐνταῦθα τὴν φιλοξενίαν ὠνόμασαν· ἕτεροι δὲ, τὴν συμπάθειαν. Ὅρα, πόσα δεινὰ προεῖπεν αὐτοῖς, παραθήγων εἰς πάντα, καὶ στομῶν

C εἰς εὐψυχίαν, καὶ ταῖς ἐπιῤῥώσεσιν ἀδαμαντίνους ἀπεργαζόμενος.

Ὁ δὲ — σωθήσεται. Εἴρηται καὶ τοῦτο ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ διηρμηνεύθη πάνυ σαφῶς ἐκεῖ.

Καὶ κηρυχθήσεται — οἰκουμένῃ. Ἐντεῦθεν ἔδειξεν, ὅτι οὐδὲν τῶν δεινῶν περιγενήσεται τοῦ κηρύγματος, καὶ πολλὴν οὕτω τοῖς κήρυξι παραμυθίαν ἐνέβαλε, πληροφορηθεῖσιν, ὅτι οὐδὲν αὐτοῖς ἐμποδίσει, ἐὰν μόνον ὦσι καρτερικοί. Μάρκος δὲ φανερώτερον εἶπεν, ὅτι *Καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον.*

Εἰς — ἔθνεσιν. Εἰς ἔλεγχον, εἰς κατηγορίαν τῶν μὴ πιστευσάντων, ἵνα μὴ δύνωνται λέγειν ἐν ἡμέρᾳ

D κρίσεως, ὅτι οὐκ ἤκουσαν τοῦ κηρύγματος. Εἴρηται δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ.

Καὶ — τέλος. Τὸ τέλος τοῦ ναοῦ καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὡς προέφημεν. Λέγει τοίνυν, ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι τὰ ῥηθέντα πάντα, καὶ μετὰ τὸ κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, τότε ἥξει τοῖς Ἰουδαίοις ὁ παντελὴς ὄλεθρος. Ὅτι δὲ πρὸ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκηρύχθη τὸ Εὐαγγέλιον εἰς ὅλον τὸν κόσμον, εἴρηκεν ὁ Παῦλος, ὅτι *Ἔστι καρποφορούμενον* (21) *καὶ αὐξανόμενον ἐν πάσῃ*

[51] Marc. XIII, 12. [52] Luc. XXI, 16. [53] Marc. XIII, 10.

Variæ lectiones et notæ.

(20) Ita etiam uterque codex ordinat in contextu Lucæ.

(21) Chrysostomus hæc tractat t. VII, p. 725 D et loca similia confundit. Hunc ergo, non codices

Digitized by Google

τῇ κτίσει τῇ ὑπ' οὐρανόν. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱσπανίαν ἐκήρυξεν, ἐννόησον καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων, ἄχρι πόσου διέδραμον. Διὰ τοῦτο δὲ μετὰ τὸ κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀπόλλυνται τὰ Ἱεροσόλυμα, ἵνα μηδὲ σκιὰν ἀπολογίας ἔχωσιν Ἰουδαῖοι, τοσαύτην ἰδόντες τὴν δύναμιν τοῦ κηρύγματος, ὡς ἐν βραχεῖ πᾶσαν ἐπιδραμεῖν τὴν οἰκουμένην, καὶ πανταχοῦ λάμψαι, καὶ μεμενηκότες ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀπιστίας καὶ ἀγνωμοσύνης.

tura quæ sub cælo est [46]. Si enim ipse a Hierosolymis usque ad Hispaniam prædicavit, concipe etiam de cæteris apostolis quousque percurrerint. Idcirco enim postquam prædicatum est Evangelium ubique terrarum, pereunt Hierosolyma, ne umbram quidem responsionis habeant Judæi : tantam videntes prædicationis virtutem, ut brevissimo tempore universum percurrerit orbem, et ubique splendorem dederit : cum tamen ipsi permanserint in infidelitate et ingratitudine sua.

Ὅταν οὖν — νοείτω. Βδέλυγμα νῦν λέγει τὸν ἀνδριάντα τοῦ Τίτου, ὃν, ἑλὼν τὴν πόλιν, ἔστησεν ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῦ ναοῦ. Βδελύγματα γὰρ ὁ νόμος ὠνόμαζε τὰ τοιαῦτα ἀφομοιώματα. Τῆς ἐρημώσεως δὲ τοῦτο κέκληκε, διότι, ἐρημουμένου τοῦ ναοῦ καὶ τῆ, πόλεως, ἔστη τοῦτο· ἢ διότι τοῦ ἐρημώσαντος αὐτὰ ἦν ἡ εἰκών (22). Τὸ δὲ, Ὅταν ἴδητε, δοκεῖ μὲν ῥηθῆναι πρὸς τοὺς ἀποστόλους· φέρεται δὲ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, ἵνα μάθωσιν, ὅτι οὐκ εἰς μακρὰν, ἀλλὰ ζώντων αὐτῶν τὸ βδέλυγμα στήσεται. Οἱ ἀπόστολοι γὰρ ἔφθασαν προαποθανόντες οἱ πλείους, καὶ ὅσοι δὲ περιελείφθησαν, ἐν ἄλλοις τηνικαῦτα μέρεσι τῆς οἰκουμένης διέτριβον. Παρέπεμψε δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Δανιὴλ, προφητεύσαντα περὶ τοῦ τοιούτου βδελύγματος, καὶ τοῦ ὀλέθρου. Τότε, φησὶν, ὁ ἀναγινώσκων τὴν βίβλον τοῦ Δανιὴλ, νοείτω ἐπιστάντα τὸν ὀλεθρον. Ὁ δὲ Λουκᾶς ἕτερον σημεῖόν φησιν, ὅτι *Ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς*. Φαίνεται οὖν, ὅτι καὶ ἀμφότερα εἶπεν ὁ Χριστός.

Vers. 15. *Cum ergo — intelligat.* Abominationem dicit Titi statuam, quam capta civitate statuit in adytis templi. Siquidem abominationes appellabat iex hujusmodi imagines. Desolationis vero dixit, quia illa deserto templo ac civitate erecta est : aut quia ejus erat imago qui hæc deserta fecit. Quod autem ait : *Cum videritis*, videtur quidem dictum esse ad apostolos, sed tamen fertur ad Judæos, ut sciant quod non longe post, sed eis adhuc viventibus abominatio stabit. Plures siquidem apostolorum ante id tempus mortui sunt : cæteri vero qui remanserant in aliis tunc orbis partibus versabantur. Misit autem eos ad Danielem, qui de hujusmodi abominatione et strage prophetaverat. Tunc, inquit, qui legit Danielis librum [48], intelligat ac consideret erectam abominationem. Lucas vero aliud dicit signum : *Cum videritis circumdari ab exercitibus Jerusalem, tunc scitote quod imminet desolatio ejus* [49]. Apparet ergo quod utrumque dixerit Christus.

Τότε — ἐπὶ τὰ ὄρη. Εἰπὼν περὶ τῶν κακῶν τῶν καταλήψομένων τὰ Ἱεροσόλυμα, ναὶ μὴν καὶ περὶ τῶν πολλῶν καὶ ποικίλων πειρασμῶν τῶν ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς εὐοδώσεως τοῦ κηρύγματος, ὅτι ἀνεμποδίστως πᾶσαν ἐπιδραμεῖται τὴν οἰκουμένην, λέγει πάλιν περὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν συμφορῶν, δεικνύων, ὅτι ὅταν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ πανταχοῦ δοξάζωνται, τότε οὗτοι πανταχόθεν διαφθείρονται. Διὰ δὲ τῶν δοκούντων μικρῶν ἐμφαίνει τὸ τῶν πληγῶν ἐκείνων ἀφόρητον. Σκόπει γάρ. Τότε, φησὶν, ὅταν τὸ βδέλυγμα στῇ, οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἔνθα τὰ Ἱεροσόλυμα, φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη, μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἀπὸ τοῦ προσμένειν ἔχοντες. Οὐκ ἔσται γὰρ ἀνάκλησις ὅλως, οὐδὲ μεταβολὴ τοῦ κακοῦ. Διόπερ ἀγαπητὸν τὸ καὶ γυμνῷ τῷ σώματι φεύγειν ἀμεταστρεπτί.

Vers. 16. *Tunc — ad montes.* Postquam de malis dixit, quæ comprehensura erant Hierosolyma, de multis præterea ac variis apostolorum tentationibus, insuper et de prospero prædicationis successu, quod absque ullo impedimento universum percurret orbem : loquitur iterum de Judæorum calamitatibus, ostendens quod postquam ipse et discipuli sui ubique in opinione celebri habiti fuerint, tunc hi undique perdentur. Per ea vero quæ parva videntur, demonstrat plagarum illarum intolerabilitatem. Considera enim. Tunc, inquit, qui in Judæa sunt, ubi Hierosolyma sita sunt, fugiant ad montes, nullam salutis spem in remanendo habentes ; neque enim erit omnino revocatio aut mali mutatio ; ideo id amplectendum erit, ut nudo etiam corpore, nec versa retrorsum facie fugiant.

Ὁ — τῆς οἰκείας αὐτοῦ. Διὰ τὸν ἀφύλακτον κάτω κίνδυνον, ἵνα μὴ ἐμπεσὼν ἀπόληται,

Vers. 17. *Qui — domo sua.* Propter inevitabile periculum, ne incidat in perditionem.

Καὶ — τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. Εἰ γὰρ οἱ ἐν τῇ πόλει φεύγουσι τὸν ἔνδον (23) ὀλεθρον, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς. Παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ λέγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς σφοδρότητος τῶν πληγῶν, ὅτι ἡμέραι

Vers. 18. *Et — vestimenta sua.* Si enim qui in civitate sunt, fugiunt eam quæ intus est stragem, multo magis qui in agris. Apud Lucam vero dicit etiam causam vehementiæ plagarum [47] : Quia dies

[46] Coloss. I, 23 ; VI, 10. [48] Dan. IX, 27. [49] Luc. XXI, 20. [47] Luc. XXI, 22.

Variæ lectiones et notæ.

Novi Testamenti, sequitur Euthymius. Hunc errorem correxit Theophyl. p. 143 E.

(22) Ἦν εἰκών, A.

(23) Ἔνδον abest A.

Digitized by Google

ultionis hi sunt, ut compleantur omnia quæ scripta sunt, in libris videlicet Danielis et aliorum prophetarum, de hujusmodi expugnatione. Dies autem ultionis cædis Dominicæ erunt. Sed hæc quidem juxta historiam.

Juxta anagogen vero, qui in Judæa sunt, hoc est, in divino cultu : nam id significat Judææ nomen : fugiant ad montes, id est, ad excelsum Dei auxilium, aut ad excelsa virtutum. Qui vero in tecto, sive qui conversatione elevatus, et excelsior per vitam effectus fuerit, non descendat, ut tollat mundi affectus quos reliquerat. Et qui in agro sive in solitaria vita, non revertatur ut tollat vestimenta sua, quæ sunt operimenta peccatorum, ab eo jam dudum relicta.

Vers. 19. *Væ — diebus.* Illis quidem propter onus interius, his vero propter exterius. Illæ enim pondere embryonum gravantur, hæ autem onere lactentium. Siquidem facile est pro salute pecunias et vestimenta contemnere : fieri autem levem et fugam expeditam eam (*h*) quæ in utero habet, aut abjicere infantem eam quæ lactat, prorsus impossibile est propter naturæ vinculum. Væ ergo illis, quia facile comprehendentur ; et similiter embryonibus ac lactentibus, ut qui simul peribunt (*i*).

Juxta anagogen vero prægnantes dicimus animas, quæ virtutem nondum pepererunt : lactantes autem quæ pepererunt quidem, verum puerilis est fetus et admodum pusillanimis (*j*).

Vers. 20. *Orate — Sabbato.* Manifestum et hinc quod, quanquam ad apostolos protendebat hujusmodi sermones, attamen vel isti ad Judæos respiciebant ; neque enim amplius observabant apostoli Sabbatum, quando capta sunt Hierosolyma. Quare autem non hieme neque Sabbato ? Hieme quidem propter temporis difficultatem ; Sabbato vero propter legem quæ non permittebat Sabbato iter facere ultra statutos lege passus.

Anagogice autem fugam intelligimus exitum animæ a corpore ; hiemem vero commotionem ac turbationem cogitationum ; Sabbatum autem otium a virtute. Jubet itaque sermo ut oremus, ne fiat exitus animæ nostræ in commotione aut turbatione cogitationum, neque in otio a virtutibus, sed in tranquillitate cogitationum et operatione virtutum.

ἐκδικήσεως αὗται εἰσι, τοῦ πλησθῆναι (24) πάντα τὰ γεγραμμένα, δηλαδὴ, ἐν ταῖς βίβλοις τοῦ τε Δανιὴλ, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν, περὶ τῆς τοιαύτης ἀλώσεως. Ἡμέραι δὲ ἐκδικήσεως τοῦ Δεσποτικοῦ φόνου. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καθ' ἱστορίαν.

Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, τουτέστιν, οἱ ἐν τῇ εὐσεβείᾳ· τοῦνο γὰρ σημαίνει τὸ τῆς Ἰουδαίας ὄνομα· φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη· λέγω δὴ, ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν βοήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐπὶ τὰ ὕψη τῶν ἀρετῶν· ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος δὲ, ἤγουν, ὁ τῆς κάτω διατριβῆς ὑπεραρθεὶς καὶ ὑψηλὸς τῷ βίῳ γενόμενος, μὴ καταβαινέτω ἆραι τὰ ἐκ τοῦ κόσμου πάθη, ἅπερ ἀπολέλοιπε· καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ δὲ, εἴτουν, ὁ ἐν τῷ ἀνακεχωρημένῳ βίῳ, μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἅπερ εἰσὶ τὰ περιβόλαια τῶν ἁμαρτιῶν, ἃ πάλαι ἀπεδύσατο.

Οὐαὶ — ἡμέραις. Τῶν μὲν (25), διὰ τὸν ἐντὸς φόρτον, τῶν δὲ διὰ τὸν ἐκτὸς οὐ δυναμένων εὐκόλως φυγεῖν. Αἱ μὲν γὰρ βεβάρηνται τῷ ἄχθει τῶν ἐμβρύων, αἱ δὲ τῷ φορτίῳ τῶν θηλαζόντων. Χρημάτων μὲν γὰρ καὶ ἱματίων καταφρονῆσαι ῥᾴδιον, διὰ σωτηρίαν· γενέσθαι δὲ τὴν ἔγκυον κούφην, καὶ ἀπορρίψαι τὴν θηλάζουσαν, ὃ θηλάζει, παντελῶς ἀδύνατον, διὰ τὸν δεσμὸν τῆς φύσεως. Οὐαὶ τοίνυν αὐταῖς, εὐπετῶς καταλαμβανομέναις, καὶ τοῖς ἐμβρύοις καὶ ὑπομαζίοις συνδιαφθειρομέναις.

Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν ἐν γαστρὶ μὲν ἐχούσας νοοῦμεν τὰς μήπω τεκούσας ἀρετὴν ψυχάς· θηλαζούσας δὲ τὰς τεκούσας μὲν, νηπιώδες δὲ κύημα καὶ βραχύτατον.

Προσεύχεσθε — Σαββάτῳ. Φανερὸν κἀντεῦθεν, ὅτι εἰ καὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἀπέτεινε τοὺς τοιούτους λόγους, ἀλλά γε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔβλεπον οὗτοι. Καὶ γὰρ οὐκέτι παρεφύλαττον τὸ Σάββατον οἱ ἀπόστολοι. Διατί δὲ, μὴ χειμῶνος, μηδὲ Σαββάτῳ ; Μὴ χειμῶνος μὲν, διὰ τὴν δυσκολίαν τὴν ἀπὸ τοῦ καιροῦ· μὴ Σαββάτῳ δὲ, διὰ τὸν νόμον, οὐκ ἐπιτρέποντα βαδίζειν ἐν Σαββάτῳ περαιτέρω τῶν νενομισμένων βημάτων.

Ἀναγωγικῶς δὲ φυγὴν μὲν νοοῦμεν τὴν ἔξοδον τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· χειμῶνα δὲ τὴν ζάλην καὶ ταραχὴν τῶν λογισμῶν· Σάββατον δὲ τὴν ἀργίαν τῆς ἀρετῆς. Παρεγγυᾷ γὰρ ὁ λόγος προσεύχεσθαι, μὴ γενέσθαι τὴν ἔξοδον τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐν ζάλῃ καὶ ταραχῇ λογισμῶν, μηδ' ἐν ἀργίᾳ τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ γαληνιώντων τῶν λογισμῶν, καὶ ἐνεργουμένης τῆς ἀρετῆς.

Variæ lectiones et notæ.

(24) Τοῦ πληρωθῆναι A. Loco laudato uterque codex in textu Lucæ habet πλησθῆναι.

(25) Hentenius reddidit, ac si legerit, τοῖς μὲν, τοῖς δέ. Sed nulla opus est correctione. Nec enim ad οὐαί, sed ad δυναμένων refertur.

(*h*) *Et fugam expeditam eam.* Hæc non sunt in Græco. Forte autem voluit, *et ad fugam.* In codice illo fortasse erat : Κούφην καὶ εὐσταλῆ πρὸς φυγήν.

(*i*) Et simul cum embryonibus ac lactentibus peribunt.

(*j*) *Pusillanimis.* Hoc non est in Græco. Similem sententiam reperio in Catena Corderii ad h. l. ex Isidoro et apud Isidorum lib. I, epist. 212. etiam in schedis meis inter inedita scholia est ejusmodi Severi. Sed in his βραχύτατον non reperitur : νηπιώδες autem et ἀτελές. Βραχύτατον interpretor βραχυτάτιστον. Alia enim subesse sententia nequit. Forte Hentenius e suo codice exscalpserat βραχύνουν, cujus exempla ignoro.

Digitized by Google

Ἔσται — γένηται. Εἴ τις ἐντύχῃ τοῖς Ἰωσήπου συγγράμμασι, πληροφορηθήσεται. Καίτοι γὰρ Ἑβραῖος ὤν, διαβεβαιοῦται περὶ τῆς τοιαύτης θεομηνίας, ὅτι πᾶσαν ἐνίκησε συμφοράν, καὶ πᾶσαν ὑπερέβη τραγῳδίαν. Μετὰ γὰρ τῆς ξένης ἐκείνης πολιορκίας τοσοῦτος ἦν ὁ λιμὸς, ὡς καὶ αὐταῖς ταῖς μητράσιν περιμάχητον εἶναι τὴν τεκνοφαγίαν, καὶ ὑπὲρ τούτου πολέμους γίνεσθαι. Τίνος οὖν ἕνεκεν χαλεπώτερα καὶ φρικωδέστερα πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνθρώπων πεπόνθασι ; Διότι χαλεπώτερα καὶ φρικωδέστερα πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνθρώπων τετολμήκασιν, ἀνελόντες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Λουκᾶς δὲ πλατύτερόν φησιν, ὅτι *Ἔσται ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ Ἰερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν.* Ὀργὴν μὲν λέγων τὴν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, καιροὺς δὲ ἐθνῶν τοὺς ἄχρι συντελείας αὐτῶν, καὶ τοῦ κόσμου παντός.

Καὶ εἰ μὴ — αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. Ἡμέρας τὰς τοῦ πολέμου καὶ τῆς πολιορκίας ἐκείνης φησὶ, λέγων· ὅτι εἰ μὴ ἠλαττώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι κατ' οἰκονομίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἂν διεσώθη, οὐκ ἂν ὑπεξέφυγε τὸν θάνατον πᾶσα σὰρξ, ἤγουν, οὐδὲ μία σὰρξ, Ἰουδαϊκὴ δηλονότι. Πάντες γὰρ ἂν διεφθάρησαν, καὶ οἱ ἐντὸς, καὶ οἱ ἐκτός· οἱ μὲν λιμῷ, οἱ δὲ λοιμῷ, οἱ δὲ ξίφει καὶ παντοίοις θανάτου τρόποις. Κατὰ πάντων γὰρ Ἰουδαίων οἱ Ῥωμαῖοι σφοδρῶς ἐμάνησαν, καὶ κατὰ τῶν πανταχῇ διεσπαρμένων ἐφέροντο. Ἐκλεκτοὺς δὲ καλεῖ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πιστοὺς, δι' οὓς ταχύτερον ἔπαυσε τὸν πόλεμον, ἵνα μὴ συναπόλωνται τοῖς ἀπίστοις, ἀλλὰ μᾶλλον ἵνα τινὲς τῶν ἀπίστων συνδιασωθῶσι τούτοις, ὥστε μηδένα δυνηθῆναι λέγειν, ὅτι διὰ τοὺς πιστεύσαντας ἡ θεήλατος αὕτη μάστιξ ἐπῆλθεν· ἀλλ' ἵνα βλέποντες οἱ ὑπολειφθέντες ἅπαντας τοὺς ἐν αὐτοῖς πιστοὺς διαβράντας, συνῶσι τὴν αἰτίαν, καὶ βεβαιωθῶσιν, ὡς οὐ μόνον οὐκ ἀπώλοντο δι' αὐτοὺς οἱ διαφθαρέντες, ἀλλὰ μάλιστα καὶ αὐτοὶ διὰ τούτους περιεσώθησαν.

Ὅτι δὲ τὸ *πᾶσα σὰρξ*, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ μία, παρείληπται, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ Δαυϊδικοῦ ῥητοῦ, λέγοντος· *Μὴ κατακυριευσάτω μου πᾶσα ἀνομία*, ἀντὶ τοῦ, μηδὲ μία. Καὶ τοῦτο γὰρ ἰδίωμα τῆς παλαιᾶς Γραφῆς.

Σὺ δέ μοι σκόπει τοῦ θείου Πνεύματος τὴν οἰκονομίαν, πῶς ὁ μὲν Ἰωάννης, ὁ ζῶν, ὅτε ταῦτα γέγονε, καὶ μετὰ τὴν ἅλωσιν πολὺν ἔτι ζήσας χρόνον, οὐδὲν τούτων ἔγραψεν, ἵνα μὴ δόξῃ γράφειν, ὡς πάλαι εἰρημένα, τὰ ἤδη γεγενημένα· οἱ δὲ πρὸ τοῦ γενέσθαι ταῦτα τετελευτηκότες, ἐκεῖνοι πάντα σαφῶς ἔγραψαν, ἵνα ἀνύποπτος ἡ τοῦ Χριστοῦ περὶ

Vers. 21. *Erit — fiet.* Si quis in Josephi scripta incidat, certior omnino de his efficietur. Siquidem cum etiam Judæus esset, affirmat de hujusmodi Dei ira, quod omnem excesserit calamitatem, omnemque supergressa sit tragœdiam. Nam præter tremendam illam obsidionem, tanta erat fames, ut ipsis quoque matribus pugna fuerit pro esu filiorum. Ob quam ergo causam, miserabiliorem ac horribiliorem passi sunt afflictionem omnibus quæ fuerunt a sæculo ? Quia magis exsecrandum ac horribilius perpetraverunt flagitium omnibus qui fuerunt a sæculo, Dei Filium occidentes. Lucas autem planius dicit : *Erit enim afflictio magna super terram, et ira in populo hoc, cadentique acie gladii, et captivi ducentur in omnes gentes, et Jerusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium* [48]. Iram quidem Dei dicens ; tempora vero gentium, ea quæ durabunt usque ad consummationem eorum, totiusque mundi.

Vers. 22. *Et nisi — dies illi.* Dies ait belli et obsidionis, dicens, quod nisi diminuti fuissent dies illi dispensatione divina, nequaquam salva fuisset, nequaquam mortem evitasset omnis caro, id est, nulla remansisset caro, Judaica videlicet. Omnes enim mortui fuissent homines, et qui intus, et qui extra erant : quidam fame, quidem vero peste aut gladio, omnibusque mortis generibus. Adversus omnes siquidem Judæos Romani furore accensi erant, etiam adversus eos qui ubique terrarum dispersi ferebantur (*k*). Electos autem vocat fideles, qui ex Judæis erant, propter quos citius quievit bellum, ne perirent una cum infidelibus ; sed potius increduli aliqui per hos servarentur, ne posset quispiam dicere quod propter eos qui crediderant, hæc a Deo immissa ultio supervenisset : sed qui relicti erant videntes omnes qui inter ipsos crediderant permansisse, intelligerent causam, ac certiores redderentur, quod non solum non perierant propter illos qui mortui erant, sed potius et ipsi propter eos servati erant.

Quod autem : *non omnis caro*, pro nulla caro, sumatur, manifestum est quoque a dicto Davidico quo dicitur : *Non dominetur mei omnis injustitia* [49], id est, nulla. Nam et hoc idioma est veteris Scripturæ.

Tu vero considera mihi divini Spiritus dispensationem, quo modo Joannes qui in vivis adhuc erat dum hæc facta sunt, et multo adhuc tempore post expugnationem vixit, nihil horum scripsit, ne quasi olim prædicta scribere videretur, quæ jam facta erant. Qui vero priusquam hæc fierent mortui sunt, manifeste omnia scripserunt, ut

[48] Luc. XXI, 23, 24. [49] Psal. CXVIII, 133.

Variæ lectiones et notæ.

(*k*) *Etiam -- ferebantur.* Et contra ubique dispersos ferebantur.

Digitized by Google

suspicione carere videretur Christi de his vaticinium. Postquam ergo hactenus ad plenum prædixit, quæ de captivitate Hierosolymorum futura erant, transit etiam ad reliquam quæstionem, puta de secundo adventu suo, et hujus signa prædicit, quæ Christianis futura sunt utilia.

† Decurtavit autem Deus afflictiones et omnino bellum : si enim bellum amplius durasset, omnes qui intus erant penitus fame periissent.

Vers. 23. *Tunc—nolite credere.* Dictio τότε, *tunc*, interdum non significat consequentiam prædictorum, sed initium tantum eorum quæ dicenda sunt : sicut etiam, *in diebus illis*, de quo disseruimus tertio capite. Et ita hoc in loco dictio *tunc*, ordinem temporis non significat, sed quando fient quæ dicenda sunt. Similiter et hæc ad apostolos dici videntur ; ad eos tamen dirigitur Christianos, qui tunc futuri erant.

Vers. 24. *Surgent — pseudoprophetæ. — Surgent*, hoc est, venient. Sunt autem pseudochristi, qui se Christum esse fingunt : pseudoprophetæ vero, qui se fingunt esse prophetas.

Vers. 24. *Et — prodigia.* Etiam ante expugnationem Hierosolymorum dixit futuros esse pseudoprophetas. *Multi enim*, inquit, *venient in nomine meo dicentes. Ego sum Christus* [30]. Et rursus : *Et multi pseudoprophetæ surgent.* Sed qui ante secundum suum adventum venient, hi longe graviores erunt illis, qui fuerunt ante captivitatem Hierosolymorum. Nam hi signa quoque magna ac prodigia facient : pseudochristi quidem, miracula edentes : pseudoprophetæ vero quædam futura prædicentes.

Vers. 24. *Ita ut — electi.* Si fieri potest, eis dicitur (*l*). Inter pseudochristos autem unus est Antichristus, postremus eorum venturus, cujus prophetæ qui dicuntur, hi sunt pseudoprophetæ : de quo etiam Paulus scripsit ; postquam enim vocavit eum hominem peccati, filiumque perditionis, addidit : *Cujus est adventus secundum operationem Satanæ in omni virtute et signis ac prodigiis falsi* [31]. Hi ergo signum sunt secundi adventus.

Vers. 25. *Ecce prædixi vobis.* Testatur quod manifeste prædicendo munierit. Apud Marcum vero ait : *Vos autem videte : ecce prædixi vobis omnia* [32], quæ videlicet contingent de seductoribus. Per apostolos vero hæc etiam dicit ad posteros, ut prius significatum est. Observa enim quod etiam ad apostolos prælixerit ea quæ de Hierosolymorum

A τούτων προφητεία φανῇ. Πληρώσας τοίνυν ἄχρι τούτου τὰ περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων, μέτεισι καὶ ἐπὶ τὸ λοιπὸν ἐρώτημα, τὸ περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, καὶ προλέγει τὰ σημεῖα ταύτης, χρήσιμα τοῖς Χριστιανοῖς ἐσόμενα.

†† Ἐκολόβωσε (26) δὲ ὁ Θεὸς τὰς θλίψεις καὶ τὸν πόλεμον. Εἰ γὰρ ἐκράτησεν ἐπὶ πλέον ὁ πόλεμος, πάντες ἂν οἱ ἔνδον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διεφθάρησαν.

Τότε — μὴ πιστεύσητε. Τὸ *τότε* ἔστιν ὅτε οὐκ ἀκολουθίαν δηλοῖ τῶν προειρημένων, ἀλλ' ἀρχὴν μόνον τῶν ῥηθῆναι μελλόντων, ὥσπερ καὶ τὸ, *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις*, περὶ οὗ διελάβομεν ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ. Καὶ νῦν οὖν τὸ *τότε* οὐ τάξιν καιροῦ σημαίνει, ἀλλ' ὅτι ὅτε γενήσονται τὰ ῥηθησόμενα. Δοκεῖ μὲν οὖν καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς ἀποστόλους λέγεσθαι· φέρονται δὲ πρὸς τοὺς ἐσομένους τότε Χριστιανούς.

Ἐγερθήσονται — ψευδοπροφῆται. Ἐγερθήσονται, ἀντὶ τοῦ, ἐλεύσονται. Καὶ ψευδόχριστοι μέν εἰσιν οἱ ὑποκρινόμενοι τὸν Χριστὸν, ψευδοπροφῆται δὲ οἱ ὑποκρινόμενοι τοὺς προφήτας.

Καὶ — τέρατα. Καὶ πρὸ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων εἶπεν ἔσεσθαι ψευδοχρίστους καὶ ψευδοπροφήτας. *Πολλοὶ* γάρ, φησὶν, *ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός.* Καὶ πάλιν· *Καὶ πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται.* Ἀλλ' οἱ πρὸ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, οὗτοι πολλῷ βαρύτεροι τῶν πρὸ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων. Οὗτοι γὰρ καὶ ποιήσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα· οἱ μὲν ψευδόχριστοι, θαυματοποιοῦντες, οἱ δὲ ψευδοπροφῆται, προλέγοντές τινα μέλλοντα.

Ὥστε — ἐκλεκτούς. Εἰ δυνατὸν αὐτοῖς γένηται. Τούτων τῶν ψευδοχρίστων εἷς ἐστι καὶ ὁ λεγόμενος Ἀντίχριστος, τελευταῖος τῶν ἄλλων ἐρχόμενος, οὗ προφῆται οἱ ῥηθέντες οὗτοι ψευδοπροφῆται. Περὶ τούτου καὶ Παῦλος ἔγραψε· καλέσας γὰρ (27) αὐτὸν ἄνθρωπον ἁμαρτίας, καὶ υἱὸν ἀπωλείας, ἐπήγαγεν, *Οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ, ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους.* Οὗτοι οὖν εἰσι τὸ σημεῖον τῆς δευτέρας παρουσίας.

Ἰδοὺ, προείρηκα ὑμῖν. Διαμαρτύρεται ἐξασφαλιζόμενος. Παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ φησιν, *Ὑμεῖς δὲ βλέπετε, ἰδοὺ προείρηκα πάντα*, δηλονότι, τὰ περὶ τῶν πλάνων. Διὰ δὲ τῶν ἀποστόλων, ὡς προδεδήλωται, πρὸς τοὺς ὕστερον ταῦτα λέγει. Παρατήρησον γάρ, ὅτι πρὸς τοὺς ἀποστόλους εἶπε καὶ τὰ περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τὰ περὶ

[30] Matth. xxiv, 5. [31] II Thess. ii, 3, 9. [32] Marc. xiii, 23.

Variæ lectiones et notæ.

(26) Hæc in neutro meorum comparent. Sumpta sunt ex Theophylact. p. 145 A.

(27) Γάρ, abest A.

(*l*) Henteniu: λέγεται videtur legisse loco γένηται, quod tamen minime probandum. Redde : *Si eis possibile sit.*

Digitized by Google

τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, ὡς πρὸς διδασκάλους τοῦ νέου λαοῦ, γινώσκων, ὅτι καὶ διδάξουσι ταῦτα, καὶ γράψουσι, πρός τε ἀπόδειξιν, ὧν προεφήτευσε περὶ τῆς ἁλώσεως, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πρὸ τῆς δευτέρας παρουσίας πιστῶν.

A captivitate dicta sunt, quæque de secundo suo adventu, tanquam ad præceptores novi populi : sciens quod etiam hæc docturi essent ac scripturi, et ad demonstrationem eorum quæ prophetavit de captivitate, et ad munitionem fidelium, qui futuri sunt ante secundum ejus adventum.

Ἐὰν οὖν — πιστεύσητε. Οἱ ταῦτα τηνικαῦτα λέγοντες προπομποὶ καὶ ὑπηρέται τοῦ Ἀντιχρίστου εἰσί. Ταμεῖα δὲ νόει νῦν τὰ τῶν οἰκιῶν ἐνδότατα.

Vers. 26. *Si ergo — credere.* Qui tunc hæc dicent, prænuntii erunt ac ministri Antichristi. Penetralia autem nunc intelligit loca in domibus magis recondita.

Ὥσπερ — ἀνθρώπου. Ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ, φησὶν, ἐξέρχεται, καὶ φαίνεται πᾶσιν, οὐ δεομένη κήρυκος, οὐδὲ προμηνύοντος, ἀλλὰ τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἰδίας λαμπρότητος ἐν ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ καιροῦ φαινομένη πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία ἐκείνου (28), διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς οἰκείας λαμπρότητος πᾶσιν ὁμοῦ φαινομένη, καὶ γινομένη τοῖς ἀνθρώποις αὐτάγγελος ἑαυτῆς. Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἡ πρώτη παρουσία μετὰ πτωχείας καὶ ἀδοξίας γέγονεν οὕτως ἔσται καὶ ἡ δευτέρα· ἀλλὰ τοὐναντίον αὕτη μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς γενήσεται, δορυφορούσης ἁπάσης οὐρανίου στρατιᾶς. Διὸ οὐδεὶς ἀγνοῆσαι ταύτην τότε (29) δυνήσεται.

Vers. 27. *Sicut — hominis.* Sicut, inquit, fulgur egreditur, et omnibus in conspicuo est, nullo egens præcone aut prænuntiante, sed excessivo suo splendore, minimo temporis momento, universo apparet orbi : ita quoque erit adventus ille, propter magnitudinem sui splendoris, omnibus simul apparens, et factus hominibus ipse sui nuntius. Neque enim quemadmodum primus adventus in paupertate et nominis obscuritate factus est, ita erit et secundus; sed e diverso hic cum potestate et gloria magna fiet, stipante omni cœlesti exercitu : ideo nullus hunc ignorare tunc poterit.

Ὅπου — ἀετοί. Τοῦτο εἶπε διὰ τὴν τηνικαῦτα δορυφορίαν. Καὶ ἀετοῖς μὲν τοὺς δορυφοροῦντας παρείκασεν, ὡς καὶ πτηνοὺς καὶ βασιλικούς· πτώματι δὲ ἑαυτὸν, ὡς συναγωγὸν τῶν τοιούτων ἀετῶν, καὶ ὡς τροφὴν πνευματικὴν αὐτῶν καὶ ζωὴν αἰώνιον. Σῶμα δὲ τὸ πτῶμα ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς.

Vers. 28. *Ubicunque — aquilæ.* Hoc dicit propter satellitium quo tunc circumdabitur. Et stipantes quidem assimilavit aquilis, tanquam alatos ac regios, seipsum vero cadaveri, tanquam congregantem hujusmodi aquilas, et quasi cibum spiritualem eorum, vitamque sempiternam. Lucas autem [53] pro *Cadavere* posuit *Corpus*, hoc est pro Πτῶμα, Σῶμα

Εὐθέως — οὐρανοῦ. Περὶ τούτων εἶπε καὶ ὁ Λουκᾶς, ὅτι *Καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις.* Ὅρα δὲ, πῶς εἴρηκεν, ὅτι *εὐθέως*, παριστῶν ὅτι ὁμοῦ σχεδὸν ἅπαντα τά τε προειρημένα, καὶ ταῦτα, καὶ τὰ ῥηθησόμενα γενήσονται. Συστελεῖ γὰρ καὶ τοῦτον τὸν πειρασμὸν ὁ Θεὸς διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ. Θλῖψιν μὲν οὖν λέγει τὴν ἀπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἀπατεώνων, ἥτις ἐκθλίψει (30) τοὺς εὐσεβεῖς. Ὁ ἥλιος δὲ σκοτισθήσεται, οὐκ ἀφανιζόμενος, ἀλλὰ νικώμενος τῷ φωτὶ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ· ἡ δὲ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ τὰ ἄστρα πεσοῦνται, ὡς μηκέτι χρείας οὔσης αὐτῶν. Οὐκέτι γὰρ ἔσται νύξ. Ὁ δὲ Λουκᾶς ἔγραψεν, ὅτι *Καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου, ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ·* συνοχὴν μὲν ἐθνῶν ὀνομάσας τὴν ταραχὴν, ἀπορίαν (31) δὲ τὴν νηνεμίαν· χωρὶς γὰρ ἀνέμων ἠχήσει παρὰ φύσιν ἡ θάλασσα καὶ ὁ σάλος αὐτῆς· ἀπόψυξιν δὲ τὸν (32) θάνατον.

Vers. 29. *Statim — cœlo.* De his dixit et Lucas : *Et erunt signa in sole, et luna, et stellis* [54]. Vide autem quomodo dixerit, *Statim*, demonstrans quod simul fere omnia, et quæ dicta sunt, et hæc et quæ dicentur, fient. Breviabit siquidem et hanc tentationem Deus propter electos suos. Afflictionem autem dicit eam quæ ab Antichristo movebitur ejusque seductoribus, et pios affliget. Sol vero obscurabitur : non e medio sublatus, sed Christi venientis luce superatus. Luna autem non dabit splendorem suum ; et stellæ cadent, tanquam nulli amplius usui futuræ. Nulla enim tunc erit nox. Lucas vero scripsit : *Et super terram anxietas gentium, per defluxum resonante mari ac fluctu : arescentibus hominibus præ timore et exspectatione, quæ supervenient orbi terrarum* [55]. Anxietatem gentium, appellavit turbationem : defluxum autem, tranquillitatem ventorum. Nam absque ventis resonabit præter naturam mare ac fluctus ejus. Arescentiam vero dicit mortem.

[53] Luc. XVII, 37. [54] Luc. XI, 25. [55] Luc. XXI, 25, 26.

Variæ lectiones et notæ.

(28) Ἐκείνη, A.

(29) Τότε, abest A.

(30) Hentenius videtur invenisse θλίψει. Ἐκθλιβῆναι impiis potius convenit, quam piis, qui elidentur e numero piorum.

(31) Dixi de hoc loco in editione N. Testamenti ad Luc. XXI, 25. Hentenius ad hunc locum ita habet : *Cum omnia, quæ hactenus viderim exemplaria, habeant* ἀπορίαν *apud Lucam, hoc est, desperatione aut consilii inopia, et sic jungi videntur præcedentibus : auctor hic legisse videtur* ἀποψύξει, *hoc est, defluxu, et jungit sequentibus.* Cum his compara, quæ habet Millius ad Lucam l. l.

(32) Recte ita. Nam *arescere* ex aliquo suæ ætatis

Digitized by Google

Vers. 29. *Et — commoventur.* Et cœlestes exercitus horrebunt videntes hujusmodi creaturæ mutationem: Deum in terram descendentem, homines autem universos qui ab initio fuerunt, a mortuis suscitari, ut rationem reddant cunctorum quæ in vita operati sunt.

Vers. 30. *Et — cœlo.* Signum ejus dicit crucem, quæ tunc longe clarius sole fulgebit: nam ille obscurabitur, hæc autem apparebit. Ob quam autem causam apparebit? Ut exterreat præcipue quidem Judæos, deinde etiam gentiles, qui Christo improperabant crucem, et ut sciant quod hic ipse tanquam Deus descendit.

Vers. 30. *Et tunc — terræ.* Tunc lugebit omne genus, infidelium videlicet. Illi quidem, quod Deum crucifixerint: illi autem, quod Christianos punierint: rursum isti, quod non crediderint. Neque enim alia est eis opus accusatione præter crucem. Tunc autem planctus erit eis inutilis.

Vers. 30 *Et videbunt — multa.* Præcedet quidem eum crux, tanquam justificatio adversus illos, qui eum crucifixerunt. Descendet autem in nubibus sicut assumptus est.

Vers. 31. *Et mittet — eorum.* Priusquam appareat crux, mittet illos: neque enim usus est ordine narrationis, sed simpliciter dicit quod futurum est. Per quatuor autem ventos quatuor orbis extremitates significavit, orientem, occidentem, septentrionem, et merididiem. Ab unaquaque enim extremitate proprius spirat ventus: et hi quatuor dicuntur proprie venti. Per extrema vero etiam media significavit. Quod autem dicit, *A summis cœlorum usque ad terminos eorum*, declarativum est ejus quod dixit: *A quatuor ventis*, significans idem importare terminos, *Ventos* et *Extrema*. Apud Marcum vero ait: *Ab extremo terræ, usque ad extremum cœli* [96], docens eadem esse extrema terræ et cœli. Et nota quod tuba mortuos excitabit; excitatos autem congregabunt angeli; congregatos vero rapient nubes, sicut dixit Paulus, *in occursum Domini in aera* [97]. Quod autem etiam peccatores congregabunt angeli, docuit Christus interpretatus quartam parabolam vicesimi quarti capitis. Dixit enim: *Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia offendicula, et eos qui operantur iniquitatem* [98]. Quære ergo ibi declarationem.

Vers. 32. *A — parabolam.* Parabolam vocat exemplum quod dicturus est ad demonstrandum, quod non sit magnum discrimen inter hoc signum significativum secundi adventus et ipsum adventum.

A *Καὶ — σαλευθήσονται.* Καὶ αἱ οὐράνιαι στρατιαὶ φρίξουσι, βλέπουσαι τὴν τοιαύτην τῆς κτίσεως μεταβολὴν, καὶ τὸν μὲν Θεὸν εἰς γῆν κατερχόμενον, τοὺς δὲ ἀπ' αἰῶνος ἀνθρώπους ἐκ νεκρῶν ἀνισταμένους, καὶ μέλλοντας λόγους ὑποσχεῖν τῶν βεβιωμένων.

Καὶ — οὐρανῷ. Σημεῖον αὐτοῦ λέγει τὸν σταυρὸν, λάμποντα τότε τοῦ ἡλίου πολλῷ φαιδρότερον. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ σκοτισθήσεται· οὗτος δὲ φανήσεται. Τίνος δὲ ἕνεκεν ὀφθήσεται; Ἵνα ταράξῃ προηγουμένως μὲν τοὺς Ἰουδαίους, εἶτα καὶ τοὺς Ἕλληνας, ὅσοι τῷ Χριστῷ τὸν σταυρὸν ὠνείδιζον, καὶ ἵνα γνῶσιν, ὅτι αὐτὸς οὗτος κάτεισι Θεὸς ὤν.

Καὶ τότε — γῆς. Τότε θρηνήσει πᾶν γένος, δηλαδὴ τῶν ἀπίστων· οἱ μὲν, ὅτι ἐσταύρωσαν τὸν B Θεόν· οἱ δὲ, ὅτι τοὺς Χριστιανοὺς ἐτιμώρησαν· οἱ δὲ, ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν. Οὐ χρεία γὰρ αὐτοῖς ἑτέρας κατηγορίας παρὰ τὸν σταυρόν. Ἀνόνητος δὲ αὐτοῖς ὁ τηνικαῦτα κλαυθμός.

Καὶ ὄψονται — πολλῆς. Προοδεύει μὲν αὐτοῦ ὁ σταυρὸς, ὡς δικαίωμα κατὰ τῶν σταυρωσάντων αὐτόν· ἐπὶ νεφελῶν δὲ κάτεισιν, ὡς ἀνελήφθη.

Καὶ ἀποστελεῖ — αὐτῶν. Πρὸ τοῦ φανῆναι τὸν σταυρὸν, ἀποστελεῖ τούτους. Οὐκ ἐχρήσατο γὰρ τάξει ἀπαγγελίας, ἀλλ' ἁπλῶς λέγει τὰ γενησόμενα. Διὰ δὲ τῶν τεσσάρων ἀνέμων τὰ τέσσαρα πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐδήλωσεν, ἀνατολὴν, δύσιν, ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν. Ἐξ ἑκάστου γὰρ πέρατος ἄνεμος ἴδιος πνεῖ, καὶ οὗτοι οἱ τέσσαρές εἰσιν, οἱ κυρίως C ἄνεμοι. Διὰ δὲ τῶν περάτων καὶ τὰ μέσα συμπαρεδήλωσε. Τὸ δὲ *Ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν*, ἑρμηνευτικόν ἐστι τοῦ *Ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων*, σημαῖνον ὅτι τὰ ἄκρα ἐμφαίνουσιν. *Ἄκρα* δὲ τὰ ῥηθέντα πέρατα. Παρὰ Μάρκῳ δέ φησιν *Ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ*· διδάσκων ὅτι τὰ αὐτά εἰσιν ἄκρα γῆς καὶ οὐρανοῦ. Σκόπει δὲ ὅτι ἡ μὲν σάλπιγξ ἀναστήσει τοὺς νεκρούς· ἀναστάντας δὲ ἐπισυνάξουσιν οἱ ἄγγελοι· ἐπισυναγέντας (33) δὲ ἁρπάσουσιν αἱ νεφέλαι, καθὼς εἶπε Παῦλος *Εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα.* Ὅτι δὲ καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἄγγελοι συλλέγουσιν, ἐδίδαξεν ὁ Χριστὸς, ἑρμηνεύων τὴν τετάρτην παραβολὴν τοῦ εἰκοστοῦ τετάρτου κεφαλαίου. Εἴρηκε γὰρ, D ὅτι *Ἀποστελεῖ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἀπὸ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν.* Καὶ ζήτει κἀκεῖ τὴν ἐξήγησιν.

Ἀπὸ — παραβολήν. Παραβολὴν φησι τὸ παράδειγμα, ὃ μέλλει ἐρεῖν, πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ πολὺ εἶναι τὸ διάστημα τὸ μεταξὺ τοῦ τε δηλωθέντος σημείου (34) τῆς δευτέρας παρουσίας καὶ αὐτῆς δὴ ταύτης.

[96] Marc. xiii, 27. [97] I Thess. iv, 17. [98] Matth. xiii, 41.

Variæ lectiones et notæ.

Schrevelio hausit Vulgatus. Ἀποψύχειν est exspirare, mori. Ita Thucyd. lib. i, cap. 134; ἀπέψυξε βίον. Sophocl. in *Ajace*, p. 59.

(33) Forte, συναχθέντας. Nam illud videtur exemplo carere.

(34) Καὶ, interponit A.

Digitized by Google

Ὅταν — ἐπὶ θύραις. Παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ σαφέ- A στερον εἴρηκεν, ὅτι Ἀρχομένων τούτων γίνεσθαι, δηλαδὴ τῶν κατὰ τοὺς ψευδοχρίστους καὶ ψευδοπροφήτας, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. Εἶτά φησι· Καὶ εἶπε παραβολὴν αὐτοῖς· Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα, ὅταν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε, ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, γινώσκετε, ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Ὅταν ἴδητε, φησί, ταῦτα γινόμενα, δηλονότι τὰ κατὰ τοὺς δηλωθέντας πλάνους, γνῶτε, ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ δευτέρα παρουσία τοῦ Χριστοῦ· ταύτην γὰρ λέγει νῦν καὶ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀπολύτρωσιν τῶν δικαίων. B βασιλείαν μὲν, διότι ὡς βασιλεὺς παραγίνεται· ἀπολύτρωσιν δὲ αὐτῶν, διότι σώζει αὐτούς. Ἔλαβε δὲ ἀπὸ τῆς συκῆς τὸ παράδειγμα, δεικνύων, ὅτι, ὥσπερ ὅταν αὕτη προβάλῃ, τουτέστιν ὅταν ἐκφύσῃ τὰ φύλλα, ἀνάγκη πλησίον εἶναι τὸν καιρὸν τοῦ θέρους· οὕτω καὶ ὅταν τὸ σημεῖον τῆς δευτέρας παρουσίας γένηται, ἀνάγκη πλησίον εἶναι καὶ ταύτην. Εἴωθε γὰρ φυσικὰ παραδείγματα λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ὄντως γενησομένων.

Ἀμὴν — γένηται. Πάντα ταῦτα, ὅσα προεῖπε, δηλαδὴ περί τε τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ περὶ τῶν ἐγγὺς τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας ἄχρις αὐτῆς. Πῶς οὖν εἶπεν, ὅτι Ἡ γενεὰ αὕτη; Γενεὰν ἐκάλεσε τὴν θρησκείαν τῶν πιστευσάντων αὐτῷ. Ἵνα γὰρ μὴ ὑπολάβωσιν οἱ ἀπόστολοι ὅτι C τὰ ῥηθέντα δεινὰ πρόῤῥιζον ἐξαφανίσουσι τὸ κήρυγμα καὶ τοὺς πιστούς, πληροφορεῖ τούτους, ὅτι οὐ μὴ ἀφανισθῇ ἡ θρησκεία τῶν πιστῶν ἕως τῆς δευτέρας παρουσίας, ἀλλὰ διαμενεῖ μέχρι συντελείας τοῦ κόσμου, μηδενὶ διακοπτομένη. Περὶ τούτου δὲ καὶ πρότερον διαφόρως αὐτοῖς προεῖπε καὶ διεβεβαιώσατο, ἀλλ' ὡς ἔτι εὐεπιλήστους ἔτι ἐξασφαλίζεται.

Ὁ — παρέλθωσιν. Ἀξιόπιστα κατασκευάζων, ἅπερ εἶπε, φησὶν, ὅτι Τὰ πεπηγότα ταῦτα καὶ ἀκίνητα μᾶλλον ἀφανισθήσονται ἢ οἱ λόγοι μου διαπεσοῦνται, οὓς εἶπον, περὶ ὧν ἠρωτήσατε. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς διαβεβαιώσεως ἐχρήσατο, εἰπών· Εὐκοπώτερόν ἐστι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν.

ΚΕΦ. ΝΗ'. Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας.

Περὶ — οὐρανῶν. Τὰ μὲν ἄλλα πάντα προεῖπεν αὐτοῖς, ὅσα συνέφερεν εἰδέναι· μόνην δὲ τὴν ἡμέραν καὶ ὥραν τῆς τοῦ κόσμου συντελείας ἀπέκρυψεν οἰκονομικῶς, ἵνα ἀγνοοῦντες αὐτὰ; οἱ τότε νήφωσι καὶ προσέχωσι καὶ προσδοκῶσιν ἀεί. Καὶ γὰρ, εἰ

Vers. 32. *Cum* — Vers. 33. *in foribus.* Apud Lucam autem manifestius dixit : *His autem fieri incipientibus*, puta quæ de pseudochristis et pseudoprophetis dixi, *suspicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra* [60]. Deinde ait : *Et dixit illis similitudinem : Videte ficulneam et omnes arbores, cum protrudunt jam gemmas, cernentes ex vobisipsis scitis quod jam prope sit æstas: sic et vos cum videritis hæc fieri, scitote quod instet regnum Dei* [61]. Cum videritis, inquit, hæc fieri, quæ videlicet dicta sunt de manifestatis seductoribus, scitote quod prope sit secundus Christi adventus; hunc enim dicit nunc regnum Dei ac redemptionem justorum : regnum quidem, quia tanquam rex appropinquat ; redemptionem vero eorum, quia servat eos. Sumpsit autem a ficu exemplum, ostendens quod sicut quando hæc protruserit jam gemmas, sive cum enata fuerint folia, necesse est ut instet tempus æstatis : ita etiam quando signum secundi adventus factum fuerit, necesse est ipsum in proximo esse. Solet siquidem naturalia sumere exempla, ad ea quæ vere ventura sunt.

Vers. 34. *Amen — fiant.* Omnia ista, quæ videlicet prædixit de captivitate Hierosolymorum, et de his quæ circa secundum suum adventum erunt usque ad ipsum. Quomodo ergo dixit *Generatio hæc ?* Generationem vocavit religionem ipsorum qui crediderant. Ne enim suspicarentur apostoli, quod prædicta pericula penitus delerent prædicationem ac fideles, certiores eos facit, quod non sit delenda religio fidelium usque ad secundum adventum, sed usque ad consummationem sæculi permansura, nec ullo periculo intercidenda. De hoc autem etiam prius diversimode eis prædixit et confirmavit : sed quia tunc facile a corde excidebant (*m*), amplius adhuc facit certiores.

Vers. 35. *Cælum — præteribunt.* Fide digna astruens esse ea quæ dixit, ait : Hæc adeo compacta et immobilia potius demolientur, quam excidant sermones mei, quos de his quæ interrogastis respondi. Alibi quoque hoc confirmationis modo D usus est dicens : *Facilius est cælum et terram præterire, quam a lege unum iota excidere* [62].

CAP. XVIII. *De die et hora.*

Vers. 36. *De — cælorum.* Cætera quidem omnia prædixit eis, quæ scire proderat : solum autem diem et horam consummationis sæculi dispensatorie occultavit, ut qui tunc vivebant, hæc ignorantes vigilarent, et animum adhiberent, sem-

[60] Luc. xxi, 28. [61] Ibid. 29-31. [62] Luc. xvi, 17.

Variæ lectiones et notæ.

(*m*) Pro priori ἔτι videtur invenisse τότε. Deinde *facile a corde excidebant*, non est in Græco. Nam εὐεπίληστος ab ἐπιλανθάνω, *qui rerum facile obliviscitur*. Redde ergo, *sed ut adhuc obliviosos etiam certos reddit.*

Digitized by Google

perque exspectarent. Et vide quomodo mirabiliter repulerit vehementem eorum discendi cupiditatem de die illo et hora; ne enim super his amplius turbarentur, ait: Ne angeli quidem cœlorum de his norunt quando ventura sunt; ac si diceret: Si angeli cœlestes hæc ignorant, multo magis homines terrenos ea scire non expedit.

Vers. 36. *Nisi — solus.* Dictio *solus* in ordine ad creaturas intelligitur, non ad Filium. Si enim omnia quæ habet Pater, Filii sunt, sicut dixit Filius[65], inter omnia autem est unum, scire diem et horam, Filii procul dubio etiam hoc erit. Apud Marcum vero scriptum est: *Neque Filius, nisi Pater*[66]. Et quidam intelligunt, quod neque Filius novit diem illum et horam ut homo; nam ut Deus novit æqualiter cum Patre. Aptius est autem ut ita dicatur: Neque Filius scit, nisi Pater videlicet sciat; quia vero scit Pater, scit utique et Filius: *Ego enim*, inquit, *et Pater unum sumus*[67]. Considera vero quomodo apud Matthæum quidem ponitur *solus*, sed nulla fit mentio Filii, ne etiam ad eum referatur. Apud Marcum autem non habetur *solus*, sed fit mentio Filii, ut intelligatur sicut diximus.

Vers. 37. *Sed sicut — hominis.* Exemplo manifestat quod repente erit et inexspectatus.

Vers. 38. *Sicut* — Vers. 39. *hominis.* Declarando exemplum docuit, quod multis versantibus in deliciis ac securitate veniet. Hoc autem et Paulus scribens in hunc modum, ait: *Cum dixerint, Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus*[68]. Verum si tunc in deliciis erunt, quomodo dixit: *Post afflictionem illorum dierum?* Afflictio quidem erit colentium Deum ac justorum, deliciæ vero malorum et insensatorum. Aptum autem posuit exemplum. Sicut enim tempore Noe videntes arcam fabricari, quæ venturam ac propinquam eorum subversionem prænuntiabat, non sentiebant: ita quoque hi videntes Antichristum sedulo laborantem (*n*), et consummationis signa, sine sollicitudine permanebunt. Observa etiam quomodo particulariter omnia prædicit quæ usque ad adventum suum ventura sunt, ostendens quod diem quoque illum et horam noverit, sed dispensatorie, ut dictum est, illum conticuerit. Quære autem secundo libello Gregorii Theologi *de Filio*, caput decimum, et gratissimam invenies solutionem.

Vers. 40. *Tunc* — Vers. 41. *relinquetur.* Per eos

προείπε καὶ ταύτας, ἐμέλλον ἀναπίπτειν καὶ ῥᾳθυμεῖν καὶ ἀφροντιστεῖν ἄχρις αὐτῶν. Καὶ ὅρα, πῶς θαυμασίως διεκρούσατο τὴν περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας φιλομάθειαν αὐτῶν. Ἵνα γὰρ μηκέτι περὶ τούτων ἐνοχλῶσι, φησὶν, ὅτι οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν οἴδασι περὶ αὐτῶν, πότε ἥξουσιν, ὡσανεὶ λέγων, ὅτι Ἐὰν οἱ ἄγγελοι οἱ οὐράνιοι ταύτας ἀγνοῶσι, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους τοὺς γηΐνους οὐ χρὴ ταύτας γινώσκειν.

Εἰ μὴ — μόνος. Τὸ *μόνος* πρὸς τοὺς κτιστοὺς νοεῖται, καὶ οὐ πρὸς τὸν (35) Υἱόν. Εἰ γὰρ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν, ὡς ὁ Υἱὸς εἶπεν· ἐν δὲ τῶν πάντων καὶ τὸ εἰδέναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ὥραν· τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦτο πάντως. Παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ γέγραπται ὅτι *Οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.* Καί τινες μὲν νοοῦσιν ὅτι οὐδὲ ὁ Υἱὸς οἶδε τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ὥραν, ὡς ἄνθρωπος· ὡς γὰρ Θεὸς οἶδεν ἐπίσης τῷ Πατρί· τὸ δὲ γλαφυρώτερόν ἐστιν οὕτως, ὅτι Οὐδὲ ὁ Υἱὸς γινώσκει, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ γινώσκει· ἐπεὶ δὲ γινώσκει ὁ Πατὴρ, γινώσκει ἄρα καὶ ὁ Υἱός. Ἐγὼ γάρ, φησὶ, *καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν.* Σπόπει δὲ πῶς; παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ κεῖται μὲν τὸ *μόνος*, οὐ μνημονεύεται δὲ ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναφέρηται· παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ τὸ μὲν *μόνος* οὐ κεῖται, μνημονεύεται δὲ ὁ Υἱὸς, ἵνα νοηθείη, καθὼς εἰρήκαμεν.

Ὥσπερ δὲ — ἀνθρώπου. Τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον αὐτῆς διὰ τοῦ παραδείγματος ἐμφαίνει.

Ὥσπερ — ἀνθρώπου. Τὸ παράδειγμα σαφηνίζων, ἐδίδαξεν ὅτι καὶ τῶν πολλῶν τρυφώντων καὶ ἀμεριμνώντων ἐλεύσεται. Τοῦτο δὲ καὶ Παῦλος γράφων οὕτω φησίν· *Ὅταν λέγωσιν, Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος.* Ἐκγαμίζειν δέ ἐστι τὸ τὴν θυγατέρα συζευγνύειν ἀνδρί. Καὶ εἰ τρυφὴ ἔσται τότε, πῶς εἶπεν ὅτι *Μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων*; Θλῖψις μὲν ἔσται τῶν εὐσεβῶν καὶ δικαίων, τρυφὴ δὲ τῶν πονηρῶν καὶ ἀναισθήτων. Ἁρμόζον δὲ τέθεικε παράδειγμα. Καθάπερ γὰρ οἱ ἐπὶ τοῦ Νῶε τὴν κιβωτὸν ὁρῶντες κατασκευαζομένην, κα (36) τὴν ὅσον οὔπω καταστροφὴν αὐτῶν προμηνύουσαν, οὐκ ᾐσθάνοντο· οὕτω καὶ οὗτοι, τὸν Ἀντίχριστον βλέποντες ἐνεργοῦντα, καὶ τὰ σημεῖα τῆς συντελείας, ἀφροντίστως διακείσονται. Παρατήρει δὲ πῶς πάντα προλέγει λεπτομερῶς τὰ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ἐμφαίνων ὅτι καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ τὴν ὥραν οἶδεν, ἀλλ' οἰκονομικῶς· αὐτὰς, ὡς εἴρηται, παρασιωπᾷ. Ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ τοῦ Θεολόγου τὸ δέκατον κεφάλαιον, καὶ χαριεστάτην εὑρήσεις λύσιν.

Τότε — ἀφίεται. Διὰ μὲν τῶν ὄντων ἐν τῷ ἀγρῷ

[65] Joan. XVI, 15. [66] Marc. XIII, 32. [67] Joan. X, 30. [68] I Thess. V, 3.

Variæ lectiones et notæ.

(35) Οὐ περὶ τόν, B.
(36) Καί, delendum, quod nec Hentenius agnoscit.

(*n*) *Sedulo laborantem.* Malim, *malefficacem.*

Digitized by Google

β'. *Περὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου.* (I, 29.) *Μθ. η'. Λου. θ'.*
γ'. *Περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων.* (I, 32.) *Μθ. θ'. Λου. ι'.*
δ'. *Περὶ τοῦ λεπροῦ* (I, 40.) *Μθ. ς'. Λου. ιβ'.*
ε'. *Περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.* (II, 3.) *Μθ. ιγ'. Λου. ιγ'. Ἰω. ζ'.*
ς'. *Περὶ Λευὶ τοῦ τελώνου.* (II, 14.) *Μθ. ιδ'. Λου. ιδ'.*
ζ'. *Περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος τὴν χεῖρα.* (III, 1.) *Μθ. κα'. Λου. ιε'.*
η'. *Περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν δώδεκα.* (III, 13.) *Μθ. ιθ'. Λου. ις'.*
θ'. *Περὶ τοῦ σπόρου παραβολή.* (IV, 2.) *Μθ. κδ'. Λου. κβ' καὶ μθ'.*
ι'. *Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων.* (IV, 35.) *Μθ. ια'. Λου. κγ'.*
ια'. *Περὶ τοῦ λεγεῶνος* (V, 1.) *Μθ. ιβ'. Λου. κδ'.*

A

ιβ'. *Περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου* (V, 21.) *Μθ. ιε'. Λου. κε'.*
ιγ'. *Περὶ τῆς αἱμορροούσης.* (V, 25.) *Μθ. ις'. Λου. κς'.*
ιδ'. *Περὶ τῆς ἀποστολῆς τῶν δώδεκα.* (VI, 6.) *Μθ. ιθ'. Λου. κζ'.*
ιε'. *Περὶ Ἰωάννου καὶ Ἡρώδου.* (VI, 14.) *Μθ. κε'.*
ις'. *Περὶ τῶν πέντε ἄρτων καὶ τῶν δύο ἰχθύων.* (VI, 34.) *Μθ. κς'. Λου. κη'. Ἰω. η'.*
ιζ'. *Περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου.* (VI, 47.) *Μθ. κζ'. Ἰω. θ'.*
ιη'. *Περὶ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ.* (VII, 1.) *Μθ. κη'.*

B

ιθ'. *Περὶ τῆς φοινικίσσης.* (VII, 24.) *Μθ. κθ'.*
κ'. *Περὶ τοῦ μογιλάλου.* (VII, 31.)
κα'. *Περὶ τῶν ἑπτὰ ἄρτων.* (VIII, 1.) *Μθ. λα'.*
κβ'. *Περὶ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων.* (VIII, 14.) *Μθ. λβ'. Λου. μδ'.*

EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

CAPITA EVANGELII MARCI.

1. *De dæmoniaco.*
2. *De socru Petri.*
3. *De curatis a variis morbis.*
4. *De leproso.*
5. *De paralytico.*
6. *De Levi publicano.*
7. *De habente manum aridam.*
8. *De apostolorum electione.*
9. *De semine parabola.*
10. *De increpatione maris.*
11. *De legione.*

C

12. *De filia archisynagogi.*
13. *De muliere sanguinis profluvio laborante.*
14. *De apostolorum ordinatione.*
15. *De Joanne et Herode.*
16. *De quinque panibus et duobus piscibus.*
17. *De ambulatione in mari.*
18. *De transgressione præcepti Dei.*
19. *De Phœnicissa.*
20. *De balbo.*
21. *De septem panibus.*
22. *De fermento Pharisæorum.*

Digitized by Google

κγ'. *Περὶ τοῦ τυφλοῦ.* (VIII, 22.)

κδ'. *Περὶ τῆς ἐν Καισαρείᾳ ἐπερωτήσεως.* (VIII, 27.) *Μθ. λγ'. Λου. κθ'.*

κε'. *Περὶ τῆς μεταμορφώσεως.* (IX, 2.) *Μθ. λδ'. Λου. λ'.*

κς'. *Περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.* (IX, 14.) *Μθ. λε'. Λου. λα'.*

κζ'. *Περὶ τῶν διαλογιζομένων, τίς μείζων.* (IX, 33.) *Μθ. λζ'. Λου. λβ'.*

κη'. *Περὶ τῶν ἐπερωτησάντων, εἰ ἔξεστιν ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα.* (X, 1.) *Μθ. μ'.*

κθ'. *Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν.* (X, 17.) *Μθ. μα'. Λου, ξγ'.*

λ'. *Περὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου* (X, 35.) *Μθ. μγ'.*

λα'. *Περὶ Βαρτιμαίου.* (X, 46.) *Μθ. μδ'. Λου. ξδ'.*

λβ'. *Περὶ τοῦ πώλου.* (XI, 1.) *Μθ. με'. Λου. ξη' Ἰω. ιδ'.*

λγ'. *Περὶ τῆς ξηρανθείσης συκῆς* (XI, 12.) *Μθ. μζ'.*

λδ'. *Περὶ ἀμνησικακίας.* (XI, 25.)

λε'. *Περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν Κύριον ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων.* (XI, 27.) *Μθ. μη'. Λου. κθ'.*

λς'. *Περὶ τοῦ ἀμπελῶνος.* (XII, 1.) *Μθ. ν'. Λου. σ'.*

A λζ'. *Περὶ τῶν ἐπερωτησάντων διὰ τὸν κῆνσον.* (XII, 13.) *Μθ. νβ'. Λου. οα'.*

λη'. *Περὶ τῶν Σαδδουκαίων.* (XIII, 18.) *Μθ'. νγ'. Λου. οβ'.*

λθ'. *Περὶ τοῦ Γραμματέως.* (XII, 28.) *Μθ'. νθ'. Λου. λε'.*

μ'. *Περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐπερωτήσεως.* (XII, 35.) *Μθ. νε'. Λου. οη'.*

μα'. *Περὶ τῆς τὰ δύο λεπτὰ βαλούσης.* (XII, 41.) *Λου. οθ'.*

μβ'. *Περὶ συντελείας.* (XIII, 3.) *Μθ. νζ'. Λου. ος'.*

μγ'. *Περὶ τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας.* (XIII, 32.) *Μθ. νη'.*

μδ'. *Περὶ τῆς ἀλειψάσης τὸν Κύριον μύρῳ* (XIV, 3.) *Μθ. ξβ'. Λου. κα'. Ἰω. ιβ'.* B

με'. *Περὶ τοῦ Πάσχα.* (XIV, 12.) *Μθ. ξγ'. Λου. ος'.*

μς'. *Περὶ τῆς παραδόσεως προφητεία.* (XIV, 17.) *Μθ'. ξδ'.*

μζ'. *Περὶ τῆς ἀρνήσεως.* (XIV, 66.) *Μθ. ξς'. Λου. οη'.*

μη'. *Περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου.* (XV, 42.) *Μθ. ξη'. Λου. κβ'. Ἰω. ιη'.*

23. *De cæco.*

24. *De interrogatione in Cæsarea.*

25. *De transformatione Domini.*

26. *De lunatico habente spiritum mutum.*

27. *De disputantibus, quis esset major.*

28. *De his qui interrogabant Dominum: An liceret eum uxore divortium facere.*

29. *De divite qui Dominum interrogabat.*

30. *De filiis Zebedæi.*

31. *De Bartimæo.*

32. *De pullo.*

33. *De ficu quæ exaruit.*

34. *De oblivione injuriarum.*

35. *De interrogantibus Dominum, In qua potestate hæc facis?*

36. *De vinea.*

37. *De his qui interrogabant occasione census.* C

38. *De Sadducæis.*

39. *De scriba.*

40. *De interrogatione Domini.*

41. *De vidua quæ duo minuta obtulit.*

42. *De consummatione.*

43. *De die illo et hora.*

44. *De ea quæ unxit Dominum unguento.*

45. *De Pascha.*

46. *De proditione prophetica.*

47. *De negatione Petri.*

48. *De petitione corporis Christi.*

INTERPRETATIO EVANGELII MARCI.

Marcus filius fuit Mariæ, quæ in domo sua benigne apostolos excipiebat. Vocabatur autem et Joannes, quemadmodum in Actis apostolorum invenimus: *Petrus*, inquit, *recognita venit ad domum matris Joannis, qui cognominabatur Marcus, ubi erant multi congregati et orantes* [1]. Et circa principia quidem conjunctus est Barnabæ avunculo suo et Paulo, sicuti liber Actorum testatur [2], et Paulus in Epistolis mentionem ejus faciens, ut in Epistola ad Colossenses [3], et in secunda ad Timotheum [4].

D ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ.

Μάρκος ὁ εὐαγγελιστής, υἱὸς μὲν γέγονε Μαρίας, τῆς δεξιωσαμένης ἐν τῇ ἑαυτῆς οἰκίᾳ τοὺς ἀποστόλους· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἰωάννης, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων εὑρίσκομεν. Συνιδὼν γάρ, φησὶν, ὁ Πέτρος ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τῆς μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι. Καὶ καταρχὰς μὲν συνείπετο Βαρνάβᾳ, τῷ θείῳ αὐτοῦ, καὶ Παύλῳ, καθὼς ἥ τε βίβλος τῶν Πράξεων παριστᾷ, καὶ Παῦλος, ἐν Ἐπιστολαῖς μνήμην αὐτοῦ

[1] Act. XII, 12. [2] Act. XII, 25; XV, 37, 39. [3] Coloss. IV, 10. [4] II Tim. IV, 11.

Variæ lectiones et notæ.

(1) Ὁ omittit B. Idem mox, post οἰκίαν, insertum habet Μαρίας.

Digitized by Google

ποιούμενος, τῇ τε πρὸς Κολασσαεῖς καὶ τῇ πρὸς Τιμόθεον δευτέρᾳ· εἶτα τῷ Πέτρῳ συνῆν ἐν Ῥώμῃ, ὡς ἡ πρώτη αὐτοῦ Ἐπιστολὴ δείκνυσιν, ἐν ᾗ καὶ υἱὸν αὐτοῦ κατὰ πνεῦμα τὸν Μάρκον οὗτος ὠνόμασε, παρ' οὗ καὶ ὅλον τὸν τοῦ Εὐαγγελίου λόγον ὁ Μάρκος μεμάθηκεν (2). Ἔπειτα συνεγράψατο τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς μὲν ἱστορεῖ καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεύς, ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, κατὰ δὲ τὸν Χρυσόστομον (5), ἐν Αἰγύπτῳ, παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκεῖ πιστῶν, μετὰ ἔτη δέκα τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναλήψεως. Συμφωνεῖ δὲ τῷ Ματθαίῳ λίαν, πλὴν ὅσον ἐκεῖνός ἐστι πλατύτερος. Χρὴ δὴ καθόλου γινώσκειν, ὡς οἱ εὐαγγελισταὶ ποτὲ μὲν κατὰ τάξιν ἀπαγγέλλουσι τὰς διδασκαλίας καὶ τὰ θαύματα τοῦ Χριστοῦ, νόμῳ ἱστορίας· ποτὲ δὲ, οὐ τηροῦσι τάξιν, σπεύδοντες μόνον εἰς τὸ ἀπαγγέλλειν αὐτά.

A Deinde cum Petro Romæ conversatus est, quemadmodum prior ejus Epistola demonstrat, qua etiam hic filium suum juxta spiritum Marcum appellavit [5] : a quo insuper totum Evangelii sermonem Marcus didicit, et postmodum Evangelium conscripsit, secundum Clementem Stromaticum, hoc est, qui varia in unum contexuit, in ipsa Roma : juxta Chrysostomum autem in Ægypto, rogatus a fratribus qui ibidem morabantur, post decimum a Salvatoris Assumptione annum. Plurimum autem cum Matthæo consentit, nisi quod latius ille cuncta describit. Ubique autem scire oportet, quod evangelistæ interdum quidem Christi doctrinam ac miracula ordine describunt in modum historiæ, quandoque vero ordinem non servant : id solum studentes, ut, quod dictum aut factum est, annuntient.

Ἀρχὴ τοῦ — τοῖς προφήταις. Εὐαγγέλιον νῦν ὁ Μάρκος, τὴν Καινὴν Διαθήκην, τὴν νέαν νομοθεσίαν τοῦ Χριστοῦ κέκληκε. Διατὶ δὲ οὕτως αὐτὴν ὠνόμασεν, εἴρηται ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, ἔνθα περὶ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν Εὐαγγελίων προδιείληπται. Φησὶ δὲ ὁ παρὼν εὐαγγελιστής, ὅτι ἀρχὴ τῆς νέας (4) νομοθεσίας Χριστοῦ οὕτω γέγονεν, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις· λέγει δὲ Μαλαχίαν καὶ Ἡσαΐαν. Εἶτα τίθησι καὶ τὰ ῥητὰ τῶν προφητῶν, ἵνα μάθῃς, ὅτι τοιαύτη ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου γέγονεν, οἵαν ταῦτά φασιν. Ταῦτα δέ φασιν, ἀρχὴν αὐτοῦ γενήσεσθαι τὸν Ἰωάννην, ὡς ἀναπτυσσόμενα δείξουσιν. Ἐπεὶ γὰρ πάντες οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, ἔδει τοῦτον, τέλος ὄντα τῆς Παλαιᾶς, ἀρχὴν γενέσθαι τῆς Νέας. Ἀλλὰ διαιρετέον ἰδίᾳ τῶν δύο προφητῶν τὰ ῥητά.

CAP. I. Vers 1. *Initium* — Vers. 2. *prophetis.* Evangelium nunc Marcus appellavit Novum Testamentum, novam Christi legislationem. Cur autem ita nominaverit, dictum est in Proœmio enarrationis Evangelii juxta Matthæum, ubi de evangeliorum inscriptione tractatum est. Ait ergo præsens evangelista, quod principium novæ Christi legislationis ita fuit, sicut in prophetis scriptum est : dicit autem Isaiam et Malachiam. Deinde ea quoque ponit, quæ a prophetis dicta sunt, ut videas tale fuisse Evangelii principium, quale dicunt prophetæ. Aiunt autem hi Joannem fuisse principium, veluti dicta eorum explicata demonstrabunt. Quia enim *omnes prophetæ et lex usque ad Joannem prophetaverunt*, juxta Domini verbum [6], oportebat hunc, qui finis erat Veteris Testamenti, Novi quoque esse principium. Verum distinguenda sunt propria duorum prophetarum oracula.

Ἰδοὺ, ἐγὼ — ἔμπροσθέν σου. Μαλαχίου μὲν τὸ ῥητόν· εἴρηται δὲ περὶ τούτου σαφῶς ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ εἰκοστοῦ κεφαλαίου τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου. Καὶ περιττὸν τὰ αὐτὰ πάλιν εἰς μέσον ἄγειν.

Vers. 2. *Ecce ego — coram te.* Malachiæ vaticinium est. De hoc autem manifeste dictum est vicesimo capite Evangelii juxta Matthæum, unde superfluum esset eadem rursum in medium adducere.

Φωνὴ — τρίβους αὐτοῦ. [Ἑτοιμάζει (5) μὲν τὴν ὁδὸν Κυρίου, ὁ τὴν ἀρετὴν ἐργαζόμενος· οὐκ εὐθείας δὲ ποιεῖ τὰς τρίβους αὐτοῦ, ὁ μὴ πρὸς εὐαρέστησιν Θεοῦ, ἀλλὰ δι' ἀνθρωπαρέσκειαν, ἤ τινα σκοπὸν, οὐκ ἀγαθὸν, ταύτην ἐργαζόμενος. Οὗτος τὸν μὲν πόνον τῆς ἑτοιμασίας ὑφίσταται, τὸν δὲ Θεὸν οὐκ ἔχει ταῖς τοιαύταις τρίβοις ἐμπεριπατοῦντα.]

Vers. 3. *Vox — semitas ejus.* † Præparat quidem Domino viam, qui virtutem operatur. Verum non rectas facit semitas ejus, qui non ad Dei beneplacitum, sed ad studium hominibus placendi, aut aliquem alium finem non bonum, hanc operatur. Hic enim laborem quidem præparationis sustinet, Deum autem non habet hujusmodi semitas perambulantem.

Τοῦτο τοῦ Ἡσαΐου ἐστὶν· ἡρμήνευται δὲ καὶ τοῦτο πάλιν ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ τρίτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, καὶ ζήτει ἐκεῖ. Τὰ μὲν οὖν προφητικὰ ταῦτα ῥητὰ συμφώνως κεκράγασιν, ὅτι ὁ Ἰωάννης προοδεύσει τοῦ Χριστοῦ, καὶ εὐτρε-

Isaiæ testimonium est, quod etiam explanatum est in enarratione tertii capitis Evangelii juxta Matthæum, ibi ergo quærito. Hæc itaque prophetica dicta concorditer clamant, quod Joannes præcessurus erat Christum, viamque ei præparaturus

[5] 1 Petr. v, 13. [6] Matth. xi, 13.

Variæ lectiones et notæ.

(2) Ut ex Sophronii in Marcum Præfatione colligo, lib. VI *Hypotyp.*
(3) Tom. VII, p. 9.
(4) Νέας, abest. A.
(5) Hæc uterque in margine exhibet.

Digitized by Google

Evangelii, et quod inde novæ legislationis futurum erat initium, quæ omnia ita facta sunt. Cum enim Joannes ante Salvatorem ad Jordanem venisset, ac pœnitentiam prædicasset, in animabus hominum fundamentorum loca fodit; veniens autem Christus, fidei posuit fundamenta, novamque ædificavit legislationem. Cum autem dixisset, *Initium Evangelii*, ita factum esse, quemadmodum scriptum est in prophetis, deinde prophetica quoque dicta adduxisset, consequenter nititur quod proposuit demonstrare, et incipit ea dicere, quæ circa Joannem fuerunt : quomodo venerit ad Jordanem; quomodo prædicaverit, et ut semel dicam, quomodo initium Evangelii fuerit. Et quia Marcus admodum Matthæo conformis est, sicut in principio indicavimus, quæ apud illum declarata sunt prætermittemus, tanquam jam manifesta : hoc tantum in unoquoque loco significantes, quod de eo in certo quodam capite dictum sit. Tu ergo caput statim quærito, ac donec quod quæris invenias, perlegito. Ad ea igitur in quibus varius est, expositionem deinceps deducamus.

† Idem quoque et de cæteris evangelistis dicendum.

Vers. 4. *Fuit — peccatorum. Fuit*, hoc est, Erat. Quod autem hic baptismum pœnitentiæ prædicaverit, manifestum est tum ab his quæ dixit, tum ab his quæ operatus est. Præcipiens enim, ut ipsos pœniteret, baptizavit eos qui resipiscebant. Quod tamen baptismus, quo baptizabat, non conferebat peccatorum remissionem, similiter manifestum est : siquidem baptismus Joannis pœnitentiæ solum erat; Christi vero baptismus remissionis erat. Quam eorum differentiam ipse Præcursor docuit dicens : *Ego quidem baptizo vos in aqua, videlicet* nuda; *ipse autem baptizabit vos in Spiritu sancto.* Ante Salvatorem enim nusquam apparet data remissio peccatorum, sed primus Christus hoc donum largitus est per seipsum, et per suum baptisma. Manifestum est ergo baptisma Joannis præparationem fuisse ad peccatorum remissionem. Oportet enim ut peccatorem primum pœniteat, deinde remissionem adipiscatur.

Sed jam videamus quid Evangelista dicat : *Fuit*, inquit, *Joannes baptizans in deserto, et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Non dixit, Pœnitentiæ et remissionis peccatorum, ne putes illud baptisma remissionem quoque tribuisse, sed addidit : *In remissionem peccatorum*, hoc est, Propter remissionem. Nam prædicabat pœnitentiam causa remissionis, ut per pœnitentiam de peccatis redarguti ac compuncti, eum ferventer quærerent, qui tollit peccatum mundi, quo apparente procurrerent, ac peccatorum remissionem ab eo acciperent.

A πίσει αὐτῷ τὴν ὁδὸν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἔσται ἀρχὴ τῆς νέας νομοθεσίας. Γέγονε δὲ πάντα οὕτως. Ὁ γὰρ Ἰωάννης, πρὸ τοῦ Σωτῆρος ἐλθὼν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ κηρύξας μετάνοιαν, ὤρυξεν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων τόπους θεμελίων· παραγενόμενος δὲ ὁ Χριστὸς, ἐνέβαλε τὰ θεμέλια τῆς πίστεως, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν νέαν νομοθεσίαν. Εἰπὼν δὲ ὁ Μάρκος, ὅτι *Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου* οὕτω γέγονεν, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις· εἶτα παραγαγὼν καὶ τὰ προφητικὰ ῥητὰ, λοιπὸν ἐπιχειρεῖ ἀποδεικνύειν, ὃ προέθετο, καὶ ἄρχεται λέγειν τὰ κατὰ τὸν Ἰωάννην, ὅπως ἦλθεν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ὅπως ἐκήρυξε, καὶ ἁπλῶς, ὅπως ἡ ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου γέγονεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μάρκος ἄγαν συμφωνεῖ τῷ Ματθαίῳ, καθὼς ἐν προοιμίοις

B ἐπεσημηνάμεθα, ὅσα μὲν ἐν ἐκείνῳ διηρμηνεύθη, παρήσομεν, ὡς ἤδη σαφηνισθέντα, τοῦτο μόνον σημειούμενοι ἐφ' ἑκάστῳ τούτων, ὅτι προείρηται περὶ τούτου ἐν τῷ δεῖνι κεφαλαίῳ. Σὺ δὲ αὐτίκα ζήτησον ἐκεῖνο τὸ κεφάλαιον, καὶ ἀνάγνωθι τοῦτε μέχρις ἂν εὑρήσεις τὸ ζητούμενον. Ὅσα δὲ παραλλάττει, ταῦτα λοιπὸν ἀγάγωμεν εἰς ἐξήγησιν.

Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἑξῆς εὐαγγελιστῶν.

Ἐγένετο — ἁμαρτιῶν. Ἐγένετο, ἀντὶ τοῦ, Ἦν. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὗτος κατήγγελλε βάπτισμα μετανοίας, δῆλον, ἀφ' ὧν τε ἔλεγεν, ἀφ' ὧν τε ἔπραττεν· ἐντελλόμενος γὰρ μετανοεῖν, ἐβάπτιζε τοὺς μετανοοῦντας· ὅτι δὲ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐβάπτιζεν, οὐ παρεῖχεν

C ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὁμοίως φανερόν. Τὸ μὲν γὰρ Ἰωάννου βάπτισμα, μετανοίας ἦν μόνον· τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο ἦν ἀφέσεως. Καὶ τούτων τὴν διαφορὰν αὐτὸς ὁ Πρόδρομος ἐδίδαξεν εἰπών· *Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι*, δηλαδὴ, ψιλῷ· *αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.* Πρὸ γὰρ τοῦ Σωτῆρος, οὐδαμοῦ φαίνεται δοθεῖσα ἄφεσις ἁμαρτιῶν, ἀλλ' αὐτὸς πρῶτος ὁ Χριστὸς τοῦτο τὸ δῶρον ἐχαρίσατο, διά τε ἑαυτοῦ καὶ διὰ τοῦ ἰδίου βαπτίσματος. Δῆλον ὧν, ὅτι τὸ βάπτισμα Ἰωάννου προπαρασκευὴ ἦν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν. Δεῖ γὰρ τὸν ἁμαρτωλὸν μετανοῆσαι πρῶτον, εἶτα τυχεῖν ἀφέσεως.

Ἀλλ' ἴδωμεν αὖθις, τί φησιν ὁ εὐαγγελιστής· *Ἐ-*

D *γένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.* Οὐκ εἶπε Καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι τὸ τοιοῦτον βάπτισμα (6) παρεῖχε καὶ ἄφεσιν· ἀλλὰ προσέθηκεν, ὅτι εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, τουτέστι, διὰ ἄφεσιν. Ἐκήρυσσε γὰρ μετάνοιαν ἕνεκεν ἀφέσεως, ἵνα τῇ μετανοίᾳ καταγνόντες ἑαυτῶν, καὶ κατανυγέντες, ἐφ' οἷς ἥμαρτον, ζητήσωσι θερμῶς τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ φανέντι προσδράμωσι, καὶ λάβωσι παρ' αὐτοῦ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.

Variæ lectiones et notæ.

(6) Τὸ τοιοῦτον βάπτισμα, ὅτι B.

Digitized by Google

Καὶ ἐξεπορεύοντο — ἁμαρτίας αὐτῶν. Ταῦτα προηρμηνεύθησαν ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ δηλωθέντος τρίτου κεφαλαίου.

Ἦν δὲ — μέλι ἄγριον. Καὶ ταῦτα ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου ἐσαφηνίσθησαν. Ἐνεδέδυτο δὲ τρίχας καμήλου, οὐχὶ ἀκατεργάστους, ἀλλ' ὑφασμένας. Εἴρηκε γὰρ ὁ Ματθαῖος, ὅτι εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου. Τὸ δὲ *Ἐνδεδυμένος* ἐξακούεται καὶ εἰς τὸ, *Καὶ ζώνην δερματίνην.*

Καὶ ἐκήρυσσε — ὑποδημάτων αὐτοῦ. [Τὸν ἱμάντα. (7) Γρηγορίου τοῦ (8) Θεολόγου· Τί δὲ ὁ σφαιρωτὴρ τοῦ ὑποδήματος, ὃν οὐ λύεις, ὦ (9) Βαπτιστά; Τυχὸν (10) ὁ τῆς ἐπιδημίας λόγος καὶ τῆς σαρκὸς, οὗ μηδὲ τὸ ἀκρότατον εὐδιάλυτον.]

Εἴρηται μὲν τοῦτο, καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ὑπεροχὴν τοῦ κηρυσσομένου, ὡς ἐν τῷ εἰρημένῳ κεφαλαίῳ παραδεδώκαμεν. Φασὶ δέ τινες, ὑποδήματα μὲν νοεῖσθαι, τὴν σάρκα, ἣν ὑποδὺς ἐφόρεσεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἱμάντα δὲ, τὸν ἀπόῤῥητον λόγον τῆς ἑνώσεως αὐτῆς, οἷον, πῶς μεμενήκασιν αἱ φύσεις ἀσύγχυτοι, καὶ τὰ τοιαῦτα. Κατὰ δὲ τὴν φανερὰν ἑρμηνείαν, ἱμάντα λέγει, τὸν ἐκ λώρου δεσμόν. Ἔστι δὲ ἡ τοῦ ῥητοῦ σύνταξις οὕτως· Οὗτινος αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι κύψας. Κύπτει γὰρ, ὁ λῦσαι τοῦτον βουλόμενος. Ὑποδήματα δὲ λέγει, τὰ σανδάλια. Τὸ δὲ *οὗτινος αὐτοῦ*, σύνηθες παρ' Ἑβραίοις, ὡς τό· *Οὗ ἀρᾷ τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει.* Ὁμοίως δὲ καὶ τό· Ὅτινι αὐτῷ, ὡς τό· *Μακάριος ἀνὴρ ᾧ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοῦ.*

Ἐγὼ μὲν — Πνεύματι ἁγίῳ. Ὁμοίως καὶ περὶ τούτου προείρηται ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ.

Καὶ ἐγένετο — εἰς τὸν Ἰορδάνην. Τὸ, *Καὶ ἐγένετο,* σύνηθές; ἐστι πρόσρημα τοῖς Ἑβραίοις. *Καὶ ἐγένετο,* φησὶν, *ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις* (11)· εἶτα ἄρχεται λέγειν, τί ἐγένετο. Ἡμέρας δὲ νῦν φησιν, ἐν αἷς ἐκήρυσσε τὸ βάπτισμα τῆς μετανοίας ὁ Ἰωάννης. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῶν ἑξῆς ἐν τῷ ῥηθέντι κεφαλαίῳ. Ἀλλὰ Ματθαῖος μὲν ἁπλῶς, *Ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας,* εἶπε· Μάρκος δὲ ἰδικώτερον καὶ τὴν πόλιν, ἐν ᾗ διέτριβε, προσέθηκε.

Καὶ εὐθέως — ἐπ' αὐτόν. Καὶ περὶ τούτων εὑρήσεις ἐν τῷ τοιούτῳ κεφαλαίῳ. Ἀλλὰ Ματθαῖος μὲν, καὶ Λουκᾶς ἀνοιγῆναί φασι τοὺς οὐρανούς, οὗτος δὲ σχισθῆναι. Εἰσὶ δὲ ταὐτά.

Vers. 5. *Et exibant — peccata sua.* Hæc declarata sunt in expositione prædicti tertii capitis.

Vers. 6. *Erat autem — melle silvestri.* Et hæc in enarratione dicti capitis manifesta sunt. Inducbatur autem pilis cameli, non simpliciter incompositis, sed contextis. Dixit enim Matthæus quod habebat vestimentum suum de pilis camelorum [t]. Dictio autem *Vestitus erat,* subintelligitur etiam in eo quod additur: *Et zona pellicea.*

Vers. 7. *Et prædicabat — calceamentorum ipsius.* †† *Corrigiam.* Gregorii Theologi : Quæ vero corrigia calceamenti, quam non solvit Baptista ? Fortasse ratio, cur in hoc mundo versatus sit et homo factus sit, quorum ne extremum quidem facile solvi potest.

Hoc quidem propter excellentiam ejus qui prædicabatur dictum est, quemadmodum prædicto capite tradidimus. Quidam autem dicunt per calceamenta carnem intelligi, qua calceatus sive vestitus est Dei Filius. Corrigiam vero, ineffabilem conjunctionis suæ rationem : quomodo videlicet naturis inconfusis, unita sit humanitas divinitati. Juxta planam vero interpretationem, corrigiam vocat, e corio factum vinculum. Est autem hic dictorum ordo : Cujus ipsius corrigiam calceamentorum non sum idoneus solvere procumbens. Procumbit enim, qui vult illud solvere. Calceamenta dicit sandalia. Et quod dicitur : *Cujus ipsius,* frequens est apud Hebræos, ut illud : *Cujus tollens* (r) *os ejus implet* [u]. Similiter et : *Qui ipsi,* ut quod dicitur : *Beatus vir cui est auxilium ipsi abs te* [v].

Vers. 8. *Ego quidem — Spiritu sancto.* Similiter et de hoc superius dictum est in prædicto capite.

Vers. 9. *Et factum est — in Jordane* ictio quoque, *Et factum est,* particula est apud Hebræos in frequenti usu : *Et factum est,* inquit, *in illis diebus.* Deinde incipit dicere quid factum sit. Dicit autem nunc dies quibus prædicabat Joannes baptismum pœnitentiæ. De his vero quæ sequuntur prædicto capite dictum est. Sed Matthæus quidem simpliciter dixit : *A Galilæa* [w]; Marcus vero civitatem etiam addidit in qua habitabat.

Vers. 10. *Et statim — in ipso.* De his quoque eodem capite invenies. Verum Matthæus quidem et Lucas, aperiri cœlos dicunt [x]; hic autem diffindi. Hæc tamen pro eodem accipiuntur.

[t] Matth. III, 4. [u] Psal. IX, 28. [v] Psal. LXXXIX, 6. [w] Matth. III, 13. [x] Matth. III, 16; Luc. III. 21.

Variæ lectiones et notæ.

(7) Hæc in margine codex uterque.
(8) Pag. 236.
(9) Loco laudato : Λύεις ὁ βαπτίζων Ἰησοῦν.
(10) Ante τυχὸν alia adduntur l. l.
(11) Ἡμέραις τάδε. Εἶτα B.

(r) *Tollens.* Legit ergo ἄρας, loco ἀρᾷς. Corrigendum erat hoc ex LXX.

Digitized by Google

Vers. 11. *Et vox — complacitum est.* In Evangelio juxta Matthæum scriptum est : *Hic est Filius meus* [15]. Marcus autem et Lucas habent : *Tu es Filius meus* [16]. Quid ergo dicemus? Nihil aliud quam quod apud Matthæum diximus : quod evangelistæ interdum quidem integre hujusmodi verborum mentionem faciunt : quandoque vero sententiam quidem servant integram : quasdam autem dictiones non curantes immutant, dum hoc sermoni nihil potest obesse, quod pro una dictione alia idem significans adducitur. Nam idem demonstrant *Hic* et *Tu*.

Rursum simile est quod Matthæus et Marcus scripserunt : *In quo mihi bene complacitum est* [15], et quod Lucas : *In te mihi bene complacitum est* [16]. Et hic tibi canon generalis esto ad omnia similia.

Vers. 12. — *Statimque.* Vers. 13. *Satana.* Dictum est de his tertio juxta Matthæum capite. Ille tamen simul et Lucas dixerunt : *A diabolo* [16], hic autem, *A Satana.* Cum enim dæmon multa habeat nomina, et ab unaquaque malitia sua recipiat appellationem : illi quidem unum posuerunt, *hic* vero aliud.

Dictus est autem Satanas, hoc est contrarius, Nam Deo contrarius est dæmon, et contraria statuens.

Vers. 13. *Et erat cum bestiis.* Matthæus et Lucas genera quoque tentationum scripserunt [17]. Marcus vero cum supra cæteros brevitatis esset amator, satis putavit dicere : *Et tentabatur.* In hoc enim genera quoque complexus est. Quod autem erat cum bestiis, propter magnam loci solitudinem accidit ; ut etiam ab hoc discas, quod is qui tuetur animæ dignitatem, bestiis potius formidabilis est. Ante inobedientiam enim jussum erat ut omnibus homo dominaretur.

Vers. 13. *Et angeli — ei.* Post tentationes videlicet, post manifestam de tentatore victoriam, quemadmodum significavit Matthæus.

Vers. 14. *Postquam autem — Dei.* Dictum est et de his eodem capite, Evangelium autem regni Dei dicit nunc Novum Testamentum, utpote annuntians de regno Dei, et inducens ad regnum Dei.

Vers. 15. *Et dicens — tempus.* Tempus a Deo constitutum conversationi Veteris Testamenti, de quo dicit Apostolus : *Ubi venit completio temporis, misit Deus Filium suum* [18].

Vers. 15. *Et — Dei.* Appropinquavit ut regnet super credentes, sicut manifestius interpretati sumus prædicto capite.

A *Καὶ φωνὴ — εὐδόκησα.* Ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον μὲν, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου*, γέγραπται· Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς, *Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου*, γράφουσι. Τί οὖν ἐροῦμεν; Οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὅπερ (12) ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον εἰρήκαμεν, ὅτι οἱ εὐαγγελισταὶ ποτὲ μὲν, ἀκεραίων τῶν τοιούτων ῥητῶν ἀπομνημονεύουσι· ποτὲ δὲ, τὴν μὲν τοῦ ῥητοῦ διάνοιαν ὁλόκληρον ἀποσώζουσι, λέξεις δέ τινας ἀπαρατηρήτως ὑπαλλάττουσιν, ὅταν οὐδέν τι μέλλῃ τῷ λόγῳ τοῦτο λυμαίνεσθαι, τῆς ἀντεισαχθείσης λέξεως ταὐτὸν σημαινούσης. Δεικτικὰ γὰρ ἄμφω, καὶ τὸ, *Οὗτος*, καὶ τὸ, *Σύ*.

Αὖθις οὖν τοῦ Ματθαίου μὲν καὶ τοῦ Μάρκου γραψάντων· *Ἐν ᾧ εὐδόκησα*· ὁ Λουκᾶς, *Ἐν σοὶ εὐδόκησα*, εἴρηκε. Καὶ τοῦτο κανὼν ἔστω σοι καθολικὸς ἐπὶ τῶν τοιούτων πάντων. B

Καὶ εὐθὺς — Σατανᾶ. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, ἔτι δὲ καὶ Λουκᾶς, *Ὑπὸ τοῦ διαβόλου* εἶπον· Μάρκος δὲ, *Ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ*. Πολυωνύμου γὰρ ὄντος τοῦ δαίμονος, καὶ ἀφ' ἑκάστης αὐτοῦ κακίας ὀνομαζομένου, τὸ μὲν *οὗτοι*, τὸ δὲ, *οὗτος* εἰρήκασι.

Λέγεται δὲ Σατανᾶς, ὁ ἀντικείμενος. Ἀντίκειται γὰρ ὁ δαίμων τῷ Θεῷ, τὰ ἐναντία νομοθετῶν.

Καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων. Ματθαῖος μὲν καὶ Λουκᾶς καὶ τὰ εἴδη τῶν πειρασμῶν αὐτοῦ ἀνέγραψαν (13)· ὁ δὲ Μάρκος, φιλοσύντομος ὢν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους, ἠρκέσθη τῷ (14) εἰπεῖν, ὅτι *Καὶ ἦν πειραζόμενος*. Ἐν τούτῳ γὰρ καὶ τὰ εἴδη συμπεριέλαβεν. Ἦν δὲ μετὰ τῶν θηρίων, διά τε τὴν ἄγαν ἐρημίαν τοῦ τόπου, καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ὁ φυλάττων τὸ ἀξίωμα τῆς ψυχῆς, φοβερὸς μᾶλλον τοῖς θηρίοις ἐστίν. Ἄρχειν γὰρ πάντων αὐτῶν πρὸ τῆς παρακοῆς ὁ ἄνθρωπος ἐκελεύσθη. C

Καὶ οἱ ἄγγελοι — αὐτῷ. Μετὰ τοὺς πειρασμοὺς δηλονότι, καὶ μετὰ τὴν κατὰ τοῦ πειραστοῦ περιφανῆ νίκην, ὡς ὁ Ματθαῖος ἐπεσημήνατο.

Μετὰ δὲ — τοῦ Θεοῦ. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ. Εὐαγγέλιον δὲ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ νῦν, τὴν Καινὴν Διαθήκην λέγει, ὡς μηνύουσαν περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἢ ὡς εἰσάγουσαν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

D *Καὶ λέγων — καιρός.* Ὁ καιρὸς ὁ ἀφορισθεὶς παρὰ Θεοῦ τῇ πολιτείᾳ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, περὶ οὗ φησιν ὁ Ἀπόστολος· ὅτι *Ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ*.

Καὶ — Θεοῦ. Ἤγγικεν ἵνα βασιλεύσῃ τῶν πιστευόντων, ὡς ἡρμηνεύθη φανερώτερον ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ.

[15] Matth. III, 17. [16] Luc. III, 22. [15] Matth. IX, 17. [16] Luc. III, 22. [16] Matth. IV, 5 ; Luc. IV, 9. [17] Matth. IV, 3 ; Luc. IV, 3 seqq. [18] Galat. IV, 4.

Variæ lectiones et notæ.

(12) Ὅπερ καὶ ἐν B.
(13) Ἔγραψαν B.
(14) Τῷ, abest A.

Digitized by Google

Μετανοεῖτε — Εὐαγγελίῳ. Πάλιν Εὐαγγέλιον ἐνταῦθα, τὴν Καινὴν Διαθήκην ὠνόμασε, παραινῶν, ὅτι Πιστεύετε τῇ Καινῇ Διαθήκῃ, ἤγουν, ὡς αὐτὴ ὑποτίθησι.

Περιπατῶν — ἁλιεῖς. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων ἐν τῷ τοιούτῳ κεφαλαίῳ.

Καὶ εἶπεν — ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ περὶ τούτων ὁμοίως ἐν ἐκείνῳ εἴρηται.

Καὶ προβὰς — αὐτοῦ. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων ἐκεῖ.

Καὶ εἰσπορεύονται — ἐδίδασκε. Ταῦτα καὶ ὁ Λουκᾶς ἱστόρησεν. Ἦλθον δὲ εἰς Καπερναοὺμ ἀπὸ τῆς Ναζαρὲτ, ὡς ὁ αὐτὸς (15) ἐπεσημειώσατο. *Τοῖς Σάββασι δὲ,* ἀντὶ τοῦ, Ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν Σαββάτων, ὅτε ἦν δηλαδὴ Σάββατον. Ἐν ταύταις γὰρ ταῖς ἡμέραις ἀργοῦσιν αὐτοῖς ἐπέτρεπεν ὁ νόμος συνάγεσθαι, καὶ τοὺς νόμους ἀναγινώσκειν. Τότε οὖν εἰσήρχετο, ἵνα πάντες ἀκούσωσιν αὐτοῦ κατὰ σχολήν.

Καὶ ἐξεπλήσσοντο — οἱ Γραμματεῖς. Ταῦτα καὶ ὁ Ματθαῖος παρέθηκεν ἐν τῷ τέλει τοῦ πέμπτου κεφαλαίου. Ἀλλ' ἐκεῖνος, εἰς τὸ ὄρος ἀναβῆναι λέγει τὸν Χριστὸν, κἀκεῖ καθίσαντα διδάξαι τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, παρεστώτων τῶν ὄχλων. Εἶτα μετὰ μακρὰν διδασκαλίαν ἐπάγει ὅτι καὶ ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Δῆλον οὖν ἐστιν, ὅτι καὶ ἀμφότερα γεγόνασιν.

ΚΕΦ. Α'. *Περὶ τοῦ δαιμονιζομένου.*

Καὶ ἦν — τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα καὶ ὁ Λουκᾶς εἴρηκεν. Ἀκάθαρτον δὲ καλοῦσι τὸ δαιμόνιον, ὡς ἐφηδυνόμενον ταῖς ἀκαθαρσίαις καὶ μιαρίαις. Ἀνέκραξε δὲ ὁ ἄνθρωπος, μὴ φέροντος τοῦ ἐν αὐτῷ δαιμονίου τὴν προσβολὴν τῆς θεότητος. *Ἔα* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἄφες ἡμᾶς. Τί κοινὸν ἡμῖν καὶ σοί; Ναζαρηνὸν δὲ τὸν Χριστὸν ὠνόμασεν, ὡς ἀνατραφέντα ἐν τῇ πόλει Ναζαρὲτ, καθὼς (16) ὁ Ματθαῖος ἱστόρησεν.

Ἀπώλειαν δὲ ἐνταῦθα (17) ὁ δαίμων, τὴν ἐποχὴν τῆς δυνάμεως καὶ ἀνενεργησίαν καὶ δίωξιν ἑαυτῶν καλεῖ. Τὸ δέ· *Οἶδά σε τίς εἶ,* εἶπε, κολακεύων αὐτὸν, ἵνα φείσηται αὐτοῦ· οὐκ εἶπε δὲ Ἅγιος, ἀλλ' *Ὁ ἅγιος,* μετὰ τῆς τοῦ ἄρθρου προσθήκης. Ἅγιοι μὲν γὰρ καὶ οἱ προφῆται, ἀλλὰ κατὰ μετοχήν· μόνος δὲ ὁ Θεὸς φύσει καὶ κυρίως ἅγιος. Διὰ τοῦτο τοίνυν εἶπεν, Ὁ ἅγιος, ἀντὶ τοῦ, ὁ φύσει καὶ κυρίως ἅγιος.

Καὶ ἐπετίμησεν ἐξ αὐτοῦ. — *Ἐπετίμησεν,* ἀντὶ τοῦ, Ἐπεστόμισεν. Ὅρα δὲ, πῶς οὐκ ἐδέξατο τὴν ἀπὸ τοῦ δαίμονος μαρτυρίαν ὁ Χριστὸς, καίτοι ἀληθεύουσαν; πρῶτον μὲν, ὅτι οὐκ ἔχρηζεν ἡ ἀλήθεια μαρτυρηθῆναι παρὰ τοῦ ψεύδους· ἔπειτα ἐδίδαξεν ἡμᾶς, μὴ πιστεύειν τοῖς δαίμοσι, κἂν ἀληθῆ λέγωσι. Φιλοψευδεῖς γὰρ ὄντες καὶ πολεμιώτατοι, οὐκ ἂν

Vers. 15. *Resipiscite — Evangelio.* Rursum Evangelium nominavit hic Testamentum Novum, adhortans ut Novo Testamento credant. Vel, sicut illud credere suadet.

Vers. 16. *Ambulans — piscatores.* De his eodem capite dictum est.

Vers. 17. *Et dixit* — Vers. 18. *secuti sunt eum,* Similiter et de his eodem capite dictum est.

Vers. 19. *Et progressus* — Vers. 20. *eum.* Dictum est de his ibidem.

Vers. 21. *Et ingrediuntur — docebat.* Hæc etiam Lucas scripsit. Venerunt autem Capernaum a Nazareth, sicut ille significavit [19]. Sabbatis vero, hoc est, diebus Sabbatorum erat. In his enim dictus, dum illis otium erat, permittebat lex ut congregarentur ac leges recitarent. Tunc ergo ingressus est, ut per otium omnes audirent ipsum.

Vers. 22. *Et stupebant — Scribæ.* Hæc Matthæus quoque posuit in fine quinti capitis [20]. Verum ille Christum in montem ascendisse dicit, ibique sedentem discipulos suos docuisse, astantibus et turbis; deinde post longum sermonem inducit, quod etiam turbæ stupuerunt super doctrina ipsius [21], etc. Manifestum ergo est, utrumque factum esse.

CAP. I. *De dæmoniaco.*

Vers. 23. *Et erat* — Vers. 24. *Dei.* Hæc etiam dixit Lucas [22]. Vocant autem dæmonium immundum, quasi immunditiis ac sceleribus gaudentem. Clamavit sane homo, non ferente quod in eo erat dæmonio vim divinitatis. *Sine,* hoc est, Dimitte nos. Quid tibi nobiscum commune est? Christum quoque vocavit Nazarenum, eo quod in civitate Nazareth nutritus esset, quemadmodum scripsit Matthæus [23].

Perditionem autem, vocat hic dæmon cohibitionem suæ potestatis, virtutemque contrariam, ac persecutionem. Id etiam quod additur: *Novi te quis sis,* adulando ei dixit, ut ipsi parceret. Non solum autem dixit *Sanctus,* sed, *ille Sanctus,* cum articuli additione. Siquidem et prophetæ sancti sunt, sed per participationem: solus autem Deus proprie et natura sanctus est. Ob id ergo dixit: Sanctus ille, hoc est natura proprie sanctus.

Vers. 25. *Et increpavit — ab eo.* — *Increpavit,* hoc est, Os obturavit. Vide autem quod non susceperit Christus a dæmone testimonium, quanquam vera diceret. Primum quidem quia non vult veritas ut sibi a falsitate perhibeatur testimonium. Deinde docuit nos ne dæmonibus unquam credamus, etiam vera dicentibus: cum enim ament

[19] Luc. IV, 16. [20] Matth. V, 1. [21] Matth. VII, 28. [22] Luc. IV, 33. [23] Luc. IV, 16.

Variæ lectiones et notæ.

(15) Παρεσημειώσατο. B.
(16) Λουκᾶς, corrigendum.
(17) Λέγει, post ἐνταῦθα, addit A.

Digitized by Google

mendacium, sintque nobis inimicissimi, nunquam vera loquuntur, nisi ut ad fallendum, veritate quasi esca quadam utantur.

Vers. 26. *Et cum discerpsisset — ab eo.* Pro *Discerpsisset* dicit Lucas, *Projecisset in medium* [24], addens quod nihil illi nocuit. Ei siquidem permisit Dominus, ut hominem projiceret, quo demonstratur projicientis malitia ; nocere autem non permisit, ut appareret expellentis potentia. Clamavit etiam voce magna flagellatus imperio Dominico. Non dixit tamen quid clamaverit, eo quod voces nihil significantes ediderit.

Vers. 27. *Et admirati sunt — obediunt ei?* Quid est, hoc quod videmus? Dicebant autem etiam nunc (*a*) Christi doctrinam, utpote differentem a doctrina Scribarum, aut etiam a doctrina Joannis Baptistæ. Illi siquidem docebant tantum ; Christus vero etiam dæmones cum potestate expellebat. Auctoritatis namque est : *Obmutesce et exi.* Lucas vero loco ejus quod dicitur : *Quæ doctrina nova hæc,* dixit : *Quod est hoc verbum* [25]? nominans verbum, doctrinam quæ per verbum fit ; aut dicens verbum, illud quod ad dæmonem factum est, puta, *Obmutesce et exi.* Unde etiam addidit : *Quia cum auctoritate ac potestate imperat spiritibus immundis et exeunt.* Cum auctoritate quidem, eo quod juberet ; cum potestate vero, eo quod efficeret, quod vellet.

Vers. 28. *Exivit autem — Galilææ.* Dictum est de hoc quarto juxta Matthæum capite.

CAP. II. *De socru Simonis.*

Vers. 29. *Et statim — Joanne.* Qua de causa eo venerit superius dictum est octavo juxta Matthæum capite.

Vers. 30. *Socrus autem* — Vers. 31. *ipsis.* De his quoque dictum est eodem capite. Vide autem quod Christus sæpius ob aliorum fidem confert aliis sanitatem, quando futurum est, ut is quoque credat qui curatur, et non potest ad se venire, aut propter ægritudinem, aut propter intempestivam ætatem, aut etiam propter ignorantiam. Nam et hic alii eum deprecati sunt.

Suscipiamus igitur et nos Christum sive sermonem ejus, ut febrim affectionum in nobis exstinguat. Suscepto autem beneficio ministremus ei, curando pauperes. *Quidquid enim,* inquit *fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [26] ; ministremus et his qui eum imitantur quasi discipulis ipsius, ut et illi pro nobis deprecentur.

CAP. III. *De curatis a variis langoribus,*

Vers. 32. *Facta autem vespera* — Vers. 33. *ja-*

[24] ibid. 35. [25] Ibid. 36. [26] Matth. xxv, 40.

ποτε ἀληθεύσαιεν, εἰ μὴ πρὸς ἀπάτην τῇ ἀληθείᾳ χρήσονται (18) καθάπερ τινὶ δελέατι.

Καὶ σπαράξαν — ἐξ αὐτοῦ. Τὸ *σπαράξαν, ῥίψαν* εἶπεν ὁ Λουκᾶς, προσθείς· ὅτι μηδὲν βλάψαν αὐτόν. Ῥίψαι μὲν γὰρ τὸν ἄνθρωπον συνεχώρησεν ὁ Χριστὸς(19), ἵνα δειχθῇ τοῦ ῥίψαντος ἡ κακία· βλάψαι δὲ οὐκ εἴασεν, ἵνα φανῇ τοῦ ἀπελαύνοντος αὐτὸν ἡ δύναμις. Ἔκραξε δὲ φωνῇ μεγάλῃ, μαστιχθὲν ὑπὸ τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς. Οὐκ εἶπε δὲ, τί ἔκραξεν, ὡς ἀσήμαντα κράξαντος.

Καὶ ἐθαμβήθησαν — ὑπακούουσιν αὐτῷ; Τί ἐστι τοῦτο ὃ βλέπομεν; Διδαχὴν δὲ καινὴν ἔλεγον, τὴν τοῦ Χριστοῦ, ὡς παραλλάττουσαν τῆς διδαχῆς τῶν Γραμματέων, ἢ τῆς τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. Οἱ μὲν γὰρ ἐδίδασκον μόνον, ὁ δὲ Χριστὸς ἔτι καὶ δαίμονας ἀπήλαυνε κατ' ἐξουσίαν. Ἐξουσιαστικὸν γὰρ τὸ, *Φιμώθητι*, καὶ τὸ, *Ἔξελθε*. Ὁ δὲ Λουκᾶς, ἀντὶ τοῦ· *Τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; Τίς ὁ λόγος οὗτος*, εἶρηκε· λόγον ὀνομάσας, τὴν διὰ λόγου διδαχήν· ἢ λόγον λέγων, τὸν λεχθέντα πρὸς τὸ δαιμόνιον, τὸ *Φιμώθητι*, καὶ τὸ, *Ἔξελθε*. Προσέθηκε γάρ· *Ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν.* Ἐν ἐξουσίᾳ μὲν, διὰ τὸ προστάσσειν· ἐν δυνάμει δὲ, διὰ τὸ ἀνύειν.

Ἐξῆλθε δὲ — Γαλιλαίας. Εἴρηται περὶ τούτου ἐν τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

ΚΕΦ. Β'. *Περὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου.*

Καὶ εὐθέως — Ἰωάννου. Τίνος ἕνεκεν ἦλθεν ἐκεῖ, προείρηται ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Ἡ δὲ πενθερὰ — αὐτοῖς. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ· σκόπει δὲ, ὅτι πολλάκις ὁ Χριστὸς τῇ ἑτέρων πίστει χαρίζεται τὴν ἑτέρων ἴασιν, ὅταν μέλλοι πιστεύειν καὶ ὁ θεραπευόμενος, καὶ μὴ δύνηται πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, ἢ διὰ νόσον, ἢ δι' ἄωρον ἡλικίαν, ἢ καὶ δι' ἄγνοιαν. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἕτεροι αὐτὸν παρεκάλεσαν.

Ὑποδεξώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Χριστὸν, εἰ τοῦτο, τὸν λόγον αὐτοῦ, ἵνα τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν τὴν πύρωσιν ἀποσβέσῃ· τυχόντες δὲ εὐεργεσίας, διακονήσωμεν αὐτῷ, θεραπεύοντες τοὺς πένητας. *Ἐφ' ὅσον* γὰρ, φησὶν, *ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Διακονήσωμεν δὲ καὶ τοῖς αὐτοῦ μιμηταῖς, ὡς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ ὡς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετεύουσιν.

ΚΕΦ. Γ'. *Περὶ τῶν λαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων.*

Ὀψίας δὲ γενομένης — τὴν θύραν. Εἴρηται καὶ

Variæ lectiones et notæ.

(18) Forte, χρήσαιντο.

(19) Ὁ Κύριος. B.

(*a*) *Etiam nunc.* Corrige, *novam.* Hentenius loco καινήν videtur invenisse καὶ νῦν.

Digitized by Google

περὶ τούτου ἐν τῷ ἐνάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Καὶ ἐθεράπευσε — ἐξέβαλε. Ὁ μὲν Μάρκος εἶπεν, ὅτι ἐθεράπευσε πολλούς· ὁ δὲ Ματθαῖος, ὅτι πάντας. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν δαιμονίων, ὁ μὲν Μάρκος, ὅτι δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλεν· ὁ δὲ Ματθαῖος, ὅτι ἐξέβαλε τὰ πνεύματα, δηλονότι, πάντα.

Τί οὖν φαμέν; Τὸ *πολλοὺς* ἐνταῦθα καὶ τὸ *Πολλὰ* προσέθηκεν ὁ εὐαγγελιστὴς, οὐχ ὅτι παρέλιπέ τινας ἀθεραπεύτους, ὁ Κύριος οὐδ' ὅτι δαιμόνιά τινα ἀφῆκεν, ἀλλ', ἵνα δείξῃ μόνον ὁ Μάρκος, ὅτι πλῆθος ἦσαν οἱ θεραπευθέντες, καὶ ὅτι πολλὰ ἦν τὰ ἐκβληθέντα δαιμόνια. Σκόπει δὲ, πῶς τὸ δαιμονᾷν οὐ συντάττει ταῖς ἄλλαις νόσοις ἀλλ' ἰδίως αὐτὸ τίθησιν, ὡς χαλεπώτατον.

Καὶ οὐκ — αὐτόν. Ἐκώλυεν (20) αὐτὰ λαλεῖν, περὶ ἑαυτοῦ κράζοντα, καθὰ (21) ἱστόρησεν ὁ Λουκᾶς, καὶ λέγοντα, ὅτι *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.* Ἐλάλουν δὲ περὶ αὐτοῦ (22), ὅτι ᾔδεσαν αὐτὸν ὄντα τὸν Χριστὸν, ὡς ὁ Λουκᾶς πάλιν εἴρηκεν. Ἐγίνωσκον δὲ αὐτὸν, προσβαλούσης αὐτοῖς σφοδρῶς τῆς ἀκτῖνος τῆς θεότητος, πυρὸς δίκην· οὐκ εἶα δὲ αὐτὰ λαλεῖν, διὰ τὴν αἰτίαν, ἣν ἀποδεδώκαμεν ἀνωτέρω, ἵνθα ἐφίμωσε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα τοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ ὄντος ἀνθρώπου.

Καὶ πρωῒ ἔννυχον — προσηύχετο. Ἔννυχον, ἀντὶ τοῦ, Νυκτὸς ἔτι οὔσης. Τὸ γὰρ λίαν πρωῒ, ἔννυχόν ἐστιν, εἴτουν, ἐνσκοτον. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἰωάννης εἴρηκεν ἐν ἄλλοις, ὅτι *Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωῒ, σκοτίας ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον* · ἀλλὰ (23) καὶ Μάρκος μὲν, *Ἔννυχον* εἶπε· Λουκᾶς δὲ, *γενομένης ἡμέρας.* Οὐκ ἔστι δὲ ἐναντιοφωνία. Τὸ γὰρ λίαν πρωῒ, ἐνσκοτόν τε ἐστὶ, καὶ ἀρχὴ τῆς ἡμέρας.

Ἀπῆλθε δὲ εἰς ἐρημίαν, διδάσκων ἡμᾶς, ἐάν τί ποτε ποιήσωμεν ἀξιοθαύμαστον, φεύγειν τὸν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον, καὶ κατὰ μόνους γινομένους εὐχαριστεῖν τε τῷ Θεῷ, τῷ δόντι χάριν ἡμῖν, καὶ προσεύχεσθαι ἐνδυναμωθῆναι ἔτι. Ἐπιτηδεία δὲ εἰς προσευχὴν ἡ ἐρημία, διὰ τὸ ἀπερίσπαστον.

Καὶ κατεδίωξαν — ζητοῦσι. Μάρκος μὲν λέγει, ὅτι *Ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ μαθηταὶ κατεδιώξαντες εὗρον αὐτόν* · ὁ δὲ Λουκᾶς ὅτι οἱ ὄχλοι. Εἰκὸς δὲ, καὶ ἄμφω ταῦτα γενέσθαι, καὶ πρῶτον μὲν, τοὺς μαθητὰς τοῦτο ποιῆσαι· εἶτα τοὺς ὄχλους. Καὶ γὰρ προλαβόντες οἱ μαθηταὶ, οἷα θερμότερον αὐτὸν ἀγαπῶντες, εἶπον περὶ τῶν ὄχλων, ὅτι *Πάντες σε ζητοῦσιν.* Ὅρα δὲ ὅπως ἡ ἀναχώρησις ποθεινότερον αὐτὸν ἐποίησε.

Καὶ λέγει. — ἐξελήλυθα. Πόλις μέν ἐστιν, ἡ τετειχισμένη· κώμη δὲ, ἡ ἀτείχιστος· κωμόπολις δὲ,

A *nuam.* Dictum est et de his capite nono juxta Matthæum.

Vers. 34. *Et curavit — ejecit.* Marcus quidem dixit, quod multos curaverit. Matthæus vero quod omnes[27]. Similiter autem et de dæmoniis dixit Marcus, quod dæmonia multa ejecit; Matthæus vero quod spiritus ejecit[28], puta omnes.

Quid ergo dicimus? Quod *Multos* et *Multa*, addidit hic Evangelista, non quod aliquos prætermiserit Dominus, quin curaverit, aut dæmonia aliqua reliquerit, sed tantum, ut ostendat Marcus, quod multi fuerunt qui sanati sunt, multaque ejecta dæmonia. Considera autem quomodo dæmoniacum esse, non conjungat aliis infirmitatibus, sed hoc per se ponat tanquam id quod miserrimum

B est.

Vers. 34. *Et non — ipsum.* Prohibebat ipsa de se loqui, clamantia sicut dixit Lucas, et dicentia: *Tu es Christus Filius Dei*[29]. Loquebantur vero de eo quoniam noverant ipsum esse Christum, sicut rursum dixit Lucas. Cognoscebant autem per radium divinitatis, qui in eos ad modum ignis jaciebatur. Non sinebat etiam ea loqui propter causam quam superius reddidimus, ubi obmutescere fecit spiritum immundum hominis in Synagoga vexati.

Vers. 35. *Et summo mane — orabat.* In crepusculo, hoc est, cum adhuc nox esset; summum mane enim crepusculum est sive diluculum. Sic enim

C alibi quoque dixit Joannes, quod *Maria Magdalene venit summo mane cum adhuc tenebræ essent*[30]. Verum Marcus quidem hoc loco dixit, In crepusculo; Lucas vero: *Facto die*[31]. Non est autem contradictio; nam valde mane et crepusculum est, et diei principium.

Abiit autem in desertum locum, ut nos doceret, quod si quando admiratione digna fecerimus, laudem ab hominibus fugiamus: et ab aliis segregati, Deo qui nobis beneficium contulit gratias agamus, ac deprecemur ut illud in posterum confirmet. Unde locus desertus orationi conveniens est, eo quod distractionem non afferat.

Vers. 36. *Et prosecuti sunt* — Vers. 37. *quærunt.* Marcus quidem ait: *Simon, et qui cum illo*

D *erant prosecuti invenerunt eum.* Lucas autem, quod turbæ[32]. Verisimile ergo est, utrumque factum esse, et primum quidem discipulos hoc fecisse, deinde vero turbas. Etenim discipulis, ut qui ferventius eum amabant anticipaverunt, dicentes de turbis: *Omnes quærunt te.* Vide autem quomodo secessio desiderabiliorem eum reddiderat.

Vers. 38. *Et ait — egressus sum.* Oppidum vel civitas est, quæ muros habet; pagus autem sive

[27] Matth. VIII, 16. [28] Ibid. [29] Luc. IV, 41. [30] Joan. XX, 1. [31] Luc. IV, 42. [32] Luc. IV, 42.

Variæ lectiones et notæ.

(20) Ἐκώλυσεν. A.
(21) Καθώς. B.
(22) Διότι. B.
(23) Καὶ omittit B.

Digitized by Google

villa aut vicus, quæ muris caret; κωμοπολις vero quod hic ponitur, vicos significat majores, aut oppidula rusticana, quæ et vici et oppida videri possunt: partim quidem muris cincta, partim autem muris carentia. Abeamus, inquit, in hos etiam vicos, sive ad hæc oppidula, ut in illis quoque prædicem. Lucas vero genus quoque prædicationis addidit dicens: *Oportet me annuntiare regnum Dei* [33], quod videlicet appropinquaverit, ut super credentes regnet, quemadmodum circa principia prædicationis Christi in Evangelio juxta Matthæum dictum est. Sed Marcus quidem habet: *Egressus sum*; Lucas vero, *Missus sum* [34]. Sed verisimile est utrumque dictum fuisse, nunc hoc, nunc autem illud. Et quia duo quædam erant in Christo, quod dicitur: *Missus sum*, intelligitur tanquam homo; quod autem, *Egressus sum*, quasi Deus.

A ἡ ἐν μέρει μὲν ἀτείχιστος· ἐν μέρει δὲ τετειχισμένη. Ἐχομένας δὲ λέγει, τὰς πλησιαζούσας. Ἀπέλθωμεν, φησὶ, καὶ εἰς ταύτας. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα, διὰ τὸ κηρύξαι, δηλαδὴ, καὶ ἐν αὐταῖς. Ὁ δὲ Λουκᾶς καὶ τὸ εἶδος τοῦ κηρύγματος προσέθηκεν, εἰπών· ὅτι *Εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*, δηλαδὴ ὅτι ἤγγικεν, ἵνα βασιλεύσῃ τῶν πιστευόντων, ὡς κατ' ἀρχάς· τοῦ κηρύγματος τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ προείρηται. Ἀλλὰ Μάρκος μέν φησιν· ὅτι *Ἐξελήλυθα*· Λουκᾶς δὲ, ὅτι *Ἀπέσταλμαι*. Εἰκὸς δὲ καὶ ἅμφω ῥηθῆναι νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο. Καὶ ἐπεὶ διπλοῦς ἦν ὁ Χριστὸς, τὸ μὲν *Ἀπέσταλμαι*, ὡς ἄνθρωπος εἴρηκε· τὸ δὲ *Ἐξελήλυθα*, ὡς Θεός.

B

Vers. 39. *Et prædicabat — ejiciebat.* A doctrina transibat ad miracula, ut quos non attrahebat sermo, attraheret miraculorum potentia, et ut sermonem confirmaret.

Καὶ ἦν κηρύσσων — ἐκβάλλων. Ἀπὸ τῆς διδασκαλίας μετέβαινεν ἐπὶ τὰ θαύματα, ἵνα οὓς ἐπισπᾶται (24) ὁ λόγος, ἑλκύσῃ τῶν θαυμάτων ἡ δύναμις, καὶ ἵνα βεβαιώσῃ τὸν λόγον τοῖς θαύμασι.

Simul etiam figura nobis fuit, ut non solum de virtute loquamur, verum etiam operemur.

Καὶ ἅμα τύπος ἡμῖν ἐγίνετο, τοῦ μὴ μόνον λέγειν περὶ ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ πράττειν.

CAP. IV. *De leproso.*

ΚΕΦ. Δ'. *Περὶ τοῦ λεπροῦ.*

Vers. 40. *Et venit — mundare.* De hoc leproso dictum est sexto juxta Matthæum capite. Videntur autem Evangelistæ aliquantulum circa tempus sanationis hujus discrepare; Matthæus siquidem antequam Petri socrum curaret, ponit ea quæ de leproso C sunt [35]. Marcus vero et Lucas postea [36]. Verisimile est autem hos miraculum tantum perscrutatos esse, et de tempore non magnopere curasse, re videlicet non necessaria: quod et alias frequenter fecerunt.

Καὶ ἔρχεται — καθαρίσαι. Εἴρηται περὶ τοῦ κεφαλαίου τούτου ἐν τῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. Φαίνονται δὲ ἐνταῦθα περὶ τὸν καιρὸν τῆς ἰάσεως οἱ εὐαγγελισταὶ μικρόν τι παραλλάττοντες. Ματθαῖος μὲν γὰρ, πρὸ τοῦ θεραπευθῆναι τὴν πενθερὰν Πέτρου, παρατίθεται τὰ κατὰ τὸν λεπρόν· Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς, μετ' αὐτήν. Εἰκὸς δὲ αὐτοὺς, τὸ θαῦμα μόνον ἀκριβολογησαμένους, μὴ πολυπραγμονῆσαι τὸν καιρὸν, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον, ὃ καὶ πολλαχοῦ πεποιήκασιν.

Vers. 41. *Jesus autem* — Vers. 42. *mundatus est.* Similiter et de hoc ibidem dictum est.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς — ἐκαθαρίσθη. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων ὁμοίως ἐν τῷ ῥηθέντι κεφαλαίῳ.

Vers. 43. *Et comminatus* — Vers. 44. *illis,* Comminatus est et duobus cæcis. Quære autem enarrationem decimi septimi capitis juxta Matthæum, in quo de comminatione dictum est. Emisit vero eum a conspectu suo, hoc est amandavit.

Καὶ ἐμβριμησάμενος — αὐτοῖς. Ἐνεβριμήσατο καὶ τοῖς δυσὶ τυφλοῖς, καὶ ζήτησον τὴν ἐξήγησιν τοῦ ἑπτακαιδεκάτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ἐν ᾗ εἴρηται περὶ τῆς ἐμβριμήσεως. Ἐξέβαλε δὲ αὐτὸν ἀπενώπιον αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀπέλυσε.

De his autem quæ sequuntur data est interpretatio prædicto sexto capite.

Περὶ δὲ τῶν ἑξῆς ἡρμήνευται ἐν τῷ δηλωθέντι ἕκτῳ κεφαλαίῳ.

Vers. 45. *Ille autem — undique.* Cum gratus D esse vellet leprosus, non tulit ut beneficium silentio tegeretur, sed prædicabat multa de Christi potestate, et disseminabat verbum, quod ad eum dixerat Christus, puta: *Volo, mundare,* tanquam per auctoritatem factum, statimque in opus deductum. Veniebant autem undique ad Christum, utpote fama ad omnes percurrente. Dicit enim Lucas, quod pervagabatur magis de illo rumor [37], hoc est fama: et laborem vincebat cupiditas videndi eum, qui adeo divulgatus esset.

Ὁ δὲ — πανταχόθεν. Εὐγνώμων ὢν ὁ λεπρὸς, οὐκ ἠνέσχετο σιγῇ καλύψαι τὴν εὐεργεσίαν, ἀλλ' ἐκήρυττε πολλὰ περὶ τῆς δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ διεφήμιζε τὸν λόγον, ὃν εἰρηκεν αὐτῷ ὁ Χριστὸς, δηλαδὴ, τὸ *Θέλω, καθαρίσθητι*, ὡς μετ' ἐξουσίας γενόμενον, καὶ (25) εὐθὺς εἰς ἔργον ἐκβεβηκότα. Ἤρχοντο δὲ πρὸς τὸν Χριστὸν πανταχόθεν, οἷα τῆς φήμης ἐπὶ πάντας διαθεούσης. Φησὶ γὰρ ὁ Λουκᾶς ὅτι διήρχετο μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἡ φήμη, καὶ ἐνίκα τὸν κόπον ἡ ἐπιθυμία τοῦ ἰδεῖν τὸν φημιζόμενον.

[33] ibid. 48. [34] ibid. [35] Matth. VIII. 4, 14. [36] Luc. IV, 38; V, 12. [37] Luc V, 15.

Variæ lectiones et notæ.

(24) Forte, ἐπεσπᾶτο, seu ἐπεσπάσατο.

(25) Ὡς, loco καὶ habet B.

Digitized by Google

Καὶ — δι' ἡμερῶν. Δι' *ημερων*, ἀντὶ τοῦ, Διελθουσῶν ἡμερῶν τινῶν.

Καὶ ἠκούσθη — ἐστιν. Εἰς οἶκόν τινα.

Καὶ εὐθέως — θύραν. Ἀκούσαντες, ὅτι ἐν οἴκῳ ἐστὶ, συνέδραμον, προσδοκήσαντες ῥᾷον ἐντυχεῖν αὐτῷ. Τοσοῦτοι δὲ συνήχθησαν, ὡς μηκέτι μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν μέρη χωρεῖν ἑτέρους, εἴτουν, τὰ πρόθυρα, ἤδη τῶν ἔνδον πεπληρωμένων.

Καὶ — λόγον. Τὸν τῆς διδασκαλίας.

ΚΕΦ. Ε'. *Περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.*

Καὶ — κατέκειτο. Ὅμοια τούτοις καὶ ὁ Λουκᾶς παρέθετο· Ματθαῖος δὲ, τὰ περὶ τῆς στέγης σιωπήσας, τὰ ἐξῆς ὁμοίως ἱστόρησεν.

Ἰδὼν — ἁμαρτίαι σου. Εἴρηται περὶ τούτων ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. Παράλυτος δέ ἐστι, καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἀκινήτους εἰς ἐργασίαν ἀρετῆς· ἀλλ' ἐὰν ἀπὸ τῶν γηΐνων ἀρθῇ ὑπὸ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων, καὶ χαλασθῇ, εἴτουν, ταπεινωθῇ ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ, ἀκούσει καὶ οὗτος τὸ, *Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.*

Ἦσαν δὲ — ὁ Θεός; Εἴρηται καὶ περὶ τούτων ἐκεῖ.

Καὶ εὐθέως — αὐτοῖς. Πνεῦμα ἐνταῦθα, τὴν θεότητα καλεῖ. Ὡς Θεὸς γὰρ ἔγνω τὰς διανοίας αὐτῶν.

Τί ταῦτα — περιπάτει; Εἴρηται καὶ περὶ τούτων. ὁμοίως.

Ἔγειρε — οἶκόν σου. Καὶ περὶ τούτων ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ ἡρμήνευται.

Καὶ ἠγέρθη — εἴδομεν. Καὶ ταῦτα ἐκείνῳ διασεσάφηται. Οὐδέποτε δὲ οὕτως εἴδομεν, ἐφ' ἑτέρου, δηλονότι, τερατουργοῦντος.

Καὶ — αὐτούς. Ἐξῆλθε, φεύγων τε τὸν ἐπὶ τῷ θαύματι κρότον, καὶ ἰδιάσαι βουλόμενος.

ΚΕΦ. Ϛ'. *Περὶ Λευῒ τοῦ τελώνου.*

Καὶ παράγων — αὐτῷ. Ὁ Λευῒς οὗτος, ὁ Ματθαῖός ἐστι. Διώνυμος γὰρ ἦν. Περὶ οὗ λεπτομερέστερον ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου προείρηται. Ὅρα δὲ, πῶς ἐκλέγεται τοὺς ἀξίους, ὥσπερ μαργαρίτας ἐν βορβόρῳ κειμένους.

Καὶ ἐγένετο — αὐτῷ. Καὶ περὶ τούτων πάντων ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ ζήτησον.

Καὶ — ἁμαρτωλούς (26). Ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ καὶ ταῦτα διηρμηνεύθησαν. Ἐπελάβοντο δὲ τοῦ Χριστοῦ, ὡς μὴ διαστέλλοντος ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου κατὰ τὸν νόμον, μὴ γινώσκοντες, ὡς ὑπὲρ τὴν νομικὴν χρῆσιν παρέχει τὴν φιλάνθρωπον χάριν. Ὁ μὲν γὰρ νόμος ἐξέβαλλε τὸ κακὸν, ὁ δὲ Χριστὸς μετέβαλλεν. Ἔδειξεν οὖν ὅτι οὐχ ὡς κριτὴς

CAP. II. Vers. 1. *Et — post dies aliquot.* Post dies, hoc est, præteritis aliquot diebus.

Vers. 1. *Et auditum est — esset.* In domo quadam.

Vers. 2. *Et statim — januam.* Ubi audissent quod in domo erat, concurrerunt putantes quod ita facilius ad eum accederent. Tot autem congregati sunt, ut jam neque loca quæ circa januam erant (hoc est vestibulum domus) caperent reliquos, impleta jam ipsa domo.

Vers. 2. *Et — verbum.* Videlicet doctrinæ.

CAP. V. *De paralytico.*

Vers. 3. *Et* — Vers. 4. *jacebat.* Similia quoque his posuit Lucas [38]; Matthæus vero de tecto tacens, reliqua similiter retulit [39].

Vers. 5. *Intuitus — peccata tua.* Dictum est de his decimo tertio juxta Matthæum capite. Est autem paralyticus similiter quicunque animæ potentias ad virtutis opus habet immobiles. Quod si per quatuor evangelistas a terrenis elevetur, et demittatur, sive humilietur coram Christo, audiet et ipse : *Remissa sunt tibi peccata tua.*

Vers. 6. *Erant autem* — Vers. 7. *Deum?* Dictum est de his ibidem.

Vers. 8. *Et statim* — *eis.* Spiritum vocat hic divinitatem : tanquam Deus enim cognovit cogitationes eorum.

Vers. 8. *Ut quid hæc* — Vers. 9. *ambula?* Similiter et de hoc dictum est.

Vers. 10. *Ut* — Vers. 11. *domum tuam.* Et de his quoque data est prædicto capite interpretatio.

Vers. 12. *Et surrexit — vidimus.* Et hæc ibidem explanata sunt. Nunquam autem vidimus, videlicet ab alio, qui admiranda operaretur.

Vers. 13. *Et — eos.* Egressus est fugiens plausum de miraculo, et cupiens a turba separari.

CAP. VI. *De Levi publicano.*

Vers. 14. *Et præteriens — eum.* Levi hic est Matthæus ; erat enim binominis, de quo particularius dictum est decimo quarto capite Evangelii secundum Matthæum. Vide autem quomodo eos qui digni sunt eligat, quasi margaritas in luto jacentes.

Vers. 15. *Et factum est — eum.* Etiam de his omnibus in eo capite require.

Vers. 16. *Et* — Vers. 17. *ad pœnitentiam.* Etiam hæc in eo capite declarata sunt. Reprehendebant autem Christum, quasi nihil discriminis facientem inter sanctum et eum qui juxta legem profanus habebatur, non agnoscentes quod supra legis consuetudinem præstaret humanitatis gratiam. Lex siquidem pravum ejiciebat ; Christus vero immutabat.

[38] Luc. v, 18. [39] Matth. ix, 2.

Variæ lectiones et notæ.

(26) *Ad pœnitentiam*, quod Heutenius habet, neuter meorum agnoscit.

Digitized by Google

Ostendit ergo quod non quasi judex, sed quasi medicus advenerit; ideo etiam cum infirmis versabatur.

Vers. 18. *Et erant* — Vers. 20. *diebus.* Etiam de his invenies supradicto capite.

Vers. 21. *Et nemo* — *fit.* Et hæc quoque parabola eodem capite declarata est.

Vers. 22. *Nullus præterea* — *mittendum est.* De hac similiter parabola quære eodem capite.

Vers. 23. *Et factum est* — Vers. 24. *licet?* Quære de his circa finem vicesimi capitis in Evangelio secundum Matthæum.

† Qui post operationem in immobilitate animi constituti sunt, sermones decerpunt ab his quæ facta sunt, hisque pie aluntur; Sabbatum enim ad otium factum, immobilitatis animi signum est quemadmodum dies præcedentes, operationis, propter laborem.

Vers. 25. *Et* — Vers. 26. *erant?* Hanc quoque historiam eo loco quære.

Istum autem Abiathar Regum historia Achimelech vocat; liber autem Psalmorum Abimelech [60]. Manifestum ergo est quod binominis fuerit, utroque modo appellatus Achimelech vel Abimelech, quemadmodum et alii Hebræi. Cognomen vero Abiathar habuit a progenitoribus deductum. Ideo filius quoque ejus similiter Abiathar vocatus est.

31. *De lunatico.*
32. *De disputantibus, quis esset major.*
33. *De eo cui non permisit ut sequeretur.*
34. *De designatis septuaginta apostolis.*
35. *De tentante legisperito.*
36. *De eo qui inciderat in latrones.*
37. *De Martha et Maria.*
38. *De oratione*
39. *De ejecto dæmonio muto.*
40. *De muliere, quæ de turba vocem extulit.*
41. *De his qui signum petebant.*
42. *De Pharisæo qui Dominum invitavit.*
43. *De deploratione legisperitorum.*
44. *De fermento Pharisæorum.*
45. *De eo qui volebat dividere hæreditatem.*
46. *De divite cujus ager ferax fuit.*
47. *De Galilæis et iis qui in Siloe,* etc.
48. *De muliere contracta spiritum infirmitatis habente.*
49. *De parabolis.*
50. *De eo qui Dominum interrogabat, an pauci essent, qui salutem consequerentur.*
51. *De his qui suadebant, ut secederet propter Herodem.*
52. *De hydropico.*
53. *De non amandis primis accubitibus.*
54. *De invitatis ad cœnam.*
55. *De ædificatione turris parabola.*
56. *De centum ovibus parabola.*
57. *De duobus filiis, quorum junior luxuriose vixit.*
58. *De dispensatore iniquo.*
59. *De divite et Lazaro.*
60. *De decem leprosis.*
61. *De judice iniquo.*
62. *De Pharisæo et Publicano.*
63. *De divite, qui Dominum interrogavit.*
64. *De cæco.*
65. *De Zacchæo.*
66. *De homine qui profectus est, ut acciperet sibi regnum.*
67. *De his qui decem minas acceperunt.*
68. *De pullo.*
69. *De sacerdotibus et scribis ac scnioribus, qui Dominum interrogabant.*

Digitized by Google

ο'. *Περὶ τοῦ ἀμπελῶνος.* (XX, 9.) *Μθ. ν'. Μρ. λς'.*
οα. *Περὶ τῶν ἐγκαθέτων διὰ τὸν κῆνσον.* (XX, 20.) *Μθ. νβ'. Μρ. λζ'.*
οβ'. *Περὶ τῶν Σαδδουκαίων.* (XX, 27.) *Μθ. νγ'. Μρ. λη'.*
ογ'. *Ἐρώτησις πρὸς τοὺς Φαρισαίους, πῶς ἐστιν υἱὸς Δαυὶδ ὁ Χριστός.* (XX, 41.) *Μθ. νε'. Μρ. μ'.*
οδ'. *Περὶ τῆς χήρας τῆς τὰ δύο λεπτὰ βαλούσης.* (XXI, 1.) *Μρ. μα'.*
οε'. *Ἐρώτησις περὶ συντελείας.* (XXI, 7.) *Μθ. νζ'. Μρ. μβ'.*
ος'. *Περὶ τοῦ Πάσχα.* (XXII, 1.) *Μθ. ξγ'. Μρ. με'.*
οζ'. *Περὶ τῶν φιλονεικησάντων, τίς μείζων.* (XXII, 24.)
οη'. *Περὶ τῆς ἐξαιτήσεως τοῦ Σατανᾶ.* (XXII, 31.) *Μθ. ξζ'. Μρ. μζ'.*
οθ'. *Ἐξουθένησις Ἡρώδου.* (XXIII, 14.)
π'. *Περὶ τῶν κοπτομένων γυναικῶν.* (XXIII, 27.)
πα'. *Περὶ τοῦ μεταποιήσαντος λῃστοῦ.* (XXIII, 39.)
πβ'. *Περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ Κυριακοῦ σώματος.* (XXIII, 50.) *Μθ ξη'. Μρ. μη'. Ἰω. νη'.*
πγ'. *Περὶ τοῦ Κλεόπα.* (XXIV, 13.)

70. *De vinea.*
71. *De his qui Dominum interrogabant occasione census.*
72. *De Sadducæis.*
73. *Interrogatio Domini ad Judæos, quomodo dicant Christum filium esse David.*
74. *De vidua quæ duo minuta obtulit.*
75. *De consummatione.*
76. *De Pascha.*
77. *De contentione, quis esset major.*
78. *De expetitione Satanæ.*
79. *De contemptu Herodis.*
80. *De mulieribus Dominum plangentibus.*
81. *De latronis pœnitentia.*
82. *De petitione corporis Domini.*
83. *De Cleopa.*

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ.

Ὁ μακάριος Λουκᾶς, Ἀντιοχεὺς (1) μὲν ἦν τὸ (2) γένος, πᾶσαν δὲ τὴν ἐν λόγοις παίδευσιν μετελθών, καὶ τὴν ἰατρικὴν τῶν σωμάτων ἐκμαθών, ὕστερον καὶ τὴν ἰατρικὴν τῶν ψυχῶν κατώρθωσε· πρῶτα μὲν τῷ Χριστῷ φοιτήσας, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ σπέρ- C ματα τῆς εὐσεβείας ὑποδεξάμενος· (3) ἔπειτα δὲ Παύλῳ τῷ κορυφαίῳ συναρμοσθεὶς καὶ διαφερόντως οἰκειωθείς, καὶ γεγονὼς ἀκόλουθος αὐτῷ καὶ συνέκδημος, καθάπερ δὴ καὶ Πέτρου τοῦ κορυφαίου, Μάρκος.

Φασὶ δέ τινες, καὶ μᾶλλον (4) Ὠριγένης, ὅτι τοῖς ἑβδομήκοντα ἀποστόλοις καὶ Μάρκος καὶ Λουκᾶς, πρὸ τοῦ Δεσποτικοῦ σταυροῦ, συνηριθμήντο.

Μετὰ δὲ πεντεκαίδεκα χρόνους τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναλήψεως, ἐπιτραπεὶς παρὰ Παύλου, συνέγραψε τὸ Εὐαγγέλιον πρός τινα Θεόφιλον, πιστότατον καὶ θεοφιλέστατον, πολλὰ τῶν τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς σεσιωπημένων αὐτὸς ἀπομνημονεύσας.

Ἐπειδήπερ — πραγμάτων. Ἐνέφηνέ τινας ἐπιχειρήσαντας ἐν ἀναγράψασθαι (5) Εὐαγγέλιον, πόρρω δὲ τῆς ἀληθείας ἀποπλανηθέντας. Οὐ γὰρ περὶ Ματθαίου καὶ Μάρκου τοῦτό φησιν· *Οὗτοι γὰρ οὐκ ἐπεχείρησαν, ἀλλ' ἔγραψαν.* Περὶ τῶν πεπληροφορημένων δὲ, τουτέστι περὶ τῶν βεβαιωθέντων ἐν *Ἡμῖν*, τοῖς ἀληθέσι μαθηταῖς τοῦ Κυρίου, *Πραγμάτων.* Εἰσὶ δὲ ταῦτα αἵ τε πράξεις καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ, τὰ θαύματα καὶ τὰ διδάγματα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ ἔνσαρκος αὐτοῦ πολιτεία.

INTERPRETATIO EVANGELII LUCÆ.

Beatus Lucas Antiochensis fuit genere. Omnem autem sermonis disciplinam adeptus, medicinam etiam corporum didicit, ac postmodum animorum quoque medicinam assecutus est. Primum quidem Christo adhæsit, et ab eo pietatis semina suscepit. Postea vero Paulo duci conjunctus, maximeque familiaris effectus est, ac discipulus ejus, comesque itineris: quemadmodum et Marcus Petri cæterorum principis.

Dicunt autem quidam, et maxime Origenes, quod Marcus et Lucas ante Dominicam passionem inter septuaginta discipulos connumerati sunt.

Post quindecim vero annos a Salvatoris assumptione, permissu Pauli conscripsit Evangelium ad Theophilum fidelissimum Deique amantissimum. Multa autem, quæ ab aliis evangelistis silentio fuerant præterita, iste commemorat.

CAP. I. Vers. 1. *Quando quidem—rerum.* Demon- D strat, quosdam tentasse Evangelium conscribere, sed a veritate longe aberrasse. Non enim de Matthæo et Marco hoc dicit: *Hi enim non tentaverunt, sed scripserunt.* Certissima fide comprobata, hoc est, confirmata. *Nobis*, qui Christi sumus discipuli. *Rerum*; hæ autem sunt opera ac sermones ejus, miracula ac dogmata, jet, ut semel dicam, conversatio ejus in carne.

Variæ lectiones et notæ.

(1) Μὲν et mox δὲ omittit A.
(2) His similia leguntur apud Euseb. *Hist. eccles.* lib. III, cap. 4.
(3) Δεξάμενος A.
(4) Haud dubie tomo primo in Evangelium Matthæi, ut colligere licet ex Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 25.
(5) Εὐαγγέλια B.

Digitized by Google

Vers. 2. *Sicut — verbi.* A principio miraculorum et dogmatum. Hoc autem scribens ostendit, quod ipse illis posterior ad ipsum accessisset : ideoque hæc ab illis didicerat, qui semper cum Christo fuerant, ac singula viderant et audierant ; dicit autem eos discipulos, qui e duodenario fuerunt numero. Verbum vero intelligit hic Christum, qui ab his per incarnationem ac humanitatem visus est. Ministros quoque hos nominavit, utpote auditores et ad fidei prædicationem emissos.

Vers. 3. *Visum est — Theophile.* Assecutio hoc loco pro cognitione sumenda est. Cuncta videlicet opera Salvatoris ac sermones. Dicit ergo : *Visum est et mihi*, hoc est, Æquum apparuit mihi, qui cuncta a principio accurate cognovi, ordine tibi scribere. Deinde etiam scribendi causam addit.

† Hic senatorii erat ordinis, et fortassis præfectus. Strenui enim nomen ad præsides ac primates dicebatur : sicut et Paulus ait ad præsidem Festum : *Strenue Feste* [1]. Omnis etiam homo, qui Deum amat, sumpta adversus affectiones fortitudine, dici potest strenuus Theophilus ac dignus, qui doctrinam audiat evangelicam.

Vers. 4. *Ut — certitudinem.* Ut agnoscens, vehementius sermonum fidei certitudine rapiaris (*bb*) ; de quibus imbutus fueras, sive, de quibus edoctus es, ne te fallat narratio, quam multi tentaverunt retexere, sicuti superius declaratum est.

Vers. 5. *Fuit — Zacharias.* Patrem dicit Baptistæ. Primum autem admiranda exponit, quæ circa Præcursoris conceptum ac nativitatem acciderunt, demonstrans, quod statim ab exordio vitæ dignus erat, qui Christum annuntiaret, populoque demonstraret.

Quia vero ea narraturus est quæ apud Judæos contigerunt, merito quoque ponit præ oculis tempus Herodis regis, ut et tempus illarum rerum fiat manifestum. Herodem autem intelligit eum, qui infantes occidit, patrem illius Herodis, qui Præcursorem interemit.

Vers. 5. *Ex vice Abia.* Vicem appellabant hebdomadarium ministerium. Tunc siquidem duo erant templi sacerdotes sibi mutuo succedentes. Abia videlicet et Barachias. Ex vice igitur Abia, sive, post vicem Abia, id est, succedens ipsi Abia.

Vers. 5. *Et — Aaron.* E posteris Aaron. Demonstravit ergo, quod Præcursor a sacerdotali descendit tribu, non secundum patrem tantum, sed etiam secundum matrem : et utrinque sacerdotalis erat.

[1] Act. xxvi, 25.

Καθὼς — λόγου. Ἀπ' ἀρχῆς τῶν θαυμάτων καὶ τῶν δογμάτων. Τοῦτο δὲ γράψας, ἔδειξεν ὅτι αὐτὸς ὕστερος ἐκείνων ἐφοίτησεν αὐτῷ· διὸ καὶ παρ' αὐτῶν ἔμαθε ταῦτα, διὰ παντὸς συνόντων τῷ Χριστῷ, καὶ ὁρώντων καὶ ἀκουόντων ἕκαστα· λέγει δὲ τοὺς τῆς δωδεκάδος τῶν μαθητῶν. Λόγον δὲ τὸν Χριστὸν ἐνταῦθά φησιν, ὁραθέντα τούτοις διὰ τῆς ἀνθρωπήσεως· ὑπηρέτας δὲ τούτους ὠνόμασεν, ὡς ὑπηκόους, καὶ ὡς ἀποσταλέντας εἰς τὸ κήρυγμα τῆς πίστεως.

Ἔδοξε — Θεόφιλε. Παρακολουθήσιν τὴν γνῶσιν ὁπολῃπτέον ἐπὶ τοῦ παρόντος ῥητοῦ. *Πᾶσι* δὲ, τοῖς ἔργοις καὶ λόγοις δηλονότι τοῦ Σωτῆρος. *Ἄνωθεν* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἀπ' ἀρχῆς αὐτῶν. Λέγει τοῦν ὅτι *Ἔδοξε κἀμοὶ*, τουτέστιν, ἀρεστὸν ἐφάνη, γνόντι ἀπ' ἀρχῆς πάντα πρὸς ἀκρίβειαν, καθεξῆς σοι γράψαι. Εἶτα προστίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς γραφῆς.

†† [Οὗτος (6) συγκλητικὸς ἦν καὶ ἄρχων ἴσως. Τὸ γὰρ *κράτιστος* ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων ἐλέγετο. Ὡς καὶ ὁ Παῦλός φησι πρὸς τὸν ἡγεμόνα Φῆστον, *Κράτιστε Φῆστε*. Καὶ πᾶς δὲ ἄνθρωπος θεοφιλὴς, καὶ κράτος κατὰ τῶν παθῶν ἀναδεξάμενος, Θεόφιλός ἐστι κράτιστος, ὅ; καὶ ἄξιος τῷ ὄντι ἐστὶν ἀκούειν τοῦ Εὐαγγελίου.]

Ἵνα — ἀσφάλειαν. Ἵνα ἐπιγνῷς, ἵνα πλέον κατάσχῃς τὴν ἀσφάλειαν τῶν λόγων τῆς πίστεως, περὶ ὧν κατηχήθης, ἤγουν περὶ ὧν ἐδιδάχθης, ὥστε μὴ σφάλλεσθαί σε τῇ διηγήσει, ἣν πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται.

Ἐγένετο — Ζαχαρίας. Τὸν πατέρα λέγει τοῦ Βαπτιστοῦ. Προεκτίθεται δὲ τὰ κατὰ τὴν σύλληψιν καὶ γέννησιν τοῦ Προδρόμου παράδοξα, παριστῶν ὅτι εὐθὺς ἐκ προοιμίων τῆς ζωῆς ἀξιόπιστος ἦν, καταγγέλλων καὶ ὑποδεικνύων τὸν Χριστὸν τῷ λαῷ.

Ἐπεὶ δὲ (7) περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις γεγενημένων διηγήσασθαι μέλλει, παρασημειοῦται τὸν καιρὸν τῆς Ἡρώδου βασιλείας εἰκότως, ἵνα γένηται δῆλος καὶ ὁ χρόνος αὐτῶν (8). Ἡρώδην δὲ νέει τὸν βρεφοκτόνον, τὸν πατέρα Ἡρώδου, τοῦ ἀναλόντος τὸν Πρόδρομον.

Ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά. Ἐφημερίαν ἐκάλουν τὴν ἑβδομαδιαίαν λειτουργίαν. Δύο γὰρ ἦσαν τότε ἱερεῖς τοῦ ναοῦ, ἀλλήλων διάδοχοι, Ἀβιὰ καὶ Ζαχαρίας (9). Ἐξ ἐφημερίας οὖν Ἀβιά, ἤγουν μετὰ τὴν ἐφημερίαν Ἀβιὰ, τουτέστι, διάδοχος τοῦ Ἀβιά.

Καὶ — Ἀαρών. Ἐκ τῶν ἀπογόνων τοῦ Ἀαρών. Ἔδειξεν οὖν ὅτι ὁ Πρόδρομος ἐκ τῆς ἱερατικῆς κατήγετο φυλῆς οὐ κατὰ τὸν πατέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν μητέρα, καὶ ἀμφοτέρωθεν ἱερατικὸς ἦν.

Variæ lectiones et notæ.

(6) Hæc neuter meorum agnoscit. Edidit hæc ex margine sui codicis Henteuius. Repetita sunt ex Theophylacto, p. 293, C.

(7) Τῶν, etiam ante περὶ, habet A.

(8) Αὐτῶν, ex correctione B. Αὐτοῦ. A.

(9) Βαραχίας Henteuius.

(*bb*) *Ut — rapiaris.* In Græco expedita sunt omnia. Ut cognoscas, ut magis (firmius) complectaris certitudinem sermonum fidei. Interpres videtur legisse. Ἵνα ἐπιγνοὺς πλεονάσῃς τῇ ἀσφαλείᾳ. Sed ea, quam nos edidimus verior est haud dubie lectio.

Digitized by Google

A *Καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ.* Προσέθηκε καὶ τοῦτο χάριν ἀκριβείας.

Ἦσαν — Θεοῦ. Δικαίους (10) νῦν, τοὺς ἐναρέτους λέγει. [Ἦσαν δὲ δίκαιοι οὐχ ἐνώπιον (11) τῶν ἀνθρώπων,] ἀλλ' ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἔχοντες ἔφορον τῆς δικαιοσύνης αὐτῶν. Αὕτη γὰρ ἀληθὴς δικαιοσύνη.

Πορευόμενοι — ἄμεμπτοι. Τὰς νομικὰς ἐντολὰς ὠνόμασε καὶ δικαιώματα, ὡς δικαιοσύνης μεστὰς, καὶ ὡς δικαιούσας τοὺς μετιόντας αὐτάς.

Καὶ οὐκ — προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν. Προβεβηκότες, ἤτοι γεγηρακότες.

B †† Αἱ (12) τῶν δικαίων γυναῖκες, καὶ αἱ δίκαιαι, πολλάκις ἄτεκνοι, ἵνα σὺ μάθῃς, ὅτι ὁ νόμος οὐκ ἀπαιτεῖ πολυτεκνίαν σωματικὴν, ἀλλὰ πνευματικήν.

Ἐγένετο — θυμιάματος. [Ἔλαχεν· οὗτος (13) ὁ καιρὸς ἡ δεκάτη τοῦ ἑβδόμου μηνὸς ἦν, ὡς ὁ νόμος ἐκέλευεν. Ἐν τῷ μηνὶ γὰρ, φησὶ, τῷ ἑβδόμῳ τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ταπεινώσατε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς, ὅσα περὶ τῆς ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γενομένης εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσόδου τοῦ ἀρχιερέως ἐκεῖ διηγόρευται. Ἕβδομος δὲ παρ' Ἑβραίοις, ὁ παρ' ἡμῖν Σεπτέμβριος, καθ' ὃν καὶ (14) ἡ Ἐλισάβετ συνέλαβε τὸν Πρόδρομον.]

Ἔσω μὲν ἦν τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος· ἔξω δὲ τὸ θυσιαστήριον τῶν προσφερομένων ζώων, καὶ τῶν ἄλλων καρπωμάτων. Ἐκ δεξιῶν δὲ ἵστατο, ὡς δεξιὰ καὶ ἀγαθὰ μέλλων ἀπαγγεῖλαι.

C *Καὶ — αὐτόν.* Ἐταράχθη, ὑποπτεύσας ἤδη ἀποθανεῖν.

Εἶπε — Ζαχαρία. Πρῶτον ἐκβάλλει τὸν φόβον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ἵνα χωρὶς ταραχῆς ἀκούσῃ, καὶ προσέξει τοῖς αὐτοῦ λόγοις· εἰπὼν δὲ ὅτι *Μὴ φοβοῦ*, ἐνέφηνεν ὅτι Χαῖρε· εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς χαρᾶς.

Διότι — σου. Ἡ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ λαοῦ. Ὑπὲρ ταύτης γὰρ καθεκάστην οἱ ἱερεῖς ἐδέοντο. Εἰσηκούσθη δὲ, ὡς μέλλοντος ἤδη τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρωπῆσαι, καὶ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Εἰς ἀπόδειξιν δὲ καὶ βεβαίωσιν τοῦ εἰσακουσθῆναι τὴν δέησιν αὐτοῦ φησι·

D *Καὶ ἡ γυνή — σοι.* Χρησιμεύοντα καὶ τοῦτον πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ λαοῦ. Ἔμελλε γὰρ ὑποδεῖξαι τῷ λαῷ τὸν Σωτῆρα. Καὶ ἐπείπερ ἡ μετάνοια προηγεῖται τῆς σωτηρίας, ἔδει τὸν κήρυκα τῆς μετανοίας προδραμεῖν τοῦ δωρουμένου τὴν σωτηρίαν. Διὸ καὶ γεννᾶται πρῶτον ὁ Πρόδρομος.

Καὶ καλέσεις — Ἰωάννην. Ὡς κεχαρισμένον ἐκ κοιλίας μητρὸς, εἴτουν, πεφιλημένον Θεῷ, ἢ ὡς χα-

Vers. 6. *Et nomen ejus Elisabeth.* Addidit et hoc diligentiæ causa.

Vers. 6. *Erant — Deo.* Justos dicit nunc, virtuti deditos. Erant autem justi, non coram hominibus, sed coram Deo, hunc habentes suæ justitiæ inspectorem : hæc enim est vera justitia.

Vers. 6. *Incedentes — absque reprehensione.* Legalia præcepta vocavit etiam justificationes, utpote justitiæ plenas : et quæ incedentes in ipsis justificarent.

Vers. 7. *Et non — processerant in diebus suis. Processerant*, hoc est, Senuerant et provectæ erant ætatis.

† Sæpenumero justorum uxores, etiam justæ, liberis caruerunt, ut hinc discas, legem non exigere carnalem propagationem, sed spiritualem.

Vers. 8. *Factum est* — Vers. 11. *thymiamatis.* †† Sortitus est. Tempus hoc erat dies decima mensis septimi, uti lex jubebat [a]. Mense enim, inquit, septimo, decima mensis die, demittite mentes vestras, et reliqua, quæ de introitu summi sacerdotis in Sancta sanctorum semel quotannis facto ibi præcepta sunt. Septimus autem apud Hebræos, apud nos est September, quo mense etiam Elisabeth concepit Præcursorem.

Intus erat altare thymiamatis : extra vero altare, super quod offerebantur animalia et oblationes. A dextris autem stetit, ut qui prospera et bona nuntiaturus venerat.

Vers. 12. *Et — eum.* Turbatus est, suspicatus, se protinus moriturum.

Vers. 13. *Dixit — Zacharia.* Primum abjecit animi illius timorem, ut sine turbatione audiret, et animum adverteret ipsius sermonibus. Dicens autem, *Ne timeas*, innuit, ut gaudeat ; deinde causam quoque ponit gaudii.

Vers. 13. *Quia — tua.* Quam pro salute populi fudisti. Pro hac enim sacerdotes quotidie precabantur. Exaudita est autem, eo quod jam Salvator sit humanitatem suscepturus, et populum suum a peccatis eorum salvum facturus. Ad demonstrationem vero et confirmationem, quod ejus oratio exaudita esset, ait :

Vers. 13. *Et uxor — tibi.* Et hunc utilem ad populi salutem. Ostensurus enim erat populo Salvatorem. Nam quia pœnitentiam præcedere oportet ad salutem, opus etiam erat, ut pœnitentiæ prædicator eum præcederet, qui salutem erat collaturus. Ideo quoque primum nascitur Præcursor.

Vers. 13. *Et vocabis — Joannem.* Utpote a ventre matris gratia donatum, sive a Deo amatum. Vel

[a] Levit. xvi, 29.

Variæ lectiones et notæ.

(10) Δέ, ante νῦν, addit B.
(11) Quæ hic inclusa sunt, absunt a cod. A
(12) Quod hic addit scholium interpres, mei non agnoscunt. Est autem ex Theophylacto, p. 299 F desumptum.
(13) Hoc scholio, quod uterque meus in margine habet, caret Hentenius.
(14) Ἡ omittit A.

Digitized by Google

tanquam causam gratiæ suis parentibus, multisque aliis, ve'uti postea manifestum erit. Joannes enim Hebraicum nomen est, quod si quis ad Latinam vocem interpretetur, sonat *gratia* vel *gaudium*.

Vers. 14. *Et erit — exsultatio.* Qui talis pueri factus sis pater, cujus et conceptus, et quæ sequentur, supernaturalia erunt ac admiranda, sicut in sequentibus patebit.

Vers. 14. *Multique — gaudebunt.* Non cognati solum et vicini, verum etiam, quibuscunque divinitus innotuerit, quod ministerium ipse sit expleturus.

Vers. 14. *Erit — Domino.* Magnus apud Deum, quia magnus virtutibus.

Vers. 15. *Et vinum — bibet.* Sicera vocabatur, quidquid in modum vini inebriare poterat : maxime vero potio a palmarum fructu confecta.

Vers. 15. *Et spiritu — sanc.* Postquam per vini ac siceræ (*cc*) abstinentiam de suaviuin rerum abstinentia fecit certiorem, ubi etiam ab hoc innuit durum conversationis ejus exercitium, docuitque, quod magnus futurus erat coram Domino : ad firmam deinceps persuasionem dicit id, quod majus est, videlicet, quod a puero induetur virtute ex alto, prævidente Deo conversationem ejus et in quod divinum vas erat evasurus.

Vers. 16. *Multosque — ipsorum.* Qui ab eo persuasi confugient ad Christum : hunc enim vocat hic Dominum Deum.

Vers. 17. *Et — eo.* Præcurret coram eo, prædicans pœnitentiam et annuntians adventum ejus.

Vers 17. *In — Eliæ.* Spiritum appellavit, gratiam spiritualem : virtutem autem, efficaciam. Dicit ergo quod gratiam quoque et efficaciam habebit Eliæ, quas videlicet habebit Elias præcurrens secundum Christi adventum : et hic nunc faciet, quæ postmodum facturus est Elias. Apponit autem et quæ futura sit ejus virtus, sive potentia.

Vers. 17. *Ut convertat — filios.* Prophetavit hoc et Malachias, et accurate declaratum est vicesimo capite Evangelii juxta Matthæum, ubi dicitur : *Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus erat.* [a].

Vers. 17. *Et — justorum.* Hos eosdem dicit inobedientes, quia ad id usque tempus fuerant inobedientes. Convertet ergo hos ad prudentiam bonorum, ad intelligentiam perfectorum.

Vers. 18. *Ut paret — præparatam.* Præparatam per pœnitentiam : vel præparatam ad salutis susceptionem.

Vers. 18. *Dixitque — suis.* Ad senectutem ac naturæ imbecillitatem, verum non attenta Dei

ρᾶς αἴτιον τοῖς τε γεννήτορσι καὶ ἄλλοις πολλοῖς· ὡς ἐφεξῆς γενήσεται δῆλον. Ἰωάννης γὰρ Ἑβρϊκὸν μέν ἐστιν ὄνομα, μεθερμηνευόμενον δὲ πρὸς τὴν Ἑλληνίδα φωνήν, σημαίνει χάριν ἢ χαράν.

Καὶ ἔσται — ἀγαλλίασις. Γεγονότι πατρὶ τοιούτου παιδὸς, οὗ καὶ ἡ σύλληψις καὶ τὰ ἐξῆς ὑπερφυῆ καὶ παράδοξα, καθὼς εὑρήσομεν προϊόντες.

Καὶ πολλοὶ — χαρήσονται. Οὐ μόνον συγγενεῖς καὶ οἰκεῖοι, ἀλλὰ καὶ ὅσοις ἀπεκαλύφθη θεόθεν, ἣν ἔμελλεν ἀνύειν διακονίαν.

Ἔσται —Κυρίου. Μέγας παρὰ Θεῷ, ὡς μέγας ταῖς ἀρεταῖς.

Καὶ οἶνον — πίῃ. Σίκερα ἐκαλεῖτο πᾶν τὸ παρὰ τὸν οἶνον μέθυσμα, μάλιστα δὲ τὸ ἐκ φοινίκων ἐσκευασμένον.

Καὶ πνεύματος — αὐτοῦ. Διὰ τῆς ἀποχῆς τοῦ οἴνου καὶ τοῦ σίκερα προμηνύσας τὴν ἀποχὴν τῶν ἡδέων, καὶ παραστήσας ἐνταῦθεν τὴν σκληραγωγίαν τῆς διαίτης αὐτοῦ, καὶ διδάξας ὅτι μέγας ἔσται κατὰ Θεὸν, λοιπὸν εἰς πληροφορίαν λέγει καὶ τὸ μεῖζον, ὅτι ἐκ βρέφους ἐνδύσεται τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, προειδότος τοῦ Θεοῦ τὴν πολιτείαν, ᾗ χρήσεται, καὶ οἷον ἀποδήσεται σκεῦος.

Καὶ πολλοὺς — αὐτῶν. Ὅσοι πεισθέντες αὐτῷ προσίδρυμον τῷ Χριστῷ. Τοῦτον γὰρ ἐνταῦθα καλεῖ Κύριον καὶ Θεόν.

Καὶ — αὐτοῦ. Προδραμεῖται ἔμπροσθεν αὐτοῦ, κηρύσσων μετάνοιαν, καὶ καταγγέλλων τὴν παρουσίαν αὐτοῦ.

Ἐν — Ἠλίου. Πνεῦμα μὲν ὠνόμασε τὸ πνευματικὸν χάρισμα· δύναμιν δὲ τὴν ἐνέργειαν. Λέγει γοῦν ὅτι καὶ τὸ χάρισμα καὶ τὴν ἐνέργειαν ἕξει τοῦ Ἠλίου, ἅπερ Ἠλίας ἕξει, προτρέχων τῆς δευτέρας παρουσίας Χριστοῦ. Καὶ ποιήσει οὗτος νῦν, ἅπερ Ἠλίας ὕστερον. Προστίθησι δὲ καὶ τίς ἐστιν ἡ δύναμις αὕτη.

Ἐπιστρέψαι — τέκνα. Προεφήτευσε τοῦτο καὶ Μαλαχίας, καὶ ἡρμηνεύθη σαφῶς ἐν τῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ἔνθα κεῖται τό· *Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.*

Καὶ — δικαίων. Τοὺς αὐτοὺς λέγει καὶ ἀπειθεῖς, ὡς ἄχρι τότε μὴ πεισθέντας. Ἐπιστρέψει οὖν αὐτοὺς, εἰς φρόνησιν ἐναρέτων, εἰς σύνεσιν τελείων.

Ἑτοιμάσαι — κατεσκευασμένον. Κατεσκευασμένον τῇ μετανοίᾳ, ἢ κατεσκευασμένον εἰς ὑποδοχὴν σωτηρίας.

Καὶ εἶπε — αὐτῆς. Πρὸς τὸ γῆρας καὶ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ

[a] Matth. xi, 14.

Variæ lectiones et notæ.

(*cc*) De vocabulo σίκερα ita habet Chrysost. t. VI, p. 57 : Σίκερα ἐνταῦθά φησι τῶν φοινίκων τὸν ἀπὸν, ὃν ἐπετήδευον, συντρίβοντες τὸν καρπὸν καὶ καταθλῶντες, εἰς οἴνου μετασχηματίζειν φύσιν. Καρωτικὸν δέ ἐστι τὸ τοιοῦτον, καὶ μέθη. Adde Theophyl. p. 501.

Digitized by Google

Θεοῦ βλέψας, οὐκ εὐχερῶς παρεδέξατο τὴν ἐπαγγε- A
λίαν τῆς γονῆς.

Καὶ ἀποκριθεὶς — ταῦτα. Ποῖα; ἡ γέννησις, δηλαδὴ, καὶ ἡ κλῆσις τοῦ ὀνόματος.

Ἀνθ' ὧν — μου. Τοῖς περὶ τούτων.

Οἵτινες — αὐτῶν. Εἰς τὸν καιρὸν τῆς γεννήσεως καὶ τῆς κλήσεως. Ὅρα δὲ, ὅτι διὰ τὴν φωνὴν τῆς ἀπιστίας ἐπισχέθη τὴν φωνήν.

Καὶ — Ζαχαρίαν. Ἀπεκδεχόμενος (15).

Καὶ — κωφός. Οὐ μόνον γὰρ ἐπισχέθη τὴν φωνὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀκοὴν, ὡς μετὰ ἀπιστίας καὶ ἀκούσας καὶ φωνήσας. Προεμήνυε δὲ ἡ τοῦ γηραιοῦ ἱερέως σιγὴ τὴν τῆς παλαιᾶς ἱερωσύνης καὶ λα- B
τρείας σιγήν.

Καὶ ἐγένετο — αὐτοῦ. Χρὴ γὰρ τὸν ἱερέα παντελῶς ἀπέχεσθαι τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς λειτουργίας αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος ὑπαγορεύει θεσμός. Πληρώσας δὲ ταύτας ὁ Ζαχαρίας λοιπὸν συνῆλθε τῇ γαμετῇ αὐτοῦ διὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς γονῆς, παιδευθεὶς τῇ πληγῇ τῆς σιωπῆς πιστεύειν τοῖς τοῦ ἀγγέλου ῥήμασι.

Καὶ — πέντε. Αἰδουμένη τὴν γηραιὰν καὶ ἔξωρον κυοφορίαν, ἕως οὗ (16) καὶ ἡ Παρθένος συνέλαβε.

Λέγουσα — ἀνθρώποις. Ὅτε ηὐδόκησεν ἀφελεῖν τὸ ἐν ἀνθρώποις ὄνειδός μου, τὸ ἐπὶ τῇ ἀτεκνίᾳ. Παρ' C
Ἑβραίοις μὲν γὰρ ὄνειδος ἦν ἡ ἀκαρπία τοῦ σώματος, οἷα σωματικωτέροις· παρὰ δὲ Χριστιανοῖς ὄνειδος ἡ ἀκαρπία τῆς ψυχῆς, οἷα πνευματικωτέροις.

Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ — Μαριάμ. [Γρηγορίου Νύσσης· Ἐν (17) ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ὁ εὐαγγελισμὸς τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος γέγονε, καθ' ὃν ἡ νὺξ ἐπὶ τὸ ἀκρότατον μῆκος προελθοῦσα, μειοῦσθαι καὶ ὑποῤῥέειν ἄρχεται, τῆς ἡμέρας λοιπὸν αὐξανομένης καὶ προκοπτούσης, ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ τὸ σκότος τῆς ἀσεβείας καὶ τῆς ἁμαρτίας ἄχρι τότε φθάσαν εἰς μέγεθος κακίας καὶ κορυφωθὲν, ἔκτοτε ἀνεκόπη, καὶ πρὸς ἔκλειψιν καὶ ἀφανισμὸν ἠλαύνετο, τοῦ φωτὸς ἤδη τῆς εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς νικῶντος καὶ πλεονάζοντος.] D

Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ τῆς κυοφορίας, ὅτε ἡ γαστὴρ ὠγκώθη τῆς Ἐλισάβετ.

Μεμνηστευμένη δὲ ἦν ἡ Παρθένος, ἵνα λάθῃ τὸν διάβολον ἡ γέννησις τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ ἤκουε τῶν προφητῶν καταγγελλόντων, ὅτι ἐκ παρθένου γεννηθῆναι μέλλει· καὶ διὰ τοῦτο παρετήρει τὰς παρθένους, ἵνα οἵαν ἴδῃ κυοφορουσαν, περὶ ταύτην παγίδας καταπήξῃ τῆς κακοτεχνίας αὐτοῦ. Λοιπὸν

virtute, tardus erat ad suscipiendam fœtus promissionem.

Vers. 19. *Et respondens — hæc.* Quænam? nativitas videlicet, ac nominis impositio.

Vers. 20. *Eo quod — meis.* Quæ de his erant rebus.

Vers. 20. *Quæ — suo.* Tempore videlicet nativitatis ac nominis impositionis. Vide autem, quod propter vocem incredulitatis retenta ac cohibita est illi vox.

Vers. 21. *Et — Zachariam.* †† Exspectans.

Vers. 21. *Et* — Vers. 22. *mutus.* Κωφὸς (pro quo hic habemus *mutum*) significat etiam surdum. Neque enim sola vox illi ablata est, sed et auditus, eo quod cum incredulitate audisset ac locutus fuisset. Significabat autem silentium sacerdotis senis, veteris sacerdotii, cultusque taciturnitatem.

Vers. 23. *Et factum* — Vers. 24. *ejus.* Oportebat namque sacerdotem omnino abstinere a propria uxore in diebus ministerii sui : hoc enim et divina lex præcepit. His autem completis, congressus est Zacharias cum uxore sua propter promissum fœtum, silentii flagello edoctus, ut angelicis verbis crederet.

Vers. 24. *Et — quinque.* Erubescens, eo quod esset senior ac intempestiva, quæ prægnans fieret, donec virgo etiam concepit.

Vers. 25. *Dicens* — Vers. 25. *homines.* Quando beneplacuit, ut auferret opprobrium meum, quod apud homines erat, eo quod prole carerem. Apud Hebræos siquidem probro dabatur corporum sterilitas, utpote qui magis carnales erant ac corporales ; apud Christianos vero probro datur animarum sterilitas, tanquam magis spirituales.

Vers. 26. *Sexto autem mense* — Vers. 27. *Maria.* †† Gregorii Nysseni : Illo tempore nuntiatus est adventus Servatoris, quo nox extremam longitudinem nacta, minui, et paulatim evanescere incipit, cum jam dies augeatur ac ulterius procedat ; ut discus tenebras impietatis et peccatorum eo usque progressus ad magnitudinem improbitatis ac cumulatas, exinde tolli atque adeo deficere et evanescere, cum jam pietatis et virtutis lux vincat et abundet.

Sexto mense, postquam prægnans effecta fuerat Elizabeth, cum ejus uterus intumesceret.

Desponsata autem erat Virgo, ut diabolum lateret Christi nativitas. Audierat enim prophetas annuntiasse, quod esset e virgine nasciturus ; ideoque virgines observabat, ut si quam in utero gestare videret, circa hanc fraudulentiæ suæ laqueos apponeret. Placuit itaque Deo, ut Virgo, quæ in habita-

Variæ lectiones et notæ.

(15) Apud Hentenium, hoc vocabulo prætermisso textus junctus est.

(16) Καὶ abest A.

(17) Hæc uterque meus in margine habet. Caret iis Hentenius.

Digitized by Google

culum suum segreganda erat, viro desponsata esset, ut hac relicta, indesponsatas improbus ille observaret. Dictum est autem de sponso Matris Dei in Prœmio Evangelii juxta Matthæum.

Quod vero additur : *De domo David*, intelligitur et de Virgine et de Joseph. Nam et hæc, et ille e gente David descenderant.

Vers. 28. *Et ingressus — tecum.* Gaudium hoc Evæ solvit maledictionem. Illa siquidem jussa est habere mœrorem (nam id proprie significat λύπη vocabulum, quod Geneseos tertio capite in ærumnas et dolorem vertitur); hæc autem gaudium, quod mœrori contrarium est : Gaude, inquit, utpote inter omnes virgines in Dei Matrem electa. Gratiosam vero nominavit illam, tanquam videlicet gratia supernaturali dignam : *Dominus tecum*, hoc est, Deus in te est.

Vers. 28. *Benedicta — mulieribus.* Hoc est, laudata, beata.

Vers. 29. *Illa vero — ejus.* Timuit, ne forte dolosus esset.

Vers. 29. *Et — illa salutatio.* Utrum divina, an a dæmone. Salutationem autem dicit, compellationem.

Vers. 30. *Et ait — Deum.* Benevolentiam, familiaritatem.

Vers. 31. *Et ecce* — Vers. 32. *Magnus.* Magnus, propter magnitudinem operum ac sermonum suorum.

Vers. 32. *Et Filius — vocabitur.* Erat quidem Filius Altissimi : ita autem postea etiam vocatus est ab his, qui in ipsum crediderunt.

Vers. 32. *Et dabit — patris ipsius.* Thronum, sive regnum et potestatem super Hebræos.

Vers. 33. *Et regnabit — finis.* Populus Dei quandoque Israel vocatur, interdum vero Jacob. Unus enim idemque homo et Israel et Jacob erat. Et natura quidem Jacob vetus erat populus, utpote a Jacob per sanguinis cognationem descendens : adoptione vero, Israel novus erat populus ; nam pro veteri inductus est novus populus. Super hunc itaque novum populum regnabit in æternum, id est, semper, qui videlicet ex operibus ac sermonibus ipsum agnovit, seseque illi voluntarie subdidit. Christus siquidem, et in quantum Deus, rex erat : *Regnum*, inquit, *meum non est ex hoc mundo* [1] ; et in quantum homo : habebat enim regis opera, puta subditis leges condere, dirigere, excolere, ac pro eis morti sese exponere : nam hæc potissimum eum, qui rex est, insigniunt.

Ista autem dicta sunt etiam capite primo Evangelii secundum Matthæum, ubi habetur : *Qui regat* (sive *pascat*) *populum meum Israel* [2].

Vers. 34. *Dixit — cognoscam.* Quomodo erit hoc,

A οὖν ὁ Θεὸς εὐδοκήσε μνηστευθῆναι ἀνδρὶ τὴν ἀφορισθεῖσαν εἰς κατοικητήριον αὐτοῦ Παρθένον, ἵνα, ταύτης ὁ πονηρὸς ἀποστᾷ, τὰς ἀμνηστεύτους παρατηρῇ. Εἴρηται δὲ περὶ τοῦ μνηστῆρος τῆς Θεομήτορος ἐν προοιμίοις τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου.

Τὸ δὲ *Ἐξ οἴκου Δαυΐδ*, νοεῖται καὶ περὶ τῆς Παρθένου, καὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ. Καὶ αὕτη γὰρ κἀκεῖνος ἐκ γένους τοῦ Δαυΐδ κατήγοντο.

Καὶ εἰσελθὼν — μετὰ σοῦ. Αὕτη ἡ χαρὰ τὴν ἀρὰν ἔλυσε τῆς Εὔας. Ἐκείνη μὲν γὰρ ἐκελεύσθη λύπην ἔχειν, αὕτη δὲ χαράν, τῆς λύπης ἀντίπαλον. Χαῖρε, φησίν, ὡς ἐκλεγεῖσα παρὰ πάσας τὰς παρθένους εἰς Μητέρα Θεοῦ. Κεχαριτωμένην δὲ αὐτὴν ὠνόμασεν ὡς χάριτος ἀξιωθεῖσαν ὑπερφυοῦς· τὸ δὲ *Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ Θεὸς ἐν σοί.

B *Εὐλογημένη — γυναιξί.* Εὐφημητή, μακαρία.

Ἡ δὲ — αὐτοῦ. Ἐφοβήθη μήποτε δολερός ἐστι.

Καὶ — ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Πότερον θεῖος, ἢ δαιμόνιος. Ἀσπασμὸν δὲ λέγει τὴν (18) προσαγορίαν.

Καὶ εἶπεν — τῷ Θεῷ. Εὐμένειαν, οἰκείωσιν.

Καὶ ἰδοὺ — μέγας. Μέγας διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἔργων καὶ λόγων αὐτοῦ.

Καὶ Υἱὸς — κληθήσεται. Ἦν μὲν Υἱὸς Ὑψίστου· ἐκλήθη δὲ (19) τοῦτο καὶ ὕστερον παρὰ τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτόν.

C *Καὶ δώσει πατρὸς — αὐτοῦ.* Τὸν θρόνον, ἤτοι τὴν βασιλείαν, τὴν ἐπὶ τοὺς Ἑβραίους ἐξουσίαν.

Καὶ βασιλεύσει — τέλος. Ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ ποτὲ μὲν Ἰσραὴλ καλεῖται, ποτὲ δὲ Ἰακώβ. Ὁ αὐτὸς γὰρ ἦν καὶ Ἰσραὴλ καὶ Ἰακώβ. Καὶ φύσει μὲν Ἰακὼβ ἦν ὁ παλαιὸς λαός, ὡς ἐξ Ἰακὼβ, κατὰ τὴν ἐξ αἵματος συγγένειαν· θέσει δὲ Ἰακὼβ ὁ νέος λαός, κατὰ τὴν ἐξ ἀρετῆς συγγένειαν. Ἀντεισήχθη γὰρ ὁ νέος τοῦ παλαιοῦ. Λοιπὸν οὖν ἐπὶ τοῦτον τὸν λαὸν βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας, ἤγουν ἀεί, ἐκ τε τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων ἐπιγνόντα αὐτὸν, καὶ ἑκουσίως ὑποτεταγμένον αὐτῷ. Ὁ γὰρ Χριστὸς ἦν μὲν βασιλεὺς καὶ ὡς Θεός· *Ἡ βασιλεία*. γὰρ φησιν, *ἡ ἐμὴ, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου* · ἦν δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος. Εἶχε γὰρ ἔργα βασιλέως τὸ νομοθετεῖν τοῖς ὑπηκόοις αὐτοῦ, τὸ ῥυθμίζειν, τὸ περιέπειν, τὸ ὑπεραποθνήσκειν αὐτῶν, ἃ μάλιστα χαρακτηρίζουσι τὸν ἀληθῶς βασιλέα.

D Εἴρηται δὲ ταῦτα καὶ ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ἔνθα κεῖται τό· *Ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.*

Εἶπε — γινώσκω. Πῶς ἔσται τοῦτο, δηλαδὴ τὸ

[1] Joan. xviii, 36 [2] Matth. ii, 6.

Variæ lectiones et notæ.

18) Ita uterque. Corrigendum προσηγορίαν. Scribendum videntur in mente habuisse προσανόρευσιν.

(19) Δὲ καὶ τοῦτο ὕστερον B.

Digitized by Google

συλλαβεῖν ἐν γαστρὶ, καὶ τεκεῖν υἱόν; Ἠπίστησε μὲν οὖν καὶ αὕτη, καθάπερ ὁ Ζαχαρίας, οὐχ ὑπεβλήθη δὲ τῆς ἀπιστίας ἐπιτιμίῳ· διότι ἐκεῖνος μὲν εἶχε παραδείγματα πολλὰ τῆς ἐν γήρει παιδοποιίας, τὴν Σάῤῥαν, τὴν Ῥεβέκκαν, τὴν Ῥαχὴλ, τὴν Ἄνναν· ἡ δὲ παρθένος οὐδὲ ἕν. Οὐδεμία γὰρ παρθένος ἕως αὐτῆς ἄνευ ἀνδρὸς συνέλαβε καὶ ἔτεκε (20).

Καὶ ἀποκριθεὶς — ἐπὶ σέ. [Πνεῦμα (21) ἅγιον· Πνεῦμα μὲν ἅγιον, καθαῖρον ἐπὶ πλέον, καὶ ἁγιάζον· δύναμις δὲ Ὑψίστου, παρασκευάζουσα δεκτικὴν τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ καὶ παρέχουσα γεννητικὴν δύναμιν.]

Ἐνεργοῦν ἀποῤῥήτως καὶ τὴν ἐνανδρον σύλληψιν καὶ τὸν ὑπερφυῆ τόκον.

Καὶ δύναμις — σοι. Τὸ αὐτὸ δηλοῖ καὶ οὗτος ὁ λόγος. *Δύναμις Θεοῦ σκεπάσει σε*, δυναμοῦσά σε πρὸς ὑπουργίαν τοῦ τοιούτου πράγματος.

Διὸ — Θεοῦ. Διὸ καὶ τὸ ἅγιον βρέφος, τὸ γεννώμενον ἐκ (22) σοῦ, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ παρὰ τῶν πιστῶν διὰ τὰ θεοπρεπῆ ἔργα τῆς ἡνωμένης αὐτῷ θεότητος.

Τινὲς δὲ, ἀναγινώσκοντες τὸ *Γεννώμενον*, ὑποστίζουσι, λέγοντες ὅτι διὰ τὸ ἐπελθεῖν Πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἐπισκιάσαι δύναμιν Ὑψίστου, τὸ γεννώμενον ἔσται ἅγιον, ἤτοι θεῖον· εἶτα τὰ (23) ἑξῆς ἀπολύτως ἀναγινώσκουσι.

Καὶ ἰδοὺ — ῥῆμα. Πρὸς πληροφορίαν αὐτῆς παράδειγμα τίθησι τὴν Ἐλισάβετ, διδάσκων, ὅτι· Ὁ δοὺς καρπὸν τῇ ἀκάρπῳ κοιλίᾳ τῇ στείρᾳ, αὐτὸς καὶ ἐν σοὶ ποιήσει, ὃ δι' ἐμοῦ σοὶ λελάληκε. *Πᾶν δὲ ῥῆμα*, ἀντὶ τοῦ, Πᾶν ὃ λέγει, πᾶν ὃ ἐπαγγέλλεται, ἢ πᾶν, ὃ λέγει τις.

Ἀλλὰ πῶς ἦν ἡ Ἐλισάβετ συγγενὴς τῆς Μαρίας; Ἐκείνη μὲν γὰρ ἐκ τῆς Λευϊτικῆς, εἴτουν ἱερατικῆς κατήγετο φυλῆς· αὕτη δὲ ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς, ἤγουν βασιλικῆς. Διάφοροι γεγόνασιν ἐπιγαμβρεῖαι τῶν δύο τούτων φυλῶν. Ἀαρὼν γὰρ πρότερον, καὶ Ἰωδαὲ ὕστερον, ἀρχιερεῖς ἀμφότεροι ὄντες, ἐκ τῆς βασιλικῆς φυλῆς γυναῖκας ἠγάγοντο, καὶ μετ' αὐτοὺς ἕτεροι. Λοιπὸν οὖν ἐκ τοιαύτης ἐπικλοκῆς ἦσαν συγγενεῖς ἀλλήλων καὶ αὗται. Ἐπεὶ γὰρ ἐν μὲν θείοις πράγμασι πρωτεύει τὸ ἱερατικὸν γένος, ἐν δὲ ἀνθρωπίνοις (24) τὸ βασιλικὸν, εἰκότως συνεπλάκησαν, ἵνα καὶ ἱερεὺς βασιλικὸς εἴη, καὶ ὁ βασιλεὺς ἱερατικός.

Εἶπε — σου. Λοιπὸν, οὐ μόνον ἐπίστευσεν, ἀλλὰ καὶ ἠὔξατο γενέσθαι αὐτῇ, καθὼς ὁ ἄγγελος εἶρηκε.

Καὶ — ἄγγελος. Ἤδη συλλαβούσης ἅμα τῷ λόγῳ αὐτοῦ.

A ut videlicet concipiam in utero et pariam filium? Et hæc itaque non credidit, sicut Zacharias, non tamen incredulitatis admonita est per pœnam: ille siquidem multa habuit exempla susceptionis liberorum in senectute: Sarram, Rebeccam, Rachel, Annam: virgo autem nullum. Nulla enim virgo ad id usque tempus sine viro conceperat et peperat.

Vers. 35. *Et respondens — in te.* †† Spiritus sanctus: Spiritus quidem sanctus, magis purificans et sanctificans; potentia vero Altissimi, efficiens aptam ad recipiendum Logon et Deum et largiens facultatem gignendi.

Qui ineffabiliter operabitur et conceptum sine viro, et partum supernaturalem.

B Vers. 35. *Et virtus — tibi.* Idem quoque indicat hic sermo, *Virtus Dei proteget te;* potentem faciet te ad hujus rei operationem.

Vers. 35. *Ideo — Dei.* Ideo quoque sanctus infans, inquit, qui ex te nascitur, vocabitur a fidelibus Filius Dei, propter divina opera unitæ sibi divinitatis.

Quidam autem ubi legerint: *Quod nascitur*, faciunt ibi subdistinctionem dicentes quod, *quia Spiritus sanctus superveniet, et virtute Altissimi obumbrabit, ideo, quod nascitur, erit sanctum* sive *divinum*: deinde, quod sequitur absolute legunt.

Vers. 36. *Et ecce* — Vers. 37. *verbum.* Ut certiorem eam reddat, exemplum Elizabeth illi proponit; C docens, quod Qui ventri sterilis fructu carenti dedit fructum, ipse quoque in te faciet, quod per me tibi locutus est. Omne enim verbum, id est, quidquid dicit, quidquid annuntiat, vel quidquid aliquis dicit.

Sed quomodo erat Elizabeth cognata Mariæ? Illa quidem ex Levitica, sive sacerdotali, tribu descenderat, hæc autem de Judaica, sive regia. Variæ fuerunt harum duarum tribuum cognationes: cum enim Aaron primum, et postmodum Joiada, qui ambo summi sacerdotes erant, uxores e regia tribu duxerint, et post hos alii, consecutum est, ut ex tali permistione hæ duæ essent inter se cognatæ. Quia enim in divinis rebus primas ferebat sacerdotale genus, in humanis vero regale: merito commista sunt, ut et sacerdos regalis esset, et rex esset sacerdotalis.

Vers. 38. *Dixit — tuum.* Jam non solum credidit, sed etiam optabat, ut sibi contingeret, sicut dixerat angelus.

Vers. 38. *Et — angelus.* Simul ac jam per verbum suum conceperat.

Variæ lectiones et notæ.

(20) Καὶ τέτοκε. B.

(21) Quæ hic inclusa sunt, addit codex B. mox post vocabula ὑπερφυῆ τόκον. In margine autem habet A. Caret iis Heutenius.

(22) Ἐκ σοῦ ergo est interpretatio. Nam nec in textu horum comparet. Bis, omisso ἐκ σοῦ, laudat Cyrillus tom. IV, p. 125.

(23) Τὸ ἑξῆς. B.

(24) Ἀνθρώποις. B.

Digitized by Google

Vers. 39. *Exsurgens — Juda.* Montana erat Judææ civitas, in qua habitabat Elizabeth. Abiit autem illuc divino prægnans Spiritu, ut infante in utero Elizabeth exsultante, et illa prophetante, majorem acciperet celsitudinem.

Ἀναστᾶσα — Ἰούδα. Ἡ ὀρεινὴ, πόλις ἦν τῆς Ἰουδαίας, ἐν ᾗ ὤκει ἡ Ἐλισάβετ. Ἀπῆλθε δὲ ἐκεῖ, θείῳ Πνεύματι (25) κινηθεῖσα, ἵνα σκιρτήσαντος μὲν τοῦ βρέφους ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἐλισάβετ, προφητευσάσης δὲ καὶ αὐτῆς, δέξηται πλείονα (26) πληροφορίαν.

Vers. 40. *Et intravit — Elizabeth.* Compellavit, ut moris erat.

Καὶ εἰσῆλθεν — Ἐλισάβετ. Προσηγόρευσεν, ὡς ἔθος.

Vers. 41. *Et factum — ejus.* Christus quidem locutus est per os suæ Matris : Joannes autem audivit per aures suæ matris : et agnito supernaturaliter Domino suo, exsultatione illum prædicavit; infans enim, qui in utero ferebatur Virginis, prophetica statim gratia donavit infantem, qui in utero gestabatur sterilis.

Καὶ ἐγένετο — αὐτῆς. Ὁ μὲν Χριστὸς ἐφθέγξατο διὰ τοῦ στόματος τῆς ἰδίας μητρός· ὁ δὲ Ἰωάννης ἤκουσε διὰ τῶν ὤτων τῆς οἰκείας μητρὸς, καὶ ἐπιγνοὺς ὑπερφυῶς τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην, ἀνεκήρυξεν αὐτὸν τῷ σκιρτήματι. Τὸ γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Παρθένου βρέφος αὐτίκα προφητικὴν χάριν ἐδωρήσατο τῷ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς στείρας βρέφει.

Vers. 41. *Et impleta* — Vers. 42. *ventris tui.* Ab infante qui erat in sterili, prædicatur infans qui erat in Virgine : a sterili vero Virgo. Christo siquidem revelato ei, qui in utero Elizabeth implebatur Spiritu sancto, impletur et ipsa : et quæ prophetam in utero gestabat etiam vaticinatur, ac benedicit et Virginem et fructum ventris Virginis.

Καὶ ἐπλήσθη — κοιλίας σου. Παρὰ μὲν τοῦ ἐν τῇ στείρᾳ βρέφους ἀνακηρύττεται τὸ ἐν τῇ Παρθένῳ βρέφος· παρὰ δὲ τῆς στείρας ἡ Παρθένος. Καὶ (27) γὰρ, τοῦ ἐγκεκρυμμένου τῇ νηδύι τῆς Ἐλισάβετ πλησθέντος Πνεύματος ἁγίου, πίμπλαται καὶ αὐτὴ, καὶ προφήτην ἐν γαστρὶ βαστάζουσα, προφητεύει, καὶ εὐφημεῖ καὶ τὴν Παρθένον, καὶ τὸν καρπὸν τῆς κοιλίας τῆς Παρθένου.

Vers. 43. *Et unde — ad me?* Unde mihi res hæc inopinata? Sicut enim postmodum filius Elizabeth, veniente ad ipsum Christo, indignum se tali Domini accessu dicebat, ita quoque nunc mater Ipsius indignam sese fatetur talis dominæ accessu. Matrem autem etiam ante partum eam nominavit, et Dominum eum, qui ex illa nasciturus erat : attestans angeli verbis, idque efficiens, ut sermonibus ejus firmius Virgo crederet.

Καὶ πόθεν — πρός με; Πόθεν μοι τοῦτο τὸ παράδοξον; Ὥσπερ δὲ ὕστερον ὁ υἱὸς τῆς Ἐλισάβετ, ἐλθόντος τοῦ Χριστοῦ πρὸς αὐτὸν, ἀνάξιον ἑαυτὸν τῆς τοιαύτης ἐπιδημίας τοῦ Δεσπότου ἔλεγεν· οὕτω καὶ νῦν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀναξίαν ἑαυτὴν τῆς τοιαύτης ἐπιδημίας τῆς δεσποίνης ὁμολογεῖ. Μητέρα δὲ ταύτην ὠνόμασε καὶ πρὸ τοῦ τόκου, καὶ Κύριον τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι μέλλοντα, μαρτυροῦσα τοῖς τοῦ ἀγγέλου λόγοις, καὶ βεβαιοτέραν αὐτῇ πίστιν παρέχουσα.

Vers. 44 *Ecce enim — meo.* Præ gaudio, utpote sentiens jam hominum salutem, ac de ea gaudens.

Ἰδοὺ γὰρ — μου. Ἐν ἀγαλλιάσει, ὡς αἰσθόμενον ἤδη τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀγαλλιώμενον ἐπ' αὐτῇ.

Vers. 45. *Et beata — Domino.* Beatam prædicat Mariam, quæ his fidem habuerit, quæ sibi a Domino per angelum dicta sunt. Præcognovit enim Elizabeth etiam ea, quæ dicta erant, et quod Virgo crediderat. Itaque aliæ quoque steriles genuerant, at nunquam earum infans prophetica gratia dignus habitus fuerat, cum adhuc in utero matris gestaretur. Facta sunt ergo circa hanc sterilem admiranda, ut etiam crederentur, quæ circa hanc facta sunt Virginem maxime supernaturalia.

Καὶ μακαρία — Κυρίου. Μακαρίζει τὴν Μαρίαν, ὡς πιστεύσασαν τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου διὰ τοῦ ἀγγέλου. Προέγνω γὰρ ἡ Ἐλισάβετ καὶ τὰ λελαλημένα, καὶ ὅτι πεπίστευκεν αὐτοῖς ἡ Παρθένος. Στεῖραι μὲν οὖν καὶ ἄλλαι γεγεννήκασι· βρέφος δὲ οὐδέποτε προφητικοῦ χαρίσματος ἠξιώθη, ἔτι ἐν κοιλίᾳ μητρὸς αὐτοῦ (28) φερόμενον. Γεγόνασιν οὖν τὰ κατὰ τὴν στεῖραν ταύτην παράδοξα, ἵνα πιστευθῶσι καὶ τὰ κατὰ τὴν παρθένον ταύτην ὑπερφυέστατα.

Vers. 46. *Et ait — Dominum. Magnificat*, hoc est, Benedicit, glorificat. Est autem hic sermo credentis ac gratias agentis.

Καὶ εἶπε — Κύριον. Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου, τουτέστιν, Εὐφημεῖ, δοξάζει. Πιστευούσης δὲ ὁ λόγος οὗτος, εὐχαριστήριος ὤν.

Vers. 47. *Et exsultavit — Salvatore meo.* Spiritum rursus animam intellige. Gavisa est, inquit, anima mea in Deo, qui me salvam fecit : jam enim salva facta sum, quæ digna habita sum ut fierem Mater Dei. Deinde etiam causam dicit, cur gratias agat.

Καὶ ἠγαλλίασε — Σωτῆρί μου. Πνεῦμα τὴν ψυχὴν, πάλιν νόησον. Ἐχάρη, φησὶν, ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σώσαντί με. Σέσωσμαι γὰρ ἤδη, ἀξιωθεῖσα γενέσθαι Μήτηρ Θεοῦ. Εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς εὐχαριστίας.

Variæ lectiones et notæ.

(25) Ac si κυηθεῖσα legerit Hentenius. Male.

(26) Προφορίαν, sine sensu A. Hentenius haud dubie voluit, *certitudinem*.

(27) In alia omnia discedit interpres.

(28) Αὐτοῦ omittit B.

Digitized by Google

Ὅτι — αὐτοῦ. Ἐπὶ τὴν εὐτέλειαν. Ταπεινοῖ γὰρ ἑαυτὴν, ὡς ἀναξίαν τηλικούτου πράγματος· ἢ καὶ διὰ τὴν ταπείνωσιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως; ὡς πρὸς τὸ ὕψος τῆς θείας.

Ἰδοὺ — γενεαί. Αἱ τῶν πιστευόντων δηλονότι.

Ὅτι — δυνατός. Ὅτι ἐποίησεν εἰς ἐμὲ μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ θαυμάσια ὁ δυνατὸς ποιεῖν τοιαῦτα.

Καὶ ἅγιον — αὐτοῦ. Ἐξαίρετον, μέγα.

Καὶ τὸ ἔλεος — αὐτόν. Τὸ Εἰς *γενεὰν καὶ γενεάν*, καὶ τὸ Εἰς *γενεὰς γενεῶν*, καὶ τὰ τοιαῦτα τὰ Ἀεὶ σημαίνουσι παρ' Ἑβραίοις. Λέγει τοίνυν, ὅτι καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀεί ἐστιν ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, ὅμοια λέγουσα τῷ Δαυὶδ εἰρηκότι· *Τὸ δὲ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν.* Εἶτα καταλέγει καὶ ἄλλας δυνάμεις τοῦ Θεοῦ, ὡς ἔθος τοῖς εὐχαριστοῦσιν.

Ἐποίησε — αὐτοῦ. Ἐποίησε μεγαλεῖον, ἐποίησε νίκην ἐν δυνάμει αὐτοῦ. Ὁ βραχίων γὰρ ἐνταῦθα τὴν δύναμιν σημαίνει· διότι οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν τῷ βραχίονι τὴν δύναμιν ἔχουσι.

Διεσκόρπισεν — αὐτῶν. Τοὺς ὑπερηφάνους ἐν τῇ διανοίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν, τοὺς ὑπερηφάνους ἐν ἑαυτοῖς.

Καθεῖλε — κενούς. Ὅμοια ταῦτα τῶν τῆς Ἄννης, μητρὸς τοῦ Σαμουὴλ, εἰποὐσης· *Κύριος πτωχίζει καὶ πλουτίζει, ταπεινοῖ καὶ ἀνυψοῖ.* Λοιπὸν οὖν προφητεύει καὶ περὶ τοῦ ἐλέους τοῦ εἰς τοὺς Χριστιανούς. Λέγει γάρ·

Ἀντελάβετο — αὐτοῦ. Ἐπεσκέψατο τὸν Ἰσραηλιτικὸν λαὸν, τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Παῖδα γὰρ νῦν τὸν δοῦλον λέγει.

Μνησθῆναι — αἰῶνα. Ἀντελάβετο δὲ καὶ ἐπεσκέψατο, ἐν τῷ μνησθῆναι ἐλέους εἰς τὸν αἰῶνα, ἤγουν ἐλέους αἰωνίου, ἐλέους διηνεκοῦς, καθὼς ἐλάλησε· καθὼς ἐπηγγείλατο πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν. Εἶτα λέγει καὶ τίσιν ἐλάλησε περὶ τοῦ τοιούτου ἐλέους, ὅτι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ἤγουν τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ, ναὶ μὴν καὶ τῷ Δαυίδ. Τούτοις γὰρ ὡς ἐπισημοτάτοις αἰνιγματωδῶς ἐπηγγείλατο περὶ τούτου. Ἔλεος δὲ εἰς τὸν αἰῶνα ἡ θεία ἐνανθρώπησις, ὡς δι' ἔλεον τῶν ἀνθρώπων γεγενημένη, ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ τῶν εἰρημένων υἱῶν καὶ ἐκγόνων αὐτοῦ, κατὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπαγγελίαν.

Ἀπορήσει δέ τις, πῶς ἀντελάβετο τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ ὁ Θεὸς, ἐν τῷ μνησθῆναι τοῦ ῥηθέντος ἐλέους; τῶν Χριστιανῶν γὰρ μᾶλλον ἀντελάβετο, καὶ οὐ τῶν Ἰουδαίων. Πρὸς ὃν ἀποκρινόμεθα ὅτι παλαιὸς μὲν Ἰσραὴλ ὁ παλαιὸς λαός· νέος δὲ Ἰσραὴλ ὁ νέος λαὸς, ὁ ἀντεισαχθεὶς ἐκείνου, τουτέστιν ὁ Χριστιανικὸς, ὁ ἐκ παντὸς ἔθνους συγκείμενος. Τοῦτον οὖν τὸν Ἰσραὴλ ἐνταῦθα νόησον. Εἰ δὲ καὶ τὸν παλαιὸν νοήσῃς, σώζεται καὶ οὕτως ὁ λό-

A Vers. 48. *Quia — suæ.* Ad utilitatem : seipsam enim dejicit, quasi tanta re indignam : vel etiam propter abjectionem humanæ naturæ comparatæ ad sublimitatem divinæ.

Vers. 48. *Ecce — generationes.* Credentium videliçet.

Ver. 49. *Quia — qui potens est.* Quia fecit in me magna supernaturalia miracula, qui ad hujusmodi facienda potens est.

Vers. 49. *Et factum — ejus.* Eximium, magnum.

Vers. 50. *Et misericordia — eum.* Quod dicitur, *In progeniem et progeniem :* et, *In generationes generationum*, aliaque similia, idem significant quod Semper, apud Hebræos. Dicit ergo, quod etiam misericordia ejus semper est in his, qui timent ipsum;
B similia loquens cum David, qui ait : *Misericordia Domini ab æterno et usque in æternum super timentes eum* [1]. Deinde recenset et alias Dei virtutes ut moris est his, qui gratias agunt.

Vers. 51. *Fecit — suum.* Fecit magnificentiam, fecit victoriam per fortitudinem suam. Nam brachium hoc in loco significat fortitudinem. Qui enim in certaminibus pugnant, in brachio fortitudinem habent.

Vers. 51. *Dispersit — sui.* Superbos in cogitatione cordis sui, superbos apud seipsos.

Vers. 52. *Detraxit* — Vers. 53. *inanes.* Similia sunt his, quæ dixit Anna, mater Samuelis : *Dominus pauperem facit et ditat; humiliat et sublevat* [2].
C Deinceps ergo vaticinatur et de misericordia erga Christianos. Dicit enim :

Vers. 54. *Auxiliatus est — suo.* Visitavit Israeliticum populum suum, servum suum; puerum enim dicit nunc servum.

Vers. 55. *Ut memor esset — sæculum.* Auxiliatus est et visitavit, ut memor esset misericordiæ in sæculum : sive misericordiæ sempiternæ, continuæ. Sicut locutus est, sicut annuntiavit ad patres nostros. Deinde dicit etiam, quibus locutus est de hujusmodi misericordia, quod videlicet Abraham et semini ejus, scilicet Isaac et Jacob : profecto et David. His enim, utpote maxime insignibus, ænigmatice et de hoc annuntiavit. Misericordia vero
D dicitur, incarnatio divina, utpote per misericordiam, qua misertus est deus, hominibus facta ex semine Abraham dictorumque filiorum, ac ab eo progenitorum, juxta promissionem ad eos factam.

Dubitabit aliquis, quomodo auxiliatus sit Deus Israelitico populo, ut memor esset dictæ misericordiæ? Christianis namque potius auxiliatus est, quam Judæis. Cui respondemus, quod vetus Israel antiquus est populus ; novus autem Israel, novus populus pro illo inductus, hoc est, Christianus, qui ex omni gente consistit; hunc ergo Israel hic intellige. Quodsi etiam veterem intellexeris, ita quoque sermo constabit : propter illum enim potissimum incarna-

[1] Psal. cii, 17. [2] Reg. ii, 7.

Digitized by Google

tus est : deinde et ab eis matrem elegit, ac cognatus illorum nuncupatus est, et apud illos docuit, ac miracula operatus est : ideoque dicebat : *Non sum missus nisi ad perditas oves domus Israel*[a]. Quia vero *In sua venit, et sui eum non receperunt*[b], ideo gentes misericordia dignæ habitæ sunt.

Vers. 56. *Mansit — tribus.* Per voluntatem videlicet sponsi : Joseph enim et Zachariam et Elizabeth sanctos esse sciebat, et animo lætissimo Virginem eis tradidit : non solum, quia cognati ejus erant, verum etiam, quia irreprehensibiles. Mansit autem usque ad partum Elizabeth apud illam, utpote cognoscentem, quod in se agebatur mysterium : et ob id amantem hanc, et ab hac amatam.

Vers. 56. *Et reversa est — suam.* Devitans eos, qui ob natum infantem ad domum Zachariæ concurrere debebant. Erat autem et moris, ut abscederent virgines, cum parituræ erant prægnantes.

Vers. 57. *Ipsi.* — Vers. 59. *puerum.* Secundum legem.

Vers. 59. *Et vocabant — Zachariam.* Plurimi enim filii patrum nominibus vocati sunt.

Vers. 60. *Et respondens — Joannes.* A Spiritu sancto ipsa quoque nomen pueri didicerat : ideo etiam conabatur, ut ipse vocaretur Joannes.

Vers. 61. *Et dixerunt* — Vers. 62. *eum.* Nutu illum interrogabant, ut qui etiam audire non posset, veluti superius manifestatum est. Aiunt enim, uno quodam nervo colligatis esse audiendi loquendique vires : ideo neque audire posse eos, qui a nativitate muti sunt. Zachariæ ergo ita fuit ablata loquela, sicut iis, qui a Nativitate illa privati sunt.

Vers. 63. *Et postulatis — ejus.* Postulatis, non per vocem, sed similiter per nutum.

Vers. 63. *Et mirati sunt universi.* Mirati sunt, quomodo qui nec audire ab Elizabeth, nec ei dicere hoc potuerat, cum ea conveniebat. Verisimile est enim, Elisabeth certiores illos fecisse, quod non per scripturam hoc vel dixisset, vel audisset.

Vers. 64. *Apertum — Deum.—Apertum est*, hoc est, in vocem solutum est. Manifestum est autem, quod et auditus pariter solutus est. Sicut enim pariter oblatus fuerat, ita quoque pariter solutus est.

Vers. 65. *Et factus est — eorum.* Timor præ admiratione.

Vers. 65. *Et in — hæc.* Quæ erant circa miracula facta, in impositione nominis pueri, quomodo inopinate in eo parentes convenerant : et quo pacto a Zacharia mirabiliter ablata erat loquelæ carentia ; similiter et quæ a principio ad finem usque contigerant.

γος. Δι' αὐτὸν γὰρ μᾶλλον ἐνηνθρώπησεν, ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτῶν ἐξελέξατο μητέρα, καὶ συγγενὴς αὐτῶν ἐχρημάτισε, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐδίδασκε, καὶ ἐθαυματούργει · διὸ καὶ ἔλεγεν ὅτι *Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.* Ἐπεὶ δὲ εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον, λοιπὸν τὰ ἔθνη τοῦ ἐλέους ἠξιώθησαν.

Ἔμεινε — τρεῖς. Μετὰ γνώμης δηλονότι τοῦ μνηστῆρος · ἐγίνωσκε γὰρ ὁ Ἰωσὴφ καὶ τὸν Ζαχαρίαν καὶ τὴν Ἐλισάβετ ἁγίους, καὶ περιχαρῶς αὐτοῖς κατεπίστευσε τὴν Παρθένον, οὐ μόνον ὡς συγγενέσιν αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνεπιλήπτους. Ἔμεινε δὲ μέχρι τοῦ τοκετοῦ τῆς Ἐλισάβετ παρ' αὐτῇ. ὡς γινωσκούσῃ τὸ κατ' αὐτὴν μυστήριον, καὶ διὰ τοῦτο φιλούσῃ ταύτην καὶ φιλουμένῃ.

B *Καὶ ὑπέστρεψεν — αὐτῆς.* Εὐλαβουμένη τοὺς διὰ τὸ τικτόμενον ὀφείλοντας συντρέχειν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ζαχαρίου. Ἦν δὲ καὶ ἔθος ὑποχωρεῖν τὰς παρθένους, ὅτε μέλλοι (29) τίκτειν ἡ (30) ἔγκυος.

Τῇ — παιδίον. Κατὰ τὸν νόμον.

Καὶ ἐκάλουν — Ζαχαρίαν. Πολλοὶ γὰρ υἱοὶ τοῖς τῶν πατέρων ὀνόμασιν ἐκλήθησαν.

Καὶ ἀποκριθεῖσα — Ἰωάννης. Ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ αὐτὴ τὸ ὄνομα τοῦ παιδὸς μεμάθηκε. Διὸ καὶ ἰσχυρίσατο Ἰωάννην ὀνομασθῆναι αὐτόν.

Καὶ ἔλεγον — αὐτόν. Διὰ νεύματος ἠρώτων, ὡς μηδ' ἀκούειν δυναμένου, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται. Φασὶ γὰρ ἑνί τινι νεύρῳ συνδεδέσθαι τὰς τοῦ ἀκούC ειν (31) καὶ τοῦ λαλεῖν δυνάμεις· διὸ καὶ τοὺς ἐκ γενετῆς ἀλάλους μηδὲ ἀκούειν. Οὕτω γοῦν ἐσβέσθη τὸ (32) φθέγμα Ζαχαρίας, ὡς οἱ ἐκ γενετῆς.

Καὶ αἰτήσας — αὐτοῦ. Αἰτήσας οὐ διὰ φωνῆς, ἀλλ' ὁμοίως διὰ νεύματος.

Καὶ ἐθαύμασαν πάντες. Ἐθαύμασαν, πῶς μήτε ἀκοῦσαι τοῦτο παρὰ τῆς Ἐλισάβετ, μήτε εἰπεῖν αὐτῇ τοῦτο δυνάμενος, συνεφώνησεν. Εἰκὸς γὰρ τὴν Ἐλισάβετ πληροφορεῖν τούτους, ὡς οὐ διὰ γραφῆς τοῦτο ἢ (33) εἶπεν, ἢ ἤκουσεν.

Ἀνεῴχθη — Θεόν. — *Ἀνεῴχθη.* ἀντὶ τοῦ, Ἀπελύθη εἰς φωνήν. Δῆλον δὲ (34) ὅτι καὶ ἡ ἀκοὴ συναπελύθη. Ὥσπερ γὰρ συνεπεσχέθη, οὕτως ἄρα καὶ συναπελύθη.

D *Καὶ ἐγένετο — αὐτούς* · Φόβος ἐκ τοῦ θαύματος.

Καὶ ἐν — ταῦτα. Τὰ περὶ τῶν γεγονότων θαυμάτων ἐπὶ τῇ κλήσει τοῦ παιδίου, πῶς τε παραδόξως συνεφώνησαν οἱ γεννήτορες ἐπὶ ταύτῃ, καὶ πῶς θαυμασίως ἀπελύθη τῆς ἀφωνίας ὁ Ζαχαρίας· ἢ καὶ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους.

[a] Matth. xv, 24. [b] Joan. i, 11.

Variæ lectiones et notæ.

(29) Μέλλει. B.
(30) Ἔγγυος, frequenti errore. A, B.
(31) Λαλεῖν καὶ τοῦ ἀκούειν, ordine inverso. B.
(32) Pro nominativo videtur accepisse interpres. Ergo *Zachariæ* dedit, Sed ita Ζαχαρίου et mox τῶν, loco οἱ legendum esset.
(33) Ἢ, post τοῦτο, deest. B.
(34) Δέ omittit A.

Digitized by Google

Καὶ ἔθεντο — αὐτῶν. Ἔβαλον ταῦτα, ὡς ἀξιόλογα.

Λέγοντες — ἔσται; Λέγοντες ἐπαπορητικῶς, ἢ λογιζόμενοι.

Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, διατί οὐκ ἀπελύθη τῆς ἀφωνίας ὁ Ζαχαρίας, ὅτε τὸ παιδίον ἐγεννήθη, ἀλλὰ μᾶλλον ὅτε τὴν κλῆσιν τοῦ ὀνόματος ἔλαβε; Λέγομεν δὲ ὅτι διὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου πρόρρησιν· εἶπε γὰρ αὐτῷ (35) · *Ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα.* Εἰπὼν γὰρ, ὅτι ταῦτα τὰ δύο πάντως δεδήλωκε, τήν τε γέννησιν καὶ τὴν κλῆσιν τοῦ ὀνόματος, ἀλλ' οὐ μόνην τὴν γέννησιν, ἵνα καὶ τὸ θαῦμα γένηται τῆς ἐπὶ τῷ ὀνόματι συμφωνίας.

Καὶ χεὶρ — αὐτοῦ. Δύναμις, χάρις Θεοῦ.

Καὶ Ζαχαρίας — αὐτοῦ. Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ ταῦτα προεφήτευσε. Διὰ ταύτης γὰρ ἐπεσκέψατο καὶ ἐλυτρώσατο τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐκ τῆς τυραννίδος, οὐ μόνον τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὁρατῶν, ὡς μὴ δυναμένων περιγενέσθαι τῆς πίστεως αὐτοῦ. Λαὸν δὲ αὐτοῦ προηγουμένως μὲν, τὸν παλαιόν· ἐκείνου δὲ ἀπειθήσαντος τὸν νέον λοιπόν. Ὡς γεγενημένα δὲ λέγει τὰ γενησόμενα, νόμῳ προφητείας.

Ἀλλὰ πῶς; λέγεται Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ (36) μόνον; Καὶ γὰρ οὐ τῶν Ἰσραηλιτῶν μόνον ἐστὶ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἀνθρώπων, ὡς πάντων Ποιητής. Διότι τῶν μὲν ἄλλων πάντων ἀνθρώπων ἀκόντων ἐστὶ Θεὸς, τῶν Ἰσραηλιτῶν δὲ μόνων ἑκόντων κατ' ἐπίγνωσιν. Μὴ θορυβηθῇς δὲ ἐπὶ τῇ δυσχερείᾳ τῶν τοῦ Ζαχαρίου ῥητῶν· τοιαῦτα γὰρ τὰ προφητικά· Πειρασόμεθα δὲ σαφηνίσαι ταῦτα, κατὰ τὴν ἐπιχορηγουμένην ἡμῖν γνῶσιν.

Καὶ ἤγειρε — αὐτοῦ. Τὸ κέρας ἐνταῦθα ἡ βασιλείαν δηλοῖ, διότι ἐν κέρατι οἱ βασιλεῖς ἐχρίοντο καὶ προεχειρίζοντο.

Ἢ δύναμιν σημαίνει· διότι ἐν κέρατι τὴν δύναμιν ἔχουσι πάντα τὰ κερασφόρα ζῶα.

Κέρας δὲ οὐχ ὁπλῶς, ἀλλὰ σωτηρίας, ἤγουν σωτήριον. Βασιλείαν δὲ καὶ δύναμιν σωτήριον, λέγει τὸν Χριστὸν, ὡς βασιλέα τῶν βασιλευόντων καὶ δύναμιν τοῦ Πατρὸς, καὶ Σωτῆρα τῶν πιστευόντων εἰς αὐτόν. Οἶκον δὲ νόει τὸ γένος τοῦ Δαυΐδ. Φησὶν οὖν ὅτι ἀνέστησεν ἡμῖν τῷ λαῷ αὐτοῦ βασιλείαν ἢ δύναμιν σωτήριον ἐκ γένους Δαυΐδ, τοῦ δούλου αὐτοῦ. Ἐκ σπέρματος γὰρ Δαυΐδ ἦν ἡ Παρθένος, ἀφ' ἧς ὁ Χριστὸς γεγέννηται. Τοῦτο δὲ πεποίηκεν, ὡς ἐπηγγείλατο διὰ στόματος τῶν ἁγίων, δηλαδὴ τῶν ἔκπαλαι προφητῶν. Δι' αὐτῶν γὰρ ἐπηγγείλατο ἀναστήσειν βασιλέα δυνατὸν ἐν οἴκῳ Δαυΐδ, Σωτῆρα τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ τοῦτο διδάσκουσι ψαλμοὶ πολλοὶ τοῦ Δαυΐδ.

Vers. 66. *Et posuerunt — suo.* Posuerunt hæc, tanquam admiranda.

Vers. 66. *Dicentes — erit?* Dicentes dubitantium more, aut cogitantes.

Operæ pretium est autem quærere, quare ablata non est a Zacharia loquelæ carentia, quando puer natus est, sed potius quando nomen accepit? Dicimus, quod propter angeli vaticinium: dixerat enim: *Et ecce eris mutus, nec loqui poteris, usque ad diem, quo hæc fient*[10]. Siquidem dicens *Hæc*, duo utique manifestavit, nativitatem videlicet ac nominis impositionem, non autem solam nativitatem: ut convenientia in nomine fit etiam miraculum.

Vers. 66. *Et manus — illo.* Virtus ac gratia Dei.

Vers. 67. *Et Zacharias — suæ.* Hæc de Christi incarnatione prophetat: per hanc enim visitavit ac redemit populum suum, non solum a tyrannide hostium invisibilium, sed etiam visibilium, ut videlicet fidem ejus superare non possint. Populum suum autem; primo quidem veterem; illo vero non credente, postmodum novum. Dicit autem ea quæ futura sunt, tanquam ea quæ facta sunt, more prophetiæ.

Verum quomodo dicitur Deus solius Israel, cum non tantum Israelitarum Deus sit, sed et omnium hominum, utpote omnium creator? Quia cæterorum quidem omnium hominum Deus erat, ipsis etiam nolentibus. Solorum autem Israelitorum, ultroneorum, et per cognitionem. Ne turberis autem propter difficultatem eorum, quæ a Zacharia dicuntur; nam hujusmodi sunt prophetica; tentabimus tamen ea juxta datam nobis intelligentiam explanare.

Vers. 69. *Et erexit* — Vers. 70. *suorum.* Per cornu, regnum hic intelligit: quia per cornu reges inungebantur ac designabantur.

Aut significat potentiam. In cornu enim fortitudinem habent omnes animantes cornua gerentes.

Cornu vero simpliciter, sed salutis, sive salutare. Regnum autem et potentiam salutarem dicit Christum, utpote regem regnantium, et potentiam patris, ac Salvatorem in se credentium. Domum etiam intelligit, domum David. Dicit ergo, quod instituit nobis populo suo regnum et potentiam salutarem e genere David servi sui. A genere enim David descendebat Virgo, ex qua Christus natus est. Fecit autem hoc, sicut promiserat per os sanctorum, videlicet prophetarum, qui olim fuerunt. Per ipsos enim promiserat regem exoriturum potentem in domo David, Salvatorem Israel. Et hoc docent multi Psalmi David.

[10] Luc. 1, 20.

Variæ lectiones et notæ.

(35) Καὶ ἰδού. B.

(36) Μόνου. B. Idem mox habet μώνων, pro μονον.

Digitized by Google

Vers. 71. *Salutem — nos.* Erexit autem hoc cornu, salutem et redemptionem ab inimicis nostris visibilus et invisibilibibidus.

Vers. 72. *Ut faceret — sui.* Faciendo misericordia cum patribus nostris, sive miserendo patrum nostrorum, ad quos facta est promissio salutis nostræ, et per illos habendo hujus memoriam. Testamentum enim vocat, promissionem: hujus autem memoriam, terminationem ac complementum.

Vers. 73. *Jurisjurandi — nostrum.* Ut etiam memor esset jurisjurandi, quod juravit, hoc est, confirmationis, quam confirmavit ad Abraham patrem nostrum: jusjurandum enim Dei, confirmatio est. Indifferenter autem verbum μνησθῆναι a genitivo transit ad accusativum: id enim frequenter in scripturis accidit propheticis, sicut et in ænigmaticis et figuris, (idemque fit apud Latinos in Vulgata translatione, cum primo dicitur testamenti et postmodum jusjurandum). Deinde dicit, ad quid fuerit hoc testamentum et confirmatio.

Vers. 73. *Ut daret* — Vers. 5. *nostræ.* Per hyperbaton est horum ordinatio verborum. Primum autem dicendum est: Ut daret nobis quod sine timore serviamus illi, in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus vitæ nostræ. Deinde, quod in medio remansit: *De manu inimicorum nostrorum liberati.* Sanctitatem itaque vocat, cultum divinum; justitiam vero, reliquarum perfectionem virtutum. Deinde in vaticinio ad filium quoque suum Joannem digreditur, et ait:

Vers. 76. *Et tu — vocaberis.* Et vere omnes prophetam eum nominabant.

Vers. 76. *Præibis — ejus.* Dominum hic Christum appellat, quem præcedens Joannes, utpote præcursor ac præco ejus, quando ad desertum venit Judææ, paravit vias ejus.

Quæ autem sint viæ ejus, diximus tertio capite Evangelii secundum Matthæum, ubi habetur: *Vox clamantis in deserto: Parate viam domini*[11].

Vers. 77. *Ad dandam — ejus.* Præibis, inquit, ante faciem Domini et cætera, ut des populo ipsius cognitionem salutis, hoc est, ad indicandum ac demonstrandum Judæis Christum; hic enim salus ipsorum est.

Vers. 77. *Per remissionem — eorum.* Salutis, inquam, quæ est per remissionem peccatorum eorum, sive, quæ fit cum remittuntur ac solvuntur illis peccata sua. Sic enim et angelus ad Joseph locutus est, interpretans nomen Christi: *Ipse* enim, inquit, *salvum faciet populum suum a peccatis eorum*[12].

Vers. 78. *Per viscera — nostri.* Per remissionem

A *Σωτηρίαν — ἡμῖς.* Ἤγειρε δὲ (37) τὸ κέρας τοῦτο σωτηρίαν ἡμῖν (38) καὶ λύτρωσιν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, ἀοράτων καὶ ὁρατῶν.

Ποιῆσαι — αὐτοῦ. Ἐν τῷ ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἤγουν ἐν τῷ ἐλεῆσαι τοὺς πατέρας ἡμῶν, πρὸς οὓς ἡ ἐπαγγελία τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ δι' ἐκείνους μνησθῆναι ταύτης. Διαθήκην γὰρ λέγει τὴν ἐπαγγελίαν, μνήμην δὲ αὐτῆς, τὴν περάτωσιν.

Ὅρκον — ἡμῶν. Καὶ ἐν τῷ μνησθῆναι τὸν ὅρκον, ὃν ὤμοσε (39), [τουτέστι τὴν βεβαίωσιν, ἣν ἐβεβαίωσε] πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν· ὅρκος γὰρ ἐπὶ Θεοῦ καὶ ὅμοσμα, ἡ βεβαίωσις. Ἀδιαφόρως δὲ τὸ μνησθῆναι, ἀπὸ γενικῆς εἰς αἰτιατικήν· σύνηθες

B γὰρ τοῦτο τοῖς προφητικοῖς, ὥσπερ καὶ ἡ (40) γρ- φότης. Εἶτα λέγει, τίνος χάριν ἡ τοιαύτη διαθήκη καὶ ἡ βεβαίωσις.

Τοῦ δοῦναι — ἡμῶν. Καθ' ὑπερβατὸν ἡ σύνταξις ἡ τῶν ῥητῶν τούτων, οἷον, Ὑπὲρ τοῦ δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως λατρεύειν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. Εἶτα τὸ ἐν μέσῳ· *Ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας.* Ὁσιότητα μὲν οὖν λέγει τὴν εὐσέβειαν, δικαιοσύνην δὲ τὴν τελειότητα τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Ἔπειτα μεταβαίνει τῇ προφητείᾳ καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Ἰωάννην, καὶ φησι·

Καὶ σὺ — κληθήσῃ. Καὶ ὄντως πάντες προφήτην αὐτὸν ὠνόμαζον.

Προπορεύσῃ — αὐτοῦ. Κύριον ἐνταῦθα, τὸν C Χριστὸν ὀνομάζει, οὗ προτρέχων ὁ Ἰωάννης, ὡς αὐτοῦ πρόδρομος καὶ κήρυξ, ὅτε παρεγένετο ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας, ἡτοίμαζε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ.

Τίνες δὲ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, εἰρήκαμεν ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ἔνθα κεῖται τό· *Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου.*

Τοῦ δοῦναι — αὐτοῦ. Προπορεύσῃ, φησὶ, πρὸ προσώπου Κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς, ὑπὲρ τοῦ δοῦναι τῷ λαῷ αὐτοῦ γνῶσιν σωτηρίας, τουτέστιν, ὑπὲρ τοῦ γνωρίσαι καὶ ὑποδεῖξαι τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστόν· οὗτος γάρ ἐστι σωτηρία αὐτῶν.

Ἐν ἀφέσει — αὐτῶν. Σωτηρίας δὲ τῆς ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ἤγουν τῆς γινομένης ἐν τῷ ἀφεθῆναι καὶ λυθῆναι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Οὕτω D γὰρ καὶ ὁ ἄγγελος εἶπε πρὸς τὸν Ἰωσὴφ, ἑρμηνεύων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ· *Αὐτὸς γάρ*, φησὶ, *σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν,*

Διὰ σπλάγχνα — ἡμῶν. Ἐν ἀφέσει δὲ ἁμαρ-

[11] Matth. III, 11. [12] Matth. IV, 21.

Variæ lectiones et notæ.

(37) Δέ abest A.
(38) Ἡμῖν deest. B.
(39) Quæ hic inclusa sunt, addidimus ex cod. B. In cod. A non leguntur.
(40) Id est, τὸ αἰνιγματῶδες.

Digitized by Google

τιῶν, τῇ διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἤτοι τῇ διδομένῃ διὰ τὴν συμπάθειαν τοῦ ἐλέους αὐτοῦ, καὶ οὐ διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

Ἐν οἷς — ὕψους. Ἐν οἷς σπλάγχνοις ἐλέους δι' ἃ σπλάγχνα ἐλέους, ἐπεσκέψατο ἡμᾶς, εἴτουν ἐπεφοίτησεν ἀνατολὴ τοῦ νοητοῦ ἡλίου, ἐξ ὕψους τῆς θεότητος. Λέγει δὲ τὴν ὅσον οὔπω ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ.

Ἐπιφᾶναι — καθημένοις. Ἐπεσκέψατο, φησὶν, ἡμᾶς διὰ τὸ ἐπιφᾶναι, τουτέστιν, ἐπιλάμψαι φῶς ἀληθείας τοῖς ἐν σκότει τῆς πλάνης καθημένοις. Σκιὰ δὲ θανάτου ἡ ἁμαρτία· εἰκονίζει γὰρ καὶ αὕτη τὸν θάνατον. Ὥσπερ γὰρ οὗτος ψυχῆς ἐστι χωρισμὸς, οὕτω καὶ αὕτη Πνεύματος ἁγίου ἐστὶ χωρισμός.

Τοῦ κατευθύναι — εἰρήνης. Ὑπὲρ τοῦ κατευθύναι τὴν πορείαν τῆς πολιτείας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης, τῆς κατὰ Θεόν.

Τὸ δὲ — πνεύματι. Πνεύματι θείῳ.

Καὶ ἦν — Ἰσραήλ. Ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ, τῆς πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας, ὅτε ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον Ἰορδάνου κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας. Ἔδει γὰρ αὐτὸν ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἀσκῆσαι τὴν ἀρετὴν, ἵνα καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐλέγχῃ, καὶ ἀξιόπιστος εἴη μάρτυς τοῦ ὑπ' αὐτοῦ καταγγελλομένου Χριστοῦ.

ΚΕΦ. Α'. *Περὶ τῆς ἀπογραφῆς.*

Ἐγένετο — οἰκουμένην. Ἀπογράφεσθαι αὐτὴν εἰς τὸ τελεῖν κῆνσον, εἰς τὸ παρέχειν φόρον, ὑποτεταγμένην ἤδη τῇ Ῥωμαίων ἐξουσίᾳ, ὧν ἦρχε Καῖσαρ.

Προετύπου δὲ ἡ πρὸς τὸν Καίσαρα ὑποταγὴ πάσης τῆς οἰκουμένης καὶ ἡ ἀπογραφὴ τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ὑποταγὴν πάσης τῆς οἰκουμένης καὶ τὴν ἀπογραφὴν τῶν ἀπογραφομένων εἰς οὐρανούς. Γέγονε δὲ ἡ τοιαύτη ἀπογραφὴ μέλλοντος γεννηθῆναι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα, πάντων ἐν ταῖς ἰδίαις μητροπόλεσιν ἀπογραφομένων, ἀπέλθῃ καὶ ἡ Παρθένος πρὸς (41) τὴν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν αὐτῇ τοῦτον γεννήσῃ, ἵνα (42) πληρωθῇ ἡ προφητεία ἡ λέγουσα· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ·* περὶ ἧς εἴρηται σαφῶς ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Αὕτη — ἐγένετο. Μέχρι τότε μὴ γενομένη.

Ἡγεμονεύοντος — Κυρηνίου. Τὴν ἡγεμονίαν ἱστόρησε τοῦ Κυρηνίου, σημαίνων ὅτι αὐτὸς ἐποιεῖτο τὴν ἀναγραφὴν (43) τῆς Συρίας, ὑφ' ἣν ἡ Παλαιστίνη.

peccatorum, quæ est per viscera misericordiæ Dei nostri, sive quæ datur per compassionem misericordiæ ipsius, et non per opera eorum.

Vers. 78. *Quibus — alto.* Per quæ viscera misericordiæ vel propter viscera misericordiæ visitavit nos, sive apparuit oriens solis intellectualis ex alto divinitatis. Dicit autem Christi apparitionem, quæ nondum erat.

Vers. 79. *Ut appareret — sedent.* Visitavit, inquit, nos, ut appareret, hoc est, ut illucesceret lux veritatis his, qui in tenebris erroris sedent. Umbra vero mortis, peccatum est; nam et hoc mortem significat. Sicut enim hæc animæ separatio est: ita quoque peccatum, est Spiritus sancti expulsio.

Vers. 79. *Ad dirigendos — pacis.* Ut dirigeret iter conversationis nostræ in viam pacis quæ secundum Deum est.

Vers. 80. *Puer autem — spiritu.* Spiritu divino.

Vers. 80. *Et erat — Israeli.* Usque ad diem, quo ipsum Israelitis demonstrari oporteret: quando venit in omnem, quæ circa Jordanem erat regionem, prædicans baptismum pœnitentiæ. Oportebat enim eum a teneris, quod aiunt, unguibus, ad virtutem exerceri: ut et libere argueret, et Christi, qui a se annuntiaretur, testis fide dignus esset.

CAP. I. *De censu Cæsaris.*

CAP. II. Vers. 1. *Factum — orbis.* Ut censum penderent, ut tributum exsolverent, qui jam Romanorum subjecti erant potestati, quorum princeps erat Cæsar.

Præfigurabat autem universi orbis erga Cæsarem subjectio ac descriptio, totius mundi ad Christum subjectionem, ac recensionem eorum, qui in cœlos describuntur. Facta est autem hujusmodi descriptio, cum nasciturus erat Christus: ut, dum omnes in sua metropoli describi oporteret, abiret et Virgo in Bethleem, ac ipsum in ea pareret, et prophetia impleretur, quæ ait: *Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es inter principatus Juda: ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Israel*, de qua manifeste dictum est capite primo Evangelii juxta Matthæum [13].

Vers. 2. *Hæc — facta est.* Quæ usque illud tempus facta non erat.

Vers. 2. *Præside — Cyrenio.* Principatum descripsit Cyrenii, ad significandum, quod ipse fecerit Syriæ descriptionem, in qua sita est Palæstina.

[13] Mich. v, 2; Matth. II, 6.

Variæ lectiones et notæ.

(41) Εἰς τήν. B.
(42) Καὶ pro ἵνα. B.
(43) Ita uterque codex, loco superioris ἀπογραφήν.

Digitized by Google

Vers. 3. *Et ibant — civitatem.* In tribus suæ metropolim, ut nota fieret cujusque tribus multitudo.

Καὶ ἐπορεύοντο — πόλιν. Εἰς τὴν τῆς ἰδίας φυλῆς μητρόπολιν, ἵνα γνώριμον γένηται τὸ πλῆθος ἑκάστης φυλῆς.

Vers. 4. *Ascendit* — Vers. 5. *uxore.* Cum David in Bethleem imperasset (*dd*), suam appellavit civitatem. Simul autem descriptus est Christus, ut eos, qui descripti essent in servitutem principis Cæsaris, liberaret a servitute diaboli, qui princeps est mundi.

Ἀνέβη — γυναικί. Τὴν Βηθλεὲμ ὁ Δαυὶδ κοσμήσας, οἰκείαν ὠνόμασε. Συναπεγράφη δὲ καὶ ὁ Χριστὸς, ἵνα τοὺς ἀπογραφέντας εἰς δουλείαν τοῦ αὐτοκράτορος Καίσαρος ἐλευθερώσῃ τῆς δουλείας τοῦ κοσμοκράτορος διαβόλου.

Vers. 5. *Quæ erat prægnans.* De Spiritu sancto videlicet, sicut dictum est.

Οὔσῃ ἐγκύῳ. Ἐκ Πνεύματος ἁγίου δηλονότι, καθὼς προείρηται.

Vers. 6. *Factum* — Vers. 7. *primogenitum.* De significatione nominis *Primogenitus*, tractavimus in fine Proœmii Evangelii juxta Matthæum [15], ubi dicitur: *Et non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum.*

Ἐγένετο — πρωτότοκον. Περὶ τῆς σημασίας τοῦ *Πρωτοτόκου* διελάβομεν ἐν τῷ τέλει τοῦ προοιμίου τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, ἔνθα κεῖται τό· *Καὶ* (44) *οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν. ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον.*

Vers. 7. *Et fasciis eum involvit — diversorio.* Diversorium dicitur hospitium, in quo, cum non esset locus propter domus angustiam, reclinavit ipsum in præsepe irrationalium, quod ibi erat. Futurum enim erat, ut Verbum pasceret nos verbo Evangelii et ab irrationabilitate ac brutalitate affectionum liberaret.

Καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν — καταλύματι. Κατάλυμα λέγεται τὸ καταγώγιον, ἐν ᾧ, μὴ ὄντος τόπου, διὰ τὴν στενοχωρίαν ἀνέκλινεν αὐτὸν εἰς τὴν οὖσαν ἐκεῖ φάτνην τῶν ἀλόγων. Ἔμελλε γὰρ, Λόγος ὢν, λόγῳ θρέψαι ἡμᾶς, τῷ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ τῆς ἀλογίας τῶν παθῶν ἀπαλλάξαι καὶ (45) κτηνωδίας.

Quære autem primo juxta Matthæum capite enarrationem ejus, quod dicitur: *Et intrantes domum viderunt puerum* [16].

Ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τὴν ἐξήγησιν τοῦ· *Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον* (46).

† Præsepe est mundus, nos vero irrationalia. Ut ergo nos ab irrationalitate liberaret, ideo voluit ibi reclinari.

CAP. II. *De pastoribus in agro degentibus.*

ΚΕΦ. Β'. *Περὶ τῶν ἀγραυλούντων ποιμένων.*

Vers. 8. *Et pastores — suum.* Verbum ἀγραυλεῖν quidam interpretantur, ἐν ἀγρῷ αὐλεῖν, in agro tibia canere, sive fistula uti. Alii vero, ἐν ἀγρῷ αὐλίζεσθαι, in agro degere, sive pernoctare.

Καὶ ποιμένες — αὐτῶν. Ἀγραυλεῖν οἱ μὲν ἑρμηνεύουσι τὸ ἐν ἀγρῷ (47) αὐλεῖν, εἴτουν σύριγγι, χρῆσθαι· οἱ δὲ τὸ ἐν ἀγρῷ αὐλίζεσθαι, ἤγουν διανυκτερεύειν.

Vers. 9. *Et ecce — illos.* Claritatem Domini intellige hic, divinum lumen. Circumfulsit autem illos, ut angelum Domini esse scirent eum, qui illis astaret.

Καὶ ἰδοὺ — αὐτούς. Δόξαν Κυρίου νῦν θεῖον φῶς νόησον. Περιέλαμψε δὲ αὐτοὺς, ἵνα γνῶσιν, ὅτι ἄγγελος Θεοῦ ἐστιν ὁ ἐπιστὰς αὐτοῖς.

Vers. 9. *Et — magno.* Propter visionis novitatem.

Καὶ — μέγαν. Διὰ τὸ παράδοξον τοῦ θεάματος.

Vers. 10. *Dixitque — populo.* Quod autem sit nuntium, audite.

Καὶ εἶπεν — λαῷ. Τί δὲ τὸ εὐαγγέλιον τῆς χαρᾶς, ἄκουσον.

Vers. 11. *Quia — David.* Natus est vobis in civitate David Salvator, qui est Christus, utpote unctam habens humanitatem suam divinitate. Dominus autem, utpote Deus. Scribis vero et Pharisæis non annuntiavit hoc gaudium: cum enim perversi essent et invidi, non erant credituri, sed pastoribus, qui versutia ac invidia carebant, quique veterem patriarcharum vivendi modum apprehende-

Ὅτι — Δαυίδ. Ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον ἐν πόλει Δαυὶδ Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς μὲν, ὡς τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ χρισθείσης τῇ θεότητι· Κύριος δὲ, ὡς Θεός. Οὐκ εὐηγγελίσατο δὲ τοῖς Γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις τὴν χαρὰν ταύτην, διότι οὐκ ἔμελλον πιστεῦσαι, πονηροὶ καὶ φθονεροὶ τυγχάνοντες, ἀλλὰ ποιμέσιν ἀπονήροις καὶ ἀκάκοις, καὶ τὴν παλαιὰν πολιτείαν ἐζηλωκόσι τῶν πατριαρχῶν. Ἐπεὶ

[15] Matth. I, 25 [16] Matth. II, 11.

Variæ lectiones et notæ.

(44) Τό· οὐκ, omisso καὶ. B.

(45) Rarum vocabulum, ab κτηνώδης.

(46) Scholium, quod hic ex margine sui codicis subjecit interpres, in nullo meorum codd. legitur.

(47) Ita quoque Theophyl. p. 315 D, ἀγροτικὸν αὐλοῦντες. Male. Posterioris significationis exempla ad h. l. laudat West. Mohet etiam de hoc Grævius ad Hesiod. p. 75. Addit ibid. Theophyl.: Ἐν τῷ ἀγρῷ αὐλιζόμενοι καὶ διάγοντες. Et p. 316 D in interpretatione allegorica de episcopis: Ἀγραυλεῖν· τουτέστιν ᾄδειν πνευματικά τινα καὶ διδάσκειν τὸν λαόν.

dd) Imperasset. In Græco est, *ornasset*, id est, auxisset et ornasset ædificiis, incolis et aliis.

Digitized by Google

δὲ καὶ ποιμὴν ἐγεννήθη τοῦ λαοῦ, ποιμέσι τὰ περὶ αὐτοῦ γνωρίζεται πρῶτον.

Δηλοῦται δὲ καὶ ἕτερον, ὅτι τοῖς ποιμέσι τῶν λογικῶν προβάτων τὰ θεῖα μυστήρια πρὸ τῶν ἄλλων ἀποκαλύπτονται.

Καὶ — σημεῖον. Τοῦτο ὑμῖν τὸ τεκμήριον τοῦ ἀληθεύειν με.

Εὑρήσετε — φάτνῃ. Ἐδέθη μὲν σπαργάνοις, ἵνα λύσῃ τὰ σπάργανα τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· ἔκειτο δὲ, ἵνα ἀναστήσῃ τοὺς πεπτωκότας εἰς ἁμαρτίαν.

Καὶ — οὐρανίου. Ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ, ἤγουν συνῆλθε τῷ ἀγγέλῳ ἐκείνῳ.

Αἰνούντων τὸν Θεόν. Τῶν ἀγγέλων ὑμνούντων τὴν μίαν θεότητα τῆς ἁγίας Τριάδος, διὰ τὴν οἰκονομηθεῖσαν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. B

Καὶ λεγόντων — Θεῷ. Ὕμνος ἐν οὐρανοῖς τῷ Θεῷ.

Καὶ — ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Τοῦτο αἰτία τοῦ ὕμνου· διότι καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη γέγονεν, ἡ ἐν οὐρανοῖς πολιτευομένη, εἰρηνευόντων ἤδη καὶ τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸν Θεόν.

Ἢ. διότι καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐστιν εἰρήνη τοῦ κόσμου. Μεσίτης γὰρ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γενόμενος, εἰρήνευσε τὰ ἐπίγεια πρὸς τὰ οὐράνια, τὰ διεστῶτα συνάψας καὶ τὰ ἐκπεπολεμωμένα καταλλάξας.

Ἢ *Καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη*, διότι τοῦ παντοκράτορος Χριστοῦ τικτομένου πᾶς πόλεμος κατελύθη, πάντων ὁμοῦ τῶν ἐθνῶν τῷ κράτει τῶν Ῥωμαίων ὑποταγέντων. C

Ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ἐν ἀνθρώποις νῦν ἡ πάλαι εὐδοκία τοῦ Πατρός· αὕτη δέ ἐστι τὸ ἀνανθρωπῆσαι τὸν Υἱὸν, καὶ σῶσαι τὸν ἀπολωλότα ἄνθρωπον. Νῦν γὰρ πεπλήρωται, ὃ πάλαι εὐδόκησεν, εἴτουν ὥρισεν, ἠθέλησε.

Καὶ ἐγένετο — ἡμῖν. Ἴδωμεν τὸ ῥῆμα, τουτέστιν, ἐξετάσωμεν (48) τὸ ῥῆμα, τὸ περὶ τοῦ τεχθῆναι ἡμῖν Σωτῆρα σήμερον. Ἐξετάσωμεν δὲ τοῦτο διὰ τοῦ δοθέντος ἡμῖν σημείου.

Καὶ ἦλθον — τούτου. Διεγνώρισαν, (49) ἤγουν, ἐπληροφορήθησαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου, ὅτι ἐτέχθη τῷ λαῷ Σωτήρ. D

Καὶ πάντες — πρὸς αὐτούς. Ἀνήγγειλαν γὰρ αὐτίκα τῷ τε Ἰωσὴφ καὶ τῇ μητρὶ τοῦ παιδίου πάντα ὅσα ἤκουσαν παρὰ τοῦ ἀγγέλου, καὶ τὰ περὶ τοῦ πλήθους τῆς οὐρανίου στρατιᾶς. Καὶ οὐ μόνον τούτοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν, οἷς ἐνετύγχανον, οἳ καὶ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν, περὶ ὧν ἤκουσαν.

rant. Quia etiam pastor ac dux factus est (*ee*) populi, pastoribus primum ea, quæ de se erant mysteria, manifestavit.

Significatur quoque et aliud, quod videlicet pastoribus rationalium ovium divina mysteria primum, ante alios, revelantur.

Vers. 12. *Et — signum.* Hoc vobis argumentum, quod vera dicam.

Vers. 12. *Invenietis — præsepe.* Fasciis alligatum, ut fascias nostrorum solvat peccatorum. Jacebat autem, ut eos, qui in peccata ceciderant, erigeret.

Vers. 13. *Et — cœlestis.* Facta est cum angelo, id est, conjuncta est illi angelo.

Vers. 13. *Laudantium Deum.* Laudes canentium uni sanctæ Trinitatis divinitati, propter ordinatam hominum salutem.

Vers. 13. *Et dicentium — Deo.* Laus in cœlis Deo.

Vers. 14. *Et in terra pax.* Ut hæc hymno, sive laudi correspondeat. Quia et in terra pax facta est, quæ in cœlis versabatur, hominibus pacem jam ad Deum habentibus.

Vel quia etiam in terra Dei Filius apparuit, qui est pax mundi, mediator Dei et hominum factus: qui pacificavit terrestria cœlestibus, dissidentia conjungens, eosque, qui invicem hostes erant, reconcilians.

Vel, *Et in terra pax*, quia omnipotente Christo nato, bellum omne dissolutum est, omnibus simul gentibus Romanorum ditioni subjectis.

Vers. 14. *In hominibus beneplacitum.* In hominibus nunc est, quod olim Patris erat beneplacitum: hoc autem est, ut incarnaretur Dei Filius, ac salvaretur homo perditus. Nunc enim completum est, quod olim illi beneplacuit, sive quod definivit, aut voluit.

Vers. 15. *Et factum — nobis.* Videamus rem, hoc est, inquiramus factum, de nato nobis hodie Salvatore. Inquiramus autem hoc, per datum nobis signum.

Vers. 16. *Et venerunt* — Vers. 17. *hoc.* Cognoverunt, sive certiores facti sunt de verbo, quod dictum erat eis de puero hoc, quod natus erat populo Salvator.

Vers. 18. *Et omnes — ipsis.* Statim enim annuntiaverunt Joseph et matri pueri, quæcunque dicta erant ipsis ab angelo, et de multitudine cœlestis militiæ. Nec his solum, verum etiam omnibus, quibus occurrebant, qui etiam mirabantur de his, quæ audiebant.

Variæ lectiones et notæ.

(48) Τὸ ῥῆμα abest. A.

(49) Hentenius reddendum censet: *Notum fecerunt vel divulgaverunt, ob id potissimum, quod protinus sequitur: Et omnes, qui audierunt, mirati sunt.* Notum autem est, γνωρίζειν esse et cognoscere, et notum facere.

(*ee*) *Factus est.* Videtur ergo legisse ἐργαστικόν.

(*ff*) *Nam hoc — reliquum est.* Sunum enim implevit (fecit) et superfluum est in posterum, cessat in posterum.

Digitized by Google

Vers. 19. *Maria autem — hæc.* Quæ a pastoribus dicta erant. Conservabat autem apud se-e.

Vers. 19. *Conferens — suo.* Examinans hæc apud se ipsam, et comparans ad Gabrielis ab exordio salutationem, ac sine semine conceptum, et absque doloribus puerperium, partumque sine corruptione : et paulatim certitudinem suscipiebat perfectiorem.

Vers. 20. *Et reversi sunt — ipsos.* Reversi sunt ad gregem suum.

Vers. 21. *Cumque — utero.* Quemadmodum apud nos sacerdotes, quando baptizant, tunc etiam nomen imponunt : ita et apud Hebræos, quando circumcidunt, tunc etiam nomen imponunt.

Dubitavit autem aliquis, quare Christus circumcisioni finem erat impositurus ? Cui respondendum est, quod hoc secundum dispensationem actum est. Nisi enim circumcisus fuisset nequaquam ejus doctrina suscepta fuisset, sed omnino repudiata, tanquam alienigenæ : neque credidisset quispiam, ipsum esse Christum de semine Abraham expectatum. Omnes enim, qui ab Abraham descendebant, sigillum ac signum habebant circumcisionis, quæ distinguebat illos ab aliis gentibus. Ob hoc itaque circumcisus est. Legem etiam in hoc adimplens, sicut in aliis quoque præceptis legalibus, ne legis transgressor videretur. Hanc autem cessare facit, et valde rationabiliter. Hebræorum enim circumcisio Christianorum baptisma figurabat ac præsignabat. Quemadmodum enim illa signabat eos, et ab omni gente distinguebat : ita et hoc Christianos. († Et sicut illa superfluam corporis particulam, ita et hoc amputat peccatum superfluum). Oportebat autem cessare figuram, veniente exemplari : et quiescere signum, adhibito significato. Nam hoc per seipsum adimplet, et superfluum est, quidquid reliquum est (*ff*).

Vers. 22. *Et quando — Moysi.* Lex quidem Dei erat, utpote ab eo data. Dicebatur autem et Moysi, tanquam ab eo scripta. Jubebat autem, ut quæ semen suscepisset ac peperisset masculum, impura haberetur usque ad quadraginta dies [10]. Hoc autem ordinabat ad requiem matris, ne statim viri suis quæ peperissent uxoribus commiscerentur, nondum curato labore, qui parientes consequitur. Verum Dei Genitrix huic certe legi subjecta non erat, eo quod semen non susceperat : obedivit tamen, ne legem transgredi videretur. Purgationis autem eorum, puta matris pueri ac sponsi ejus : appropriabantur enim et viris purgationes uxorum suarum.

[10] Levit. xii, 2.

Ἡ δὲ Μαριὰμ — ταῦτα. Τὰ παρὰ τῶν ποιμένων λαληθέντα. Συνετήρει δὲ ταῦτα παρ' ἑαυτῇ.

Συμβάλλουσα — αὐτῆς. Παρεξετάζουσα ταῦτα καθ' ἑαυτὴν, πρός τε τὸν ἐξ ἀρχῆς εὐαγγελισμὸν τοῦ Γαβριὴλ, καὶ τὴν ἄσπορον σύλληψιν, καὶ τὴν ἀνώδινον κύησιν, καὶ τὸν ἄφθορον τόκον, καὶ τελειωτέραν (50) ἡρέμα δεχομένη πληροφορίαν.

Καὶ ὑπέστρεψαν — αὐτούς. Ὑπέστρεψαν εἰς τὴν ποίμνην αὐτῶν.

Καὶ ὅτε — κοιλίᾳ. Ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν ἱερεῖς, ὅτε βαπτίζουσι, τότε καὶ ὀνομάζουσιν· οὕτω καὶ οἱ παρ' Ἑβραίοις, ὅτε περιτέμνουσι, τότε καὶ τὴν κλῆσιν ἐπιτιθέασιν.

Ἀπορήσει δέ τις, ὅτι, ἐπειδὴ (51) παύειν τὴν περιτομὴν ἔμελλεν ὁ Χριστὸς, διατί περιετμήθη ; Πρὸς ὃν ἀπολογητέον, ὅτι κατ' οἰκονομίαν. Εἰ μὴ περιετμήθη γὰρ, οὐκ ἂν ὅλως παρεδέχθη διδάσκων, ἀλλ' ἀπεπέμφθη ἄν, ὡς ἀλλόφυλος, οὐδ' ἂν ἐπίστευσέ τις, ὅτι αὐτός ἐστι ὁ προσδοκώμενος Χριστὸς ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ. Οἱ γὰρ ἐξ Ἀβραὰμ ἅπαντες, σφραγῖδα καὶ σημεῖον τὴν περιτομὴν εἶχον, διαστέλλουσαν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐθνῶν. Περιετμήθη μὲν οὖν διὰ τοῦτο, πληρῶν κἀνταῦθα τὸν νόμον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις νομικοῖς παραγγέλμασιν, ἵνα μὴ δόξῃ τοῦ νόμου παραβάτης. Ἔπαυσε δὲ ταύτην καὶ πάνυ εὐλόγως. Ἡ γὰρ περιτομὴ τῶν Ἑβραίων τὸ βάπτισμα τῶν Χριστιανῶν ἐτύπου καὶ προεσήμαινεν. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνη τοὺς ἐξ Ἀβραὰμ (52) ἐσφράγιζε καὶ διέστελλεν ἀπὸ παντὸς ἔθνους, οὕτω καὶ τοῦτο τοὺς Χριστιανούς. [Καὶ (53) καθάπερ ἐκείνη περιττὸν ἀποτέμνει τοῦ σώματος μέρος, οὕτω καὶ τοῦτο τὴν ἁμαρτίαν ἀποτέμνει, περιττὴν ὑπάρχουσαν.] Ἔδει δὲ παυθῆναι τὸν τύπον, ἐλθόντος τοῦ πρωτοτύπου, καὶ σιγῆσαι τὸ μηνύον, ἐπιστάντος τοῦ μηνυομένου. Τὸ γὰρ ἑαυτοῦ πεπλήρωκε, καὶ περιττόν ἐστι τοῦ λοιποῦ.

Καὶ ὅτε — Μωϋσέως. Ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ μὲν ἦν, ὡς παρ' αὐτοῦ ὑφηγηθείς· ἐλέγετο δὲ καὶ τοῦ Μωϋσέως, ὡς παρ' αὐτοῦ γραφείς. Ἐκέλευε δὲ τὴν σπερματισθεῖσαν καὶ τεκοῦσαν ἄρσεν, ἀκάθαρτον νομίζεσθαι μέχρι τεσσαράκοντα ἡμερῶν. Τοῦτο δὲ προσέταττεν εἰς ἀνάπαυσιν τῆς μήτρας, ἵνα μὴ εὐθὺς οἱ ἄνδρες τεκούσαις ταῖς γαμεταῖς ἑαυτῶν συμπλέκωνται, μήπω τὴν ἀπὸ τοῦ τεκεῖν ταλαιπωρίαν θεραπευσάσαις. Ἀλλ' ἡ Θεοτόκος οὐχ ὑπέκειτο μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ, διὰ τὸ μὴ σπερματισθῆναι· ἐπειθάρχησε δὲ αὐτῷ, ἵνα μὴ δόξῃ παραβαίνειν τὸν νόμον. Τοῦ καθαρισμοῦ δὲ αὐτῶν, ἤτοι τῆς μητρὸς τοῦ παιδίου καὶ τοῦ μνηστῆρος αὐτῆς· Ὠφειοῦντο γὰρ οἱ ἄνδρες τὸν καθαρισμὸν τῶν γυναικῶν αὐτῶν.

Variæ lectiones et notæ.

(50) ...ελεωτέραν. B.
(51) Ἐπεὶ παύειν. B.
(52) Ἐξ Ἀβραὰμ non exprimit interpres.
(53) Hæc in margine A. Hentenius hæc in fine scholii ex margine sui codicis addiderat.

Digitized by Google

Ἀνήγαγον — κληθήσεται. Παραστῆσαι, εἴτουν ἀποκομίσαι τῷ Κυρίῳ εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναόν. Ἐγέγραπτο γὰρ ἐν τῷ νόμῳ ὅτι *Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν*, πρῶτον δηλονότι, τουτέστι πρωτότοκον, *ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται* · ἤγουν ἀφωρισμένον τῷ Θεῷ κληθήσεται.

Ἀφιεροῦντο δὲ τὰ πρωτότοκα τῶν Ἑβραίων τῷ Θεῷ, διότι πάλαι τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων ἀθανάτωσεν ὑπὲρ ἐλευθερίας τῶν Ἑβραίων.

Ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα πρωτότοκα προδιανοιγεῖσαν διανοίγουσι τὴν μήτραν· προδιανοίγεται γὰρ τῇ συνουσίᾳ τοῦ ἀνδρὸς, ὅτε τὸ σπέρμα εἰσακοντίζεται· μόνος δὲ ὁ Χριστὸς μήπω διανοιγεῖσαν διήνοιξεν ὑπερφυῶς, καὶ κεκλεισμένην κατὰ φύσιν ἐτήρησεν· ἐπεὶ καὶ μόνος οὗτος ἅγιος τῷ Κυρίῳ κυρίως· κατὰ τὴν θεότητα μὲν, ὡς Υἱὸς αὐτοῦ, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, ὡς ἡνωμένος τῷ Υἱῷ αὐτοῦ. Ὥστε, εἰ καὶ διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν περὶ πάντων τῶν πρωτοτόκων ἐνομοθετήθη τὸ παρὸν ῥητὸν, ἀλλά γε πρὸς τὸν Χριστὸν μόνον ὀρθῶς ἀπέβλεπεν.

[Ἀμφιλοχίου (54) Ἰκονίου· Πρὸς μὲν τὴν παρθενικὴν φύσιν οὐδ' ὅλως αἱ παρθενικαὶ πύλαι ἀνεῴχθησαν βουλήσει τοῦ ἀρτίως κυοφορηθέντος, κατὰ τὸ φάσκον περὶ αὐτοῦ ῥητόν· *Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη* (55) ὡς δὲ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ τεχθέντος Δεσπότου, οὐδὲν κέκλεισται τῷ Κυρίῳ, ἀλλὰ πάντα ἀνέῳκται.]

Καὶ τοῦ δοῦναι — περιστερῶν. — Ἀνήγαγον αὐτὸν, (56) φησὶ, *ὑπὲρ τοῦ παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ*, καθὼς εἴρηται, καὶ ὑπὲρ τοῦ δοῦναι θυσίαν ὑπὲρ αὐτοῦ τὰ ῥηθέντα. Ἐπέταττε γὰρ ὁ νόμος διδόναι ζεῦγος τρυγόνων ὑπὲρ σωφροσύνης τοῦ παιδός· σωφρονέστατον γὰρ ἡ τρυγών· ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν ὑπὲρ τεκνογονίας αὐτοῦ· γονιμώτατον γὰρ ἡ περιστερά. Διττὰ δὲ καὶ ταῦτα, κἀκεῖνα, ἵνα τὸ μὲν εἷς εἰς ἐξίλασμα, τὸ δὲ εἰς ὁλοκάρπωμα. Ὥσπερ δὲ ἡ μήτηρ τοῦ Χριστοῦ οὐχ ὑπέκειτο τῷ προῤῥηθέντι νόμῳ, οὕτως οὐδὲ αὐτὸς τῷ παρόντι.

ΚΕΦ. Γ'. *Περὶ τοῦ Συμεών.*

Καὶ ἰδοὺ — Ἰσραήλ. Ἀνάκλησιν, λύτρωσιν τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ ἀπὸ τῆς δουλείας. Προσεδόκα δὲ ταύτην ἐξ ἀναγνώσεως τῶν προφητικῶν βίβλων, αἳ κατήγγελλον τὸν Χριστὸν, ὃς ἐστιν ἀνάκλησις τοῦ νέου Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ, ἀνακαλούμενος αὐτὸν ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς πλάνης.

Καὶ πνεῦμα — αὐτόν. Πνεῦμα ἅγιον προφητείας. Οὐκ ἦν δὲ ἱερεὺς ὁ Συμεών, ὡς ἐμοὶ τέως δοκεῖ· ἢ γὰρ ἂν ἐδήλωσε καὶ τοῦτο πάντως ὁ εὐαγγελιστὴς, ὡς ἀξίωμα τοῦ ἀνδρός.

Vers. 22. *Adduxerunt* — Vers. 23. *vocabitur.* Sisterent, sive afferrent Domino in templum quod erat Jerosolymis. Scriptum erat enim in lege: *Omne masculinum adaperiens vulvam* (primum videlicet, hoc est, primogenitum) *sanctum Domino vocabitur* [17]; sive, separatum Domino vocabitur.

Consecrabantur autem Hebræorum primogenita Deo, quia olim primogenita Ægyptorum morti tradidit pro libertate Hebræorum [18].

Sed hæc quidem primogenita jam apertam adaperiunt vulvam: aperitur enim in viri congressu, quando semen infundit. Solus autem Christus nondum apertam, supernaturaliter aperuit, et clausam, naturaliter servavit: quia etiam solus hic proprie sanctus est Domino, et secundum divinitatem, quia Filius ejus: et secundum humanitatem utpote unitus Filio ejus. Itaque licet propter dictam causam de omnibus primogenitis præsens verbum statutum est, solum tamen Christum directe respicit.

†† Amphilochii Iconensis: Quod attinet naturam Virginis, portæ virgineæ prorsus non apertæ sunt, voluntate ejus, qui in utero gerebatur, secundum dictum de eo: *Hæc est porta Domini, et intrabit, et exibit, et erit porta clausa* [19]; quod vero attinet potentiam nati Domini, nihil clausum est Domino, sed omnia aperta sunt.

Vers. 24. *Et ut darent — columbarum.* — *Adduxerunt eum*, inquit, *ut sisterent Domino*, sicut dictum est, et ut darent hostiam pro eo, illa scilicet, quæ dicta sunt. Jussit enim lex, ut darent par turturum, propter pueri temperantiam, est enim turtur animal castissimum; aut duos pullos columbarum, propter ejus fecunditatem: columba namque fecundissima est. Erant autem et hæc, et illa duplicia. Unum enim offerebatur in placationem, alterum in oblationem. Verum, sicut Christi mater prædictæ legi subjecta non erat, sic nec ipse præsenti.

CAP. III. *De Simeone.*

Vers. 25. *Et ecce — Israel.* Id est, revocationem, redemptionem Israelitici populi a servitute. Exspectabat autem hanc ex libris propheticis Christum annuntiantibus, qui novi Israelitici populi revocatio est, revocans eum ab erroris servitute.

Vers. 25. *Et spiritus — eum.* Spiritus sanctus prophetiæ. Non erat autem sacerdos, ut mihi interim videtur: alias enim et hoc omnino manifestasset evangelista, tanquam magnam viri dignitatem.

[17] Exod. XIII, 2. [18] ibid. 15. [19] Ezech. XLIV, 2.

Variæ lectiones et notæ.

(54) Hæc in margine a manu recentiori. A. Vide Amphiloch. p. 26. D.

(55) Apud Amphiloch. additur: Ὡς πρὸς τὴν παρθενικὴν τοίνυν φύσιν οὐδ' ὅλως ἠνεῴχθησαν αἱ παρθενικαὶ πύλαι.

(56) Αὐτὸν abest. A.

Digitized by Google

Vers. 26. *Et responsum acceperat — Domini.* Legens enim quodam tempore prophetias, quæ de Christo erant, cum invenisset, quod Deus incarnandus esset, ad supernaturale mysterium, tanquam homo, anhelabat: ideo etiam oraculum, sive responsum, accepit, se non moriturum, donec ipse Christum oculis videret corporeis. *Christum autem Domini*, dixit, propter ejus ad Patrem similitudinem. Dominum enim intelligit nunc Patrem.

†† Equidem invenit etiam in codicibus nonnullis de hoc justo viro, quod fuerit ex septuaginta interpretibus Hebraicis, tempore Ptolemæi Philadelphi. Interpretantes enim vaticinium Isaiæ prophetæ: *Ecce, virgo in utero habebit*[49]; hoc solus Simeon non credidit prophetæ, donec ei ab divino angelo responsum esset, ipsum non visurum mortem, donec Christum Domini in manus acceperit.

Vers. 27. *Et venit — templum.* Motus a Spiritu sancto.

Vers. 27. *Et cum — suas.* Statim enim cognovit eum perspicacissimis oculis.

Vers. 28. *Et benedixit Deum.* Qui incarnatus erat.

Vers. 28. *Et ait*— Vers. 29. *Verbum tuum.* Nunc omnino me absolvis a vita, quemadmodum olim dixeras mihi requirenti de tua incarnatione.

Vers. 29. *In pace.* In pace cogitationum. Nunc enim, quæ me turbabant, de divina incarnatione cogitationes pacificatæ sunt.

Vel, in pace intrepiditatis; quia deinceps, mortem non metuam, propter profundam senectutem.

Vel, In pace gaudii; quia deinceps non contristabor propter libertatem Israelis; jam enim vidi Liberatorem.

Vers. 30. *Quia viderunt — salutare tuum.* Nunc dimittis me, inquit, quia vidi incarnationem tuam hanc enim vocat *Salutare*, utpote pro hominum salute factam.

Vers. 31. *Quod — populum.* Quod salutare disposuisti coram omnibus, ut omnibus manifestum esset, non Judæis tantum, verum etiam aliis gentibus.

Vers. 32. *Lumen — Israel.* † O qui vere lumen es, et diceris, ad revelationem gentium, ad manifestationem affectuum, ad increpationem dæmonum: et gloriam populi tui Israelis, novi videlicet:

A *Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον — Κυρίου.* Ἀναγινώσκων γάρ ποτε τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας, καὶ εὑρὼν ὅτι Θεὸς ὢν ἐνανθρωπῆσαι μέλλει, πρὸς τὸ ὑπερφυὲς τοῦ μυστηρίου, ὡς ἄνθρωπος, ἀνηγέλατο· διὸ καὶ χρησμῳδίαν ἔλαβεν, εἴτουν ἀπόφασιν ὡς οὐκ ἀποθανεῖται μέχρις ἂν ἴδῃ αὐτὸν τὸν Χριστὸν τοῖς (57) αὐτοῦ ὀφθαλμοῖς. *Τὸν Χριστὸν δὲ Κυρίου*, εἶπε διὰ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα οἰκείωσιν. Κύριον γὰρ (58) νόει τὸν Πατέρα.

[Εὗρον (59) κἀγὼ ἔν τισι τῶν (60) ἀντιγράφων περὶ τοῦ δικαίου τούτου ἀνδρὸς, ὡς ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν τῶν Ἑβραίων ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. Μεθερμηνεύοντες γὰρ ἐκεῖνοι πάντες τὴν προρρήσιν Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, τό· *Ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει* B τοῦτο μόνος ὁ Συμεὼν ἠπίστει τῷ προφήτῃ, ὃν τὴν (61) ... ἐκεῖνο χρηματισθεὶς ὑπὸ θείου ἀγγέλου, μὴ ἰδεῖν θάνατον, ἕως ἂν τὸν Χριστὸν Κυρίου δέξηται ἐν ταῖς ἑαυτοῦ χερσίν.]

Καὶ ἦλθεν — ἱερόν. Τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ κινηθείς.

Καὶ ὅτε — αὐτοῦ. Διέγνω γὰρ αὐτὸ παρευθὺ τοῖς διορατικοῖς ὀφθαλμοῖς.

Καὶ εὐλόγησε τὸν Θεόν. Τὸν ἐνανθρωπήσαντα.

Καὶ εἶπε — ῥῆμά σου. Νῦν ἀπολύεις με τοῦ βίου πάντως, καθὼς εἰρηκάς μοι, πάλαι διαποροῦντι περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς σῆς ἐνανθρωπήσεως.

Ἐν εἰρήνῃ. Ἐν εἰρήνῃ λογισμῶν. Νῦν γὰρ οἱ C ταράττοντές με λογισμοὶ περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως εἰρήνευσαν.

Ἢ, Ἐν εἰρήνῃ ἀφοβίας, μηκέτι φοβούμενον τὸν θάνατον, διὰ τὸ βαθύ μου γῆρας.

Ἢ, Ἐν εἰρήνῃ χαρᾶς, μηκέτι λυπούμενον ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τοῦ Ἰσραὴλ· εἶδον γὰρ ἤδη τὸν ἐλευθερωτήν.

Ὅτι εἶδον — σωτήριόν σου. Νῦν ἀπολύεις με, φησὶν, ὅτι (62) εἶδον τὴν ἐνανθρώπησίν σου· ταύτην γὰρ καλεῖ, σωτήριον, ὡς ἐκ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων γεγενημένην.

Ὃ — λαῶν. Ὅπερ σωτήριον ᾠκονόμησας ἐνώπιον πάντων, ἵνα πᾶσιν εἴῃ φανερὸν, οὐ μόνον Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι. D

Φῶς — Ἰσραήλ. [Φῶς (63), ὦ φῶς ἀληθινὸν καὶ ὂν καὶ καλούμενον (64), εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, εἰς φανέρωσιν τῶν παθῶν, εἰς ἔλεγχον τῶν δαιμονίων. (65) Καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραὴλ, τοῦ νέου

[49] Isa. VII, 14.

Variæ lectiones et notæ.

(57) Τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς. B.
(58) Γὰρ νῦν τὸν Πατέρα νόει. B.
(59) In margine, a manu prorsus recenti. A.
(60) Codices nunc appellat, fabulas aniles, quarum magnam multitudinem in peregrinatione sua a vetulis accepit divinus Origenes.
(61) Sententia interim ita suppleri potest: Ἕως ἦν αὐτῷ χρηματισθέν.
(62) Διότι εἶδον. B.
(63) Hæc in margine habet A. Codex B, habet inferius, post κατηξίωσεν, hoc modo. Ἕτερος δὲ, φῶς, ὦ φῶς ἀληθινόν. Pro ὦ, exhibet A ὡς, pro ὂν autem ὤν.
(64) Καλούμενε. B. Sed hoc, relatum ad Christum, postulat etiam ἀληθινέ.
(65) Δαιμόνων. A.

Digitized by Google

δηλονότι οὗ (66) δόξα διὰ σοῦ ἡ ἀπόκτησις τῶν παρὰ φύσιν κακῶν, καὶ κτῆσις τῶν κατὰ φύσιν καλῶν, καὶ ἐπίκτησις τῶν ὑπὲρ φύσιν ἀγαθῶν. Ἢ ἡ ἀρετὴ, καὶ ἡ γνῶσις, καὶ ἡ θέωσις.]

A in quo per te est destructio malorum, quæ sunt præter naturam, et possessio bonorum, quæ sunt secundum naturam, et acquisitio bonorum, quæ sunt supra naturam. Vel, virtus et cognitio divinitatis.

Φῶς ὃν εἰς ἀνάβλεψιν μὲν ἐθνῶν, τῶν τετυφλωμένων τῇ πλάνῃ· ἀποκάλυψιν γὰρ λέγει τὴν ἀνάβλεψιν· εἰς δόξαν δὲ (67) καὶ εὐκλειαν λαοῦ σου τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ. Δόξα γὰρ αὐτοῖ; τὸ βλαστῆσαι σε ἐξ αὐτῶν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ ὄντως ἡ σωτήριος ἐνανθρώπησις αὐτοῦ ἐφώτισε μὲν τὰ ἔθνη φωτισμὸν θεογνωσίας καὶ ἀρετῆς, ἐδόξασε δὲ τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι συγγενὴς αὐτῶν γενέσθαι κατηξίωσε.

Lumen: quod gentibus errore cæcis visum restituat. Revelationem enim vocat, visus restitutionem. Ad gloriam id quidem et nominis celebritatem populi tui Israelitici. Nam gloria illorum est, quod secundum humanitatem sis ab eis progenitus. Et vere salutaris incarnatio, gentes quidem illustravit, illustratione divinæ cognitionis ac virtutis; Judæos vero glorificavit, quia cognatus eorum fieri dignatus est.

Καὶ ἦν — περὶ αὐτοῦ. Ἐθαύμαζον, οὐχ ὡς τότε (68) πρῶτον περὶ αὐτοῦ (69) μανθάνοντες, ἀλλ' ὡς, ἐφ' οἷς προμεμαθήκεσαν, ἔτι παραδοξότερα προσενωτιζόμενοι.

Vers. 33. *Et erant — de illo.* Mirabantur, non quod præter ea, quæ prius didicerant, adhuc mirabiliora percipiebant. B

Καὶ εὐλόγησε — Ἰσραήλ. Εἰς πτῶσιν μὲν τῶν προσκοπτόντων τοῖς ἀνθρωποπρεπέσιν αὐτοῦ, καὶ πιπτόντων εἰς ἀπιστίαν τῆς θεότητος αὐτοῦ· ἀνάστασιν δὲ τῶν προσεχόντων τοῖς θεοπρεπέσιν αὐτοῦ, καὶ ἀνισταμένων πρὸς πίστιν τῆς θεότητος αὐτοῦ. Κεῖται δὲ, ὡς λίθος ἀκρογωνιαῖος, συνδέων ἐφ' ἑαυτῷ τοὺς δύο λαοὺς, τόν τε παλαιὸν καὶ τὸν νέον. Ἐπεὶ καὶ διὰ Ἡσαΐου προανεφώνησεν ὁ Θεὸς, ὅτι *Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος καὶ πέτραν σκανδάλου.*

Vers. 34. *Et benedixit — Israel.* In casum his, qui ad ea offendunt, quæ hominis sunt, qui cadunt in incredulitatem divinitatis ejus: erectionem vero his, qui adhærent rebus, quæ Dei sunt. Situs est autem, utpote lapis angularis, conjungens ad seipsum duos populos, veterem ac novum. Nam et per Isaiam prædixit Deus: *Ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scandali* [80].

[(70) Εἰς πτῶσιν μὲν σαρκὸς, ἤτοι τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος καὶ παθῶν καὶ λογισμῶν πονηρῶν καὶ δαιμόνων, καὶ τοῦ κατὰ τὸ γράμμα νόμου· ἀνάστασιν δὲ πνεύματος, ἤγουν πνευματικοῦ φρονήματος καὶ φυσικῶν δυνάμεων καὶ ἀρετῆς καὶ γνώσεως καὶ τοῦ κατὰ τὸ πνεῦμα νόμου.]

† In casum quidem carnis, sive carnalis prudentiæ et affectionum, ac cogitationum malarum et dæmonum, ac litteralis: Erectionem vero spiritus, sive spiritualis prudentiæ ac naturalium potentiarum, virtutisque et cognitionis ac legis spiritualis. C

Καὶ — ἀντιλεγόμενον. Καὶ εἰς θαῦμα ἀντιλεγόμενον τοῖς ἀπίστοις, εἴτουν ἀντιλογίας ὑφιστάμενον· θαῦμα γὰρ ἦν, ὡς μήτε ἄνθρωπος μόνον ὤν, μήτε Θεὸς μόνον, ἀλλὰ θεάνθρωπος· διὸ καὶ, ὡς ὑπερφυοῦς ὄντος, ἀντιλέγουσι, πάντα κατὰ φύσιν ἐξετάζοντες, καὶ μηδὲν ὑπερφυὲς ἐννοεῖν δυνάμενοι.

Vers. 34. *Et — contradicitur.* Et in miraculum, cui ab infidelibus contradicitur, sive contradictionem sustinens: miraculum enim erat, utpote neque et homo tantum, neque Deus tantum, sed Deus simul et homo (quod Græce unico dicitur vocabulo θεάνθρωπος) ideoque quasi rei quæ supra naturam est, contradicunt ii qui omnia secundum naturam inquirunt, nec quidquid supernaturale intelligere possunt.

Τινὲς δὲ σημεῖον ἀντιλεγόμενον τὴν σταύρωσιν λέγουσι· σημεῖον μὲν, ὡς σύμβολον φιλανθρωπίας· διὰ τοὺς ἀνθρώπους γὰρ ταύτην ὑπέμεινεν· ἀντιλεγόμενον δὲ, ὡς ὀνειδιζομένην ὑπὸ τῶν ἀπίστων.

Quidam vero, signum, cui contradicitur, dicunt crucifixionem; signum quidem, quasi symbolum amoris erga homines, nam hanc propter homines, sustinuit: huic vero ab infidelibus contradicitur, utpote rei probrosæ. D

Καὶ σοῦ — ῥομφαία. Ῥομφαίαν δὲ ὠνόμασε τὴν τμητικωτάτην καὶ ὀξεῖαν ὀδύνην, ἥτις διῆλθε τὴν καρδίαν τῆς Θεομήτορος, ὅτε ὁ Υἱὸς αὐτῆς προσηλώθη τῷ σταυρῷ. Περὶ ταύτης γὰρ τῆς ἀλγηδόνος νῦν προεφήτευσεν.

Vers. 35. *Et tuam — gladius.* Gladium nominavit, dolorem acutissimum maximeque dividentem, qui penetravit cor Matris Dei, dum Filius ejus cruci affixus est. De hoc enim cruciatu nunc vaticinatus est.

Ὅπως — διαλογισμοί. Τῶν ὑποπτευόντων, ὅτι

Vers. 35. *Et — cogitationes.* Eorum qui suspi-

[80] Isa. VIII, 14; XXVIII, 16; Rom. XI, 33.

Variæ lectiones et notæ.

(66) Δόξα non agnoscit Hentenius.
(67) Καὶ omittit A.
(68) Πρῶτον abest. A.
(69) Θαυμάζοντες, pro μανθάνοντες. A.
(70) Ἡ πάλιν εἰς. B. Codex A, hæc in margine habet.

Digitized by Google

cabantur, hanc non esse illius Matrem. Sicut enim multi ad ea respicientes, quæ hominis sunt, dicebant hominem tantum esse, Filium Mariæ : ita rursum alii attendentes ad ea, quæ divinitatis ejus erant, suspicabantur, quod esset tantum Deus, nec esset hæc mater ejus : tunc autem intuentes eam amare dolentem, ac plurimum lugentem, naturæque cedere, crediderunt, quod mater esset ejus : et retegebant, sive prodebant cogitationes cordium suorum, quæ a suspicione processerant.

A οὐκ ἔστιν αὕτη μήτηρ αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ πολλοὶ, ἀποβλέποντες εἰς τὰ ἀνθρωποπρεπῆ αὐτοῦ. Ἔλεγον ὅτι Ἄνθρωπος μόνον ἐστὶν Υἱὸς τῆς Μαρίας· οὕτως ἄλλοι πάλιν, ἀποβλέποντες εἰς τὰ θεοπρεπῆ αὐτοῦ, ὑπώπτευον ὅτι Θεὸς μόνον ἐστὶ, καὶ οὐκ ἔστιν αὕτη μήτηρ αὐτοῦ· τότε δὲ θεασάμενοι ταύτην πικρῶς ὀδυνωμένην, καὶ σφοδρῶς ὀδυρομένην, καὶ ἡττωμένην τῆς φύσεως, ἐπίστευσαν ὅτι μήτηρ αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἀπεκάλυψαν, εἴτουν ἐξηγόρευσαν τοὺς διαλογισμοὺς τῶν καρδιῶν αὐτῶν, τοὺς τῆς ὑποψίας.

CAP. IV. *De Anna prophetissa.*

ΚΕΦ. Δ'. *Περὶ Ἄννης τῆς προφήτιδος.*

Vers. 36. *Et erat — multis.* Provectæ admodum ætatis, sive anus.

Καὶ ἦν — πολλαῖς. Προβεβηκυῖα, εἴτουν γραῦς.

Vers. 36. *Et vixerat* — Vers. 37. *die.* Ob hoc enim prophetica etiam gratia dotata fuit, quia non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus Deo serviens nocte ac die.

B *Ζήσασα — ἡμέραν.* Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ προφητικοῦ χαρίσματος ἠξιώθη, διότι οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ἐν νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τῷ Θεῷ. Λατρείαν δὲ τὴν δουλείαν καὶ θεραπείαν νόει.

Vers. 38. *Et hæc — Domino.* Gratias agebat Deo incarnato.

Καὶ αὕτη — Κυρίῳ. Ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ, τῷ ἐνανθρωπήσαντι.

Vers. 38. *Ac loquebatur — Jerusalem.* Loquebatur de eo, quod hic esset redemptio. Verum Simeon quidem, figura erat veteris Testamenti, Anna autem Novi : inter quos medius positus Christus illud absolvebat (*gg*), hoc vero retinebat : ostendens, quod vetus quidem cessat, novum autem vivit.

Καὶ ἐλάλει — Ἱερουσαλήμ. Ἐλάλει περὶ αὐτοῦ, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ λυτρωτής. Ἀλλ' ὁ μὲν Συμεὼν τύπος ἦν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ἡ δ' Ἄννα τῆς Νέας· ὧν μέσος ὁ Χριστὸς κείμενος τὴν μὲν ἀπέλυσε, τὴν δὲ παρακατέσχεν, ἐμφαίνων ὅτι ἡ μὲν παλαιὰ πέπαυται, ἡ δὲ νέα ζῇ.

Vers. 39. *Et ut — Nazareth.* Omnia, quæ erant circa pueri præsentationem, ac circa hostias, de C quibus jubebat lex.

Καὶ ὡς — Ναζαρέτ. Ἅπαντα τὰ περὶ τῆς παραστάσεως τοῦ παιδίου, καὶ τὰ περὶ τῆς θυσίας, περὶ ὧν ὁ νόμος ἐκέλευε.

Quære autem primo capite Evangelii secundum Matthæum dicti illius expositionem : *Ecce angelus Domini apparet in somnis Joseph dicens : Surge et accipe puerum et matrem ejus et fuge in Ægyptum*[91].

Ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τὴν ἐξήγησιν τοῦ· *Ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ λέγων· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον.*

Vers. 40. *Puer autem — super illum.* Quoad humanitatem hæc omnia intellige. Tanquam puer enim crescebat ætate : corroborabatur autem adversus malitiam, spiritu, sive unita sibi divinitate. Nam Spiritus vocatur et Divinitas ; implebatur vero sapientia, tanquam divinitati unitus ; gratia quoque uniti sibi Dei erat super illum, quæ ipsum moderabatur, regebat et componebat.

Τὸ δὲ παιδίον — ἐπ' αὐτῷ. Κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ταῦτα πάντα νόησον. Ὡς παιδίον (71) γὰρ ηὔξανε μὲν εἰς ἡλικίαν, ἐκραταιοῦτο δὲ κατὰ τῆς κακίας πνεύματι, ἤγουν τῇ ἡνωμένῃ αὐτῷ θεότητι. Πνεῦμα γὰρ καλεῖται καὶ ἡ θεότης. Καὶ ἐπληροῦτο μὲν σοφίας, ὡς ἡνωμένον τῇ σοφίᾳ· χάρις δὲ τοῦ ἡνωμένου αὐτῷ Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ, παιδαγωγοῦσα τοῦτο καὶ ῥυθμίζουσα καὶ κατακοσμοῦσα.

Vel etiam alio modo. Corroborabatur Spiritu, videlicet sancto ; gratia autem Dei, sive patris, erat super illum. Sicut enim incarnatus est ex Patris beneplacito, ac superveniente Spiritu sancto : ita etiam conversabatur ac operabatur per beneplacitum Patris et cooperationem Spiritus sancti.

D Ἢ καὶ ἑτέρως. Ἐκραταιοῦτο μὲν Πνεύματι, ἤτοι τῷ ἁγίῳ· χάρις δὲ (72) Θεοῦ, ἤγουν τοῦ Πατρὸς, ἦν ἐπ' αὐτῷ. Ὥσπερ γὰρ ἐσαρκώθη Πατρὸς εὐδοκίᾳ, καὶ Πνεύματος ἁγίου ἐπελεύσει· οὕτω καὶ ἐπολιτεύετο, καὶ ἐνήργει, εὐδοκίᾳ μὲν τοῦ Πατρὸς, συνεργίᾳ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Vers. 41. *Et ibant — Vers. 43. Jerusalem.* Finitis diebus, videlicet die festo Paschæ, diebusque Azymo-

Καὶ ἐπορεύοντο — Ἱερουσαλήμ. Τελειωσάντων τὰς ἡμέρας τὰς τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα καὶ τῆς

[91] Matth. II, 13.

Variæ lectiones et notæ.

(71) Γάρ abest. A.

(72) Τοῦ addit A.

(*gg*) *Illud absolvebat.* Istum quidem demisit : hanc vero retinuit. De Simeone sermo est et Anna non de testamentis. Ἀπολύειν respicit ad cap. II, 29.

Digitized by Google

ἑορτῆς τῶν Ἀζύμων. Ὑπέμεινε δὲ εἴτουν, ὑπελείφθη ἐν Ἱερουσαλὴμ, βουλόμενος συμμίξαι τοῖς διδασκάλοις.

A rum. Remansit autem, sive relictus est in Jerusalem, volens commisceri doctoribus.

Καὶ οὐκ — αὐτοῦ. Κατὰ θείαν οἰκονομίαν, ἵνα μὴ κωλύσωσιν αὐτὸν, ὡς παῖδα καὶ ἀγράμματον.

Vers. 43. *Et non — ejus.* Juxta divinam Providentiam hoc factum est, ne prohiberent eum, quasi puerum et sine litteris.

Νομίσαντες — διδασκάλων. Μίαν μὲν ἡμέραν ἀνάλωσαν, ὅτε ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν, καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς· ἑτέραν δὲ, ὅτε, μὴ εὑρόντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ζητοῦντες αὐτόν· κατὰ τὴν τρίτην δὲ λοιπὸν εὗρον αὐτόν. Ἐν τῷ ἱερῷ δὲ εὑρίσκεται ὁ Χριστὸς, ἤγουν ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ πράγματι, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ἀνθρώπῳ.

Vers. 44. *Existimantes* — Vers. 46. *doctorum.* Unum quidem diem consumpserunt, quando venerunt itinere diei, et requirebant illum inter cognatos et notos ; alterum quando non invento eo reversi sunt in Jerusalem quærentes illum ; circiter tertium vero tandem invenerant illum.

In templo invenitur Christus, sive in sacro loco et in sacro negotio, ac in sacro homine.

Ἀκούοντα — αὐτούς. Ἀκούοντα καὶ ἐπερωτῶντα περὶ τῶν νομίμων, ἵνα ἐκ νεότητος ἡ σύνεσις αὐτοῦ γνωρισθῇ. Φοβηθῶμεν οὖν οἱ διδάσκαλοι, γινώσκοντες ὅτι ἐν μέσῳ ἡμῶν ἐστιν ὁ Χριστὸς, προσέχων, πῶς διδάσκομεν.

Vers. 46. *Audientem — eos.* Audientem et interrogantem de legalibus, ut a puero intelligentia ejus cognita foret. Timeamus ergo, qui præceptores sumus, quoniam in medio nostrum est Christus, attendens, quo pacto doceamus

Ἐξίσταντο — αὐτοῦ. Ἔδει γὰρ τοῦτο γενέσθαι, ἵνα ὕστερον διδάσκων εὐπαράδεκτος αὐτοῖς εἴη.

Vers. 47. *Stupebant — ejus.* Oportebat enim hoc fieri, ut cum postea doceret, facile ab illis reciperetur.

Καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἐξεπλάγησαν. Ὁ Ἰωσὴφ δηλονότι καὶ ἡ Μήτηρ αὐτοῦ. Ἐξεπλάγησαν δὲ οὐ μόνον διὰ τὴν σύνεσιν καὶ τὰς ἀποκρίσεις αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τόλμαν.

Vers. 48. *Et viso eo obstupuerunt.* Joseph videlicet et Mater ejus. Obstupuerunt autem, non propter intelligentiam tantum et responsa illius, verum etiam propter audaciam.

Καὶ πρὸς — σε. Πατέρα αὐτοῦ τὸν Ἰωσὴφ ὠνόμασεν, ὡς μνηστῆρα ἑαυτῆς, καὶ ὡς τροφὸν αὐτοῦ. Ὀδυνώμενοι δὲ ἐζήτουν αὐτὸν, διὰ τὴν σχέσιν. Καὶ εἴ τις δὲ ἐκ πόθου ὀδυνώμενος ζητήσει αὐτὸν, εὑρήσει αὐτόν.

Vers. 48. *Et ad illum — te.* Patrem, Joseph nominavit, utpote sponsum suum, et illius nutritium. Dolentes autem quærebant illum, propter longam moram et desiderium. Si quis ergo præ desiderio dolens quærat eum inveniet illum.

Καὶ εἶπε — με ; Ὡς πλανώμενον δηλαδή. Θεὸς οὐ πλανᾶται.

Vers. 49. *Et dixit — me ?* Quasi errantem videlicet : Deus enim non errat.

Οὐκ ἤδειτε — με ; Ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Πατρός μου. Ἔλεγε δὲ περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὃ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ ὁ Σολομὼν ᾠκοδόμησεν. Ἀλλ' ἡ μὲν Μήτηρ αὐτοῦ, περὶ τοῦ θέσει Πατρὸς αὐτοῦ εἶπεν· αὐτὸς δὲ ταύτῃ τὸν φύσει Πατέρα αὐτοῦ ἐγνώρισε.

Vers. 49. *Nesciebatis — me ?* Id est, in domo Patris mei. Dicebat autem de templo, quod Deo Patrique suo a Salomone ædificatum erat. Verum Mater ejus de adoptivo patre locuta fuerat ; ipse autem eum, qui natura sibi Pater erat, manifestabat.

Καὶ αὐτοὶ — αὐτοῖς. Τὸ περὶ τοῦ ἱεροῦ.

Vers. 50. *Et ipsi — illis.* Quod erat de templo.

Καὶ κατέβη — αὐτοῖς. Παιδεύων ὑποτάττεσθαι μὴ μόνον τοῖς φύσει γονεῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς θέσει.

Vers. 51. *Et descendit — illis.* Docens, ut subditi simus, non solum naturalibus parentibus, verum etiam adoptivis.

Καὶ ἡ μήτηρ — αὐτῆς. Τὰ περὶ τοῦ ἱεροῦ, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς ῥήματα οὐχ ἁπλῶς παιδὸς, ἀλλὰ καὶ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Διετήρει δὲ ταῦτα ἐξετάζουσα καθ' ἑαυτὴν, ὡς μὴ ἁπλῶς εἰρημένα.

Vers. 51. *Et mater — suo.* Quæ de templo dixerat ac similia, tanquam verba non simpliciter pueri, sed etiam filii Dei. Conservabat autem examinans apud sese, utpote quæ non vulgariter dicta erant.

Καὶ Ἰησοῦς — ἀνθρώποις. Ὡς παιδίον νόμῳ φύσεως ἀνθρωπίνης προέκοπτεν εἰς ταῦτα κατὰ μικρόν· ὡς γὰρ Θεὸς παντέλειος ἦν.

Vers. 52. *Et Jesus — homines.* Tanquam puer lege humanæ naturæ paulatim ad hæc proficiebat. Nam ut Deus omnino perfectus erat.

[Γρηγορίου (73) τοῦ Θεολόγου. Προέκοπτε, φησὶν, (74) ὥσπερ ἡλικίᾳ, οὕτω καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι. Οὐ τῷ ταῦτα λαμβάνειν αὔξησιν· τί γὰρ τοῦ ἀπ' ἀρχῆς τελείου γένοιτ' ἂν τελεώτερον ; ἀλλὰ τῷ κατὰ μικρὸν ταῦτα παραγυμνοῦσθαι καὶ παρεκφαίνεσθαι.]

† Gregor. Theolog. Proficiebat, inquit, ut ætate, ita et sapientia et gratia. Non hæc accipere oportet per augmentum. Quid enim ? Num qui ab initio perfectus erat, perfectior fieri poterat ? Sed quod hæc paulatim denudaret ac demonstraret.

ΚΕΦ. Ε'. *Περὶ τοῦ γενομένου ῥήματος πρὸς Ἰωάννην.*

CAP. V. — *De verbo, quod factum est ad Joannem.*

Ἐν ἔτει — Καίσαρος. Μετὰ τὸν προῤῥηθέντα

CAP. III. Vers. 1. *Anno — Cæsaris.* Post prædictum

Variæ lectiones et notæ.

(73) A in margine B in textu.

(74) Gregor. Nazianz. pag. 86 fin.

Digitized by Google

Augustum Tiberius fuit Cæsar Romanorum, hoc est, imperator. Tunc enim Cæsar rege major erat ; postea vero Cæsaris dignitas depressa est. Significat autem Evangelista et tempus Cæsaris, qui tunc imperabat, et præsidum more historiæ. Id enim historicis mos erat.

Αὔγουστον ὁ Τιβέριος γέγονε Καῖσαρ τῶν Ῥωμαίων, τουτέστιν αὐτοκράτωρ. Τότε μὲν γὰρ ὁ Καῖσαρ μείζων ἦν τοῦ βασιλέως· ὕστερον δὲ τὸ τοῦ Καίσαρος ὑπεβιβάσθη ἀξίωμα. Παρασημειοῦται δὲ τὸν καιρὸν τοῦ τε τηνικαῦτα Καίσαρος, καὶ τῶν ἡγεμόνων ὁ εὐαγγελιστὴς, νόμῳ ἱστορίας. Ἔθος γὰρ τοῦτο τοῖς ἱστορικοῖς.

Vers. 1. *Præside — tetrarcha.* De his accurate dictum est capite secundo Evangelii secundum Matthæum, ubi de Joseph dicitur : *Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire* [88].

Vers. 45. *Et ait — me ?* Interrogavit, non quod ignoraret, sed ut illa, cognito, quod non lateret, prout speraverat, sanitatem furtim non subriperet, sed hanc ab ipso ultroneo auferret, confitendo, quæ circa se facta essent : et ita nota fierent his, qui Christum sequebantur, et mulieris fides et Christi virtus, quem nihil latere potest ; ac multi et fidem illius imitarentur, et timerent hujus omnipotentiam, omniumque scientiam ; præterea, ut archisynagogus a præsenti miraculo majorem conciperet fiduciam.

Vers. 45. *Negantibus — me ?* Petrus de simplici contactu Christum loqui existimabat, quo omnes, qui sequebantur, tangebant eum, impulsi ac coarctati circa ipsum, et ita constringebant eum : ipse vero de tali non loquebatur, sed de eo, qui fide factus erat. Cum enim tunc multi casu eum comprimendo tangerent, solum hujus sensit contactum, qui a fide procedebat.

Vers. 46. *Jesus vero — quispiam.* Quia nondum confessa erat mulier timore perterrita, exspectabat ipse (*rr*), dicens : *Tetigit me quispiam*, ut videns ipsa hujus quasi stuporem (*ss*), sua sponte, quod factum erat, confiteretur, et ipsa miraculum prædicaret.

Vers. 46. *Ego — me.* Virtutem, videlicet sanandi, quam attraxit fides mulieris. Dixit autem hoc, ut magis confirmaretur, quod eum non lateret, quæ esset ea quæ ipsum tetigerat. Marcus [49] vero dixit, quod etiam circumspiciebat, ut videret eam, quæ hoc fecerat.

[47] Marc. v, 26. [48] Ibid., 27. [49] Ibid., 32.

A Ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν — αὐτόν. Συνέσφιγγον, ὠθιζόμενοι περὶ αὐτόν.

ΚΕΦ. ΚΣ'. *Περὶ τῆς αἱμορροούσης.*

Καὶ γυνὴ — αὐτῆς. Ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, ἀντὶ τοῦ ἐν ἔτεσι δώδεκα. Τοῦτο γὰρ ἐδήλωσαν οἱ προλαβόντες εὐαγγελισταί. Μάρκος δὲ προσέθηκεν, ὅτι οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελήθη παρὰ τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἦλθε. Τί δέ ἐστι κράσπεδον, εἴρηται ἐν τῷ ἐξκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. Ἔτι δέ φησιν ὁ Μάρκος, ἐλθεῖν αὐτὴν ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, τουτέστιν, ἀναμιγῆναι τῷ ὄχλῳ, μηχανωμένην λαθεῖν.

Διατί δὲ οὐχ ἥψατο φανερῶς ; Διότι ἀκάθαρτον ἑαυτὴν ἐγίνωσκε, καὶ ἐφοβεῖτο φανερῶς ἅψασθαι τοῦ καθαροῦ, κωλυομένη παρὰ τοῦ νόμου. Καὶ διατί μὴ πόρρω στᾶσα τὴν ὑγείαν ᾔτησατο ; Διότι ᾐσχύνετο δημοσιεῦσαι τοιοῦτον πάθος. Ἅμα δὲ καὶ ὑπώπτευε, μήποτε διαγνωσθεῖσα ἀπελαθῇ παρὰ τοῦ ὄχλου, διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτῆς.

Καὶ εἶπεν — μου ; Ἠρώτησεν, οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλ' ἵνα γνοῦσα, ὅτι οὐκ ἔλαθεν, ὡς ἤλπιζεν, οὐδ' ἔκλεψε τὴν ὑγείαν, ἀλλὰ παρ' ἑκόντος αὐτοῦ ταύτην ἐκομίσατο, ἀνομολογήσῃ τὰ κατ' αὐτήν, καὶ γνωρισθῇ τοῖς ἀκολουθοῦσι, ταύτης μὲν ἡ πίστις, αὐτοῦ δὲ ἡ δύναμις ; καὶ τὸ ἀλάθητον, καὶ μιμήσωνται μὲν πολλοὶ τὴν πίστιν αὐτῆς, φοβηθῶσι δὲ τὸ παντοδύναμον αὐτοῦ καὶ πανεπίσκοπον, καὶ ἵνα καὶ ὁ ἀρχισυνάγωγος πλείονα λάβῃ πίστιν ἀπὸ τοῦ παρόντος θαύματος.

Ἀρνουμένων — μου ; Ὁ Πέτρος μὲν ᾤετο περὶ ἁπλῆς ἐπαφῆς λέγειν τὸν Χριστόν, καθ' ἣν πάντες οἱ ἀκολουθοῦντες ἥπτοντο αὐτοῦ, περὶ αὐτὸν ὠθιζόμενοι καὶ ἀποθλίβοντες, εἶτουν, ἀποσφίγγοντες αὐτόν· αὐτὸς δὲ οὐ περὶ τοιαύτης ἔλεγεν, ἀλλὰ περὶ τῆς γενομένης ἐκ πίστεως. Πολλῶν δὲ τηνικαῦτα (49) κατὰ τύχην ἁπτομένων αὐτοῦ, διὰ τὸν συνωθισμὸν, μόνης ἤσθετο τῆς ἐπαφῆς ταύτης, γενομένης ἐκ πίστεως.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς — τίς. Ἐπεὶ οὔπω διωμολόγησεν ἡ γυνὴ, φοβουμένη πάντως, αὐτὸς ἐπιμένει λέγων, Ἥψατό μού τις, ἵνα βλέπουσα τὴν ἔνστασιν αὐτοῦ, αὐτόματος ὁμολογήσῃ τὸ γεγονὸς, καὶ αὐτὴ τὸ θαῦμα ἀνακηρύξῃ.

Ἐγὼ — ἐμοῦ. Δύναμιν θεραπευτικὴν, δηλονότι, ἣν εἵλκυσεν ἡ πίστις τῆς γυναικός. Εἶπε δὲ τοῦτο πρὸς πλείονα βεβαίωσιν τοῦ μὴ ἀγνοεῖν τὴν ἁψαμένην· ὁ δὲ Μάρκος εἶπεν, ὅτι καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο ποιήσασαν.

Variæ lectiones et notæ.

(49) Πολλῶν γὰρ τηνικαῦτα B.

(*rr*) *Exspectabat ipse.* Ipse in eo persistit ac dicit.

(*ss*) *Stuporem.* Ἔκστασιν, loco ἔνστασιν videtur legisse. Redde, *hujus perseverantiam.* Nam ἔνστασις non differt ab ὑπομονή.

Digitized by Google

Ἰδοῦσα δὲ — ἦλθε. Τρέμουσα, ἅμα μὲν, καὶ διὰ A τὴν δύναμιν αὐτοῦ· ἅμα δὲ, καὶ διὰ τὸν νόμον, ὅτι ἀκάθαρτος οὖσα, ἥψατο τοῦ καθαροῦ.

Καὶ προσπεσοῦσα — παραχρῆμα. Καθ' ὑπέρβατόν ἐστιν ἡ σύνταξις τῶν ῥητῶν, ὅτι προσπεσοῦσα αὐτῷ, ἀνήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ, δηλαδὴ, λεληθότως· ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν προειρήκαμεν ἀνωτέρω.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς — σε. Μὴ φοβοῦ, μήτε ἐμὲ, μήτε τὸν νόμον. Ἐκ πίστεως γὰρ, οὐκ ἐκ καταφρονήσεως ἥψω, καὶ λοιπὸν, ἡ πίστις σου παρ' ἐμοῦ μὲν, προεξένησέ σοι τὴν (50) ὑγείαν· παρὰ δὲ τοῦ νόμου, τὴν ἄφεσιν. Τῇ πίστει δὲ αὐτῆς τὸ πᾶν ἐπεγράψατο, ἵνα καὶ ἄλλοι πρὸς πίστιν ἐφελκυσθῶσιν, ὡς εἰρήκαμεν· B ἔδειξε δὲ κἀνταῦθα (51) ὁ Χριστὸς, ὅτι οὐδεὶς ἀκούσιον ἔχων πάθος, ἀκάθαρτός ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ· θυγατέρα δὲ αὐτὴν ἐκάλεσεν, ὡς υἱοθετηθεῖσαν αὐτῷ διὰ πίστεως, καὶ ἅμα διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης παντελῶς τὸν φόβον αὐτῆς ἐκβάλλων καὶ οἰκειούμενος αὐτήν.

Πορεύου εἰς εἰρήνην. Τὴν ἀπὸ τοῦ μηκέτι πολεμεῖσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους. Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, εἴη ἂν αἱμόῤῥους ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων, ἥτις πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπήγαζε τὴν ἀκαθαρσίαν τῆς ἁμαρτίας, φοινικὴν οὖσαν, ἤτοι, φονικήν. Οὐδὲν δὲ ὠφελήθη παρὰ τῶν ψυχικῶν ἰατρῶν αὐτῆς, λέγω δὴ, τῶν φιλοσόφων· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐβλάβη ταῖς ἀλλοκότοις διδασκαλίαις αὐτῶν· ἁψαμένη δὲ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, τουτέστι, τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ, διὰ πίστεως, αὐ- C τίκα ἰάθη. Καὶ γὰρ ἅπτεται τοῦ ἱματίου αὐτοῦ διὰ πίστεως (52), πᾶς ὁ πιστεύων τῇ ἐνανθρωπήσει αὐτοῦ.

Ἔτι — σωθήσεται. Ταῦτα καὶ ὁ Μάρκος ἔγραψεν ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον ἐν ἐκείνῳ τὴν ἑρμηνείαν.

Ἐλθὼν δὲ — ἀπέθανεν (53). Ὁμοίως καὶ περὶ τούτων πάντων ἐν ἐκείνῳ σεσαφήνισται. *Ἐκόπτοντο δὲ αὐτὴν*, ἀντὶ τοῦ, ἐθρήνουν αὐτήν.

Καὶ κρατήσας — γεγονός. Ἔτι καὶ περὶ τούτων ἀπαραλείπτως εὑρήσεις ἐν ἐκείνῳ.

ΚΕΦ. ΚΖ'. *Περὶ τῆς ἀποστολῆς τῶν δώδεκα.*

Συγκαλεσάμενος — θεραπεύειν. Εἴρηται περὶ τούτων ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ D Ματθαῖον.

Καὶ ἀπέστειλεν — ἀσθενοῦντας. Ἐν ἐκείνῳ διείληπται καὶ περὶ τούτων, ἔνθα κεῖται τό· *Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, λέγοντες, ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.*

Καὶ εἶπε — ἔχειν. Ὁμοίως καὶ περὶ τούτων.

Καὶ εἰς — ἐξέρχεσθε. Καὶ περὶ τούτου πλατύτερον ὁ Ματθαῖος ἐκεῖ ἱστόρησε.

Vers. 47. *Cum ergo videret — accessit.* Tremens, tum propter illius virtutem, tum propter legem, quod, cum immunda esset, cum, qui mundus erat, tetigisset.

Vers. 47. *Ac procidit — protinus.* Per hyperbaton est ordo verborum. Procidit ad pedes ejus, et indicavit ei coram omni populo, ob quam causam illum tetigisset, puta clam sive occulte : hanc autem causam superius prædiximus.

Vers. 48. *Jesus autem — te.* Ne aut me aut legem timeas. Ex fide enim et non ex contemptu tetigisti ; et certe fides tua a me quidem conciliavit tibi sanitatem, a lege vero remissionem. Fidei autem illius totum attribuit negotium, ut et alii ad fidem attraherentur, sicut prædiximus. Ostendit itaque per hoc Christus, quod nullus ob morbum vel affectionem, quam invitus patitur, immundus est apud Deum. Filiam vero ipsam vocavit, utpote per fidem sibi adoptatam : simul etiam hujusmodi appellatione timorem penitus ab ea repellens, ipsamque sibi familiarem reddens.

Vers. 48. *Vade in pace.* Qua deinceps a morbo non impugneris. Juxta anagogen vero intelligi potest sanguine fluens, natura humana : quæ, priusquam veniret Christus, manabat peccati impuditate sanguinaria sive mortifera ; nec quidquam adjumenti senserat à spiritalibus animorum medicis, qui ejus curam habuerant, puta philosophis : sed detrimentum potius susceperat, per extraneas ac absurdas eorum doctrinas. Ut autem Christi tetigit vestimentum, hoc est, incarnationem ejus per fidem, repente sanata est. Ejus siquidem tangit vestimentum, quisquis credit ipsius incarnationem.

Vers. 49. *Adhuc* — Vers. 50. *salva erit.* Hæc etiam scripsit Marcus decimo tertio capite, et in eo quære interpretationem.

Vers. 51. *Cum autem venisset* — Vers. 53. *mortua esset.* Similiter et hæc omnia illo capite explanata sunt.

Vers. 54. *Et apprehensa* — Vers. 56. *quod factum est.* De his quoque nullo prætermisso ibi invenies.

CAP. XXVII. *De missione duodecim apostolorum.*

Cap. IX. Vers. 1. *Convocatis — ut curarent.* Dictum est de his decimo nono juxta Matthæum capite.

Vers. 2. *Et misit — infirmos.* Eodem capite de his quoque distincte dictum est, ubi ponitur : *Euntes autem prædicate, dicentes : Instat regnum cœlorum.*

Vers. 3. *Et ait — habeatis.* Similiter et de his.

Vers. 4. *Et in — exite.* De his quoque latius scripsit ibi Matthæus [50].

[50] Matth. x, 7.

Variæ lectiones et notæ.

(50) Σου τήν. A.
(51) Δὲ κἀντεῦθεν. B
(52) Διὰ πίστεως, omittit B.
(53) Post ἀπέθανε, omittit etiam Hentenius verba textus : Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, in sua versione, tametsi in Præfatione nihil ea de re monuerit.

Digitized by Google

Vers. 5. *Et quicunque — adversus illos.* Pari modo et de his.

Vers. 6. *Egressi — ubique.* Juxta præceptum ejus, qui miserat illos.

Vers. 7. *Audivit* — Vers. 9. *eum.* De his exacte disputatum est vicesimo quinto capite Evangelii secundum Matthæum.

Vers. 10. *Et reversi* — Vers. 11. *eum.* Decimo quinto capite Evangelii secundum Marcum dictum est de his latius, ubi ponitur : *Et congregantur apostoli ad Jesum* [81].

Vers. 11. *Et suscipiens — sanabat.* De his vicesimo quinto juxta Matthæum capite diligenter disputavimus, ubi dicitur : *Et egressus Jesus vidit turbam multam : et misertus est illorum* [82].

A Καὶ ὅσοι — ἐκ' αὐτούς. Παραπλησίως καὶ περὶ τούτων.

Ἐξερχόμενοι — πανταχοῦ. Κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ ἀποστείλαντος αὐτούς.

Ἤκουσεν — αὐτόν. Περὶ τούτων ἠκριβολόγηται (54) καλῶς ἐν τῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Καὶ ὑποστρέψαντες — αὐτῷ. Ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Μάρκον εἴρηται περὶ τούτων πλατύτερον, ἔνθα κεῖται τό· Καὶ συνάγονται οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

Καὶ δεξάμενος — ἴᾶτο. Περὶ τουτων ἐν τῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἐπιμελῶς διελάβομεν, ὅπου κεῖται τό· Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἶδε πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς.

B

CAP. XXVIII. *De quinque panibus.*

ΚΕΦ. ΚΗ'. Περὶ τῶν πέντε ἄρτων καὶ τῶν δύο ἰχθύων.

Vers. 12. *Dies vero — sumus.* Prædicto capite horum data est explanatio. Diversorium vero dicit nunc, receptaculum.

Ἡ δὲ ἡμέρα — ἐσμέν. Ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον καὶ περὶ τούτων ἐσαφηνίσθη. Κατάλυσιν δὲ λέγει νῦν τὴν κατασκήνωσιν.

Vers. 13. *Ait* — Vers. 14. *quinquies mille.* Similiter et de his.

Εἶπε — πεντακισχίλιοι. Ὁμοίως καὶ περὶ τούτων.

Vers. 14. *Dixit* — Vers. 15. *omnes.* Pari modo et de his.

Εἶπε — ἅπαντας. Ὡσαύτως καὶ περὶ τούτων.

Vers. 16. *Acceptis* — Vers. 17. *duodecim.* Præterea et de his.

Λαβὼν — δώδεκα. Ἔτι καὶ περὶ τούτων.

CAP. XXIX. *De interrogatione Domini ad discipulos.*

ΚΕΦ. ΚΘ'. Περὶ τῆς τῶν μαθητῶν ἐπερωτήσεως.

C

Vers. 18. *Et factum est* — Vers. 20. *Dei.* Horum omnium interpretationem invenies tricesimo tertio capite Evangelii secundum Matthæum.

Καὶ ἐγένετο — τοῦ Θεοῦ. Τούτων πάντων τὴν ἑρμηνείαν εὑρήσεις ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Vers. 21. *Is vero — hoc.* Lege totam enarrationem eorum quæ in illo capite dicta sunt, usque ad eum locum ubi dicitur : *Ex eo tempore cœpit Jesus indicare discipulis* [83]; et inde simul omnium diligentissimam sumito explanationem.

Ὁ δὲ — τοῦτο. Ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν τῶν ἐν ἐκείνῳ (55) ῥητῶν ἄχρι τοῦ· Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καὶ λήψῃ πάντων ὁμοῦ διάγνωσιν ἀκριβεστάτην.

Vers. 22. *Dicens — refugere.* Ibi de his quoque suo ordine disputatum est.

Εἰπών· — ἐγερθῆναι. Καθεξῆς ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων διείληπται.

Vers. 23. *Dicebat — me.* Sed et de his quoque ibidem post pauca omnino invenies.

Ἔλεγε — μοι. Ἀλλὰ (56) καὶ περὶ τούτων ἐν ἐκείνῳ μετ' ὀλίγα πάντα εὑρήσεις.

Vers. 24. *Quisquis — eam.* Quicunque voluerit animam suam a morte servare tempore martyrii, factus animæ amator, at non Christi amator, perdet eam in futuro sæculo, hoc est, in supplicium projicietur. Hæc autem ibidem etiam, suoque dicta sunt ordine, videlicet decimo nono capite Evangelii secundum Matthæum

Ὅς — αὐτήν. Ὃς ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διασῶσαι ἀπὸ θανάτου, ἐν καιρῷ μαρτυρίου γινόμενος φιλόψυχος, ἀλλ' οὐ φιλόχριστος, ἀπολέσει αὐτὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, τουτέστιν, εἰς κόλασιν ἐμβαλεῖ. Εἴρηκε δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ ἑξῆς καὶ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

D

Vers. 24. *Quisquis — eam.* Quicunque illa privatus fuerit per martyrium, hic servabit eam in futuro sæculo.

Ὅς — αὐτήν. Ὃς ἂν ἀφαιρεθῇ αὐτὴν, διὰ μαρτυρίου, οὗτος σώσει αὐτὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

[81] Marc. VI, 30. [82] Matth. XIV, 14. [83] Matth. XVI, 21.

Variæ lectiones et notæ.

(54) Ἠκριβολογήθη, B.

(55) Τῶν ἐκείνων, A.

(56) In mea Novi Testamenti Græci editione, p. 209, suspicatus fueram vocabula ista, καθ' ἡμέραν, quæ Euthymius non agnoscit, translata esse in contextum ex homileta aliquo. Laudaveram etiam loca similia Chrysostomi. Sed nunc in promptu est locus quem quærebam. Nam t. VII, p. 557, ita habet : Διηνεκῶς γὰρ, φησὶ, περίφερε τὸν θάνατον καὶ ΚΑΘ' ΗΜΕΡΑΝ ἕτοιμος ἴσο πρὸς σφαγήν.

Digitized by Google

Τί γὰρ — ζημιωθεὶς ; Τοῦτο καὶ ὁ Ματθαῖος ἔγραψεν ἐπὶ τέλους τοῦ τριακοστοῦ τρίτου κεφαλαίου, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν. Τὸ δὲ, *ἢ ζημιωθεὶς*, ἑρμηνευτικόν ἐστι τοῦ, *ἀπολέσας*. Ἀπώλειαν δὲ καὶ ζημίαν ὀνομάζει τὴν αἰώνιον καταδίκην καὶ κόλασιν. A

Ὃς γὰρ — ἀγγέλων. Τούτων ἐμνημόνευσε καὶ ὁ Μάρκος ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ἐν ἐκείνῳ διηρμηνεύθησαν. Ἀλλὰ πῶς εἶπεν, ὅτι καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων; Διότι καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς, δόξα αὐτοῦ ἔσται. Υἱὸς γὰρ αὐτοῦ ἐστι. Καὶ ἡ δόξα τῶν ἁγίων ἀγγέλων, δόξα αὐτοῦ ἔσται. Δεσπότης γὰρ αὐτῶν ἐστι.

Λέγω δὲ — τοῦ Θεοῦ. Εἴρηται περὶ τούτων ἐν τῷ τέλει τοῦ τριακοστοῦ τρίτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ B Ματθαῖον.

ΚΕΦ. Α'. *Περὶ τῆς μεταμορφώσεως τοῦ Ἰησοῦ.*

Ἐγένετο— ὀκτώ. Διῆλθον, δηλονότι.

Καὶ παραλαβὼν — Ἰερουσαλήμ. Περὶ τῆς μεταμορφώσεως ταύτης φανερώτερον ἔγραψεν ὁ Ματθαῖος ἐν τῷ τριακοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ αὐτοῦ, ἐν ᾧ καὶ ταῦτα κατὰ λόγον ἡρμηνεύθησαν. Προσευχόμενος δὲ μετεμορφώθη, ἵνα μάθωμεν, ὅτι ἡ προσευχὴ μεταμορφοῖ καὶ λαμπρύνει τὸν ἄνθρωπον, ὡς χρὴ, γινομένη.

Ὁ δὲ Πέτρος — αὐτῷ. Ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων ἐῤῥήθη. Δόξαν δὲ νόει τὴν λαμπρότητα.

Καὶ ἐγένετο — νεφέλην. Μωϋσῆς μὲν καὶ Ἠλίας C εἰσῆλθον εἰς τὸ πάχος τῆς νεφέλης, ἀπαχθησόμενοι πάντως εἰς τοὺς ἀφωρισμένους αὐτοῖς τόπους· οἱ μαθηταὶ δὲ, ὄντες μὲν ἔκφοβοι καὶ διὰ τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Δεσπότου, καθὼς εἶπε Μάρκος, θεασάμενοι δὲ καὶ τούτους οὕτως ὑπερφυῶς ἀναλαμβανομένους, ἐφοβήθησαν μᾶλλον.

Καὶ φωνὴ — μόνος. Ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον καὶ περὶ τούτων ἐξηγήθη λεπτομερῶς. Ἃ μὲν οὖν (57) παρῆκεν ὁ Ματθαῖος, ἐξεῖπεν ὁ Λουκᾶς· ἃ δὲ παρέδραμεν ὁ Λουκᾶς, ἱστόρησεν ὁ Ματθαῖος.

Καὶ αὐτοὶ — ἑωράκασιν. Εἶπε γὰρ ὁ Ματθαῖος· ὅτι καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ (58) τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγων· *Μηδενὶ εἴπητε τὸ Ὅραμα, ἕως οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ*· καὶ ἀνάγνωθι τὴν τούτων ἑρμηνείαν ἐκεῖ. D

ΚΕΦ. ΛΑ'. *Περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.*

Ἐγένετο — ἠδυνήθησαν. Τὸν παῖδα τοῦτον

Vers. 25. *Quid enim — facial ?* Hoc et Matthæus scripsit in fine tricesimi tertii capitis : et ibi quære enarrationem. Quod autem addit : *Aut sui ipsius jacturam faciat*, declarativum est præcedentis, puta, seipsum perdat. Perditionem vero et jacturam nominat, æternam condemnationem et supplicium.

Vers. 26. *Quemcunque — angelorum.* Horum et Marcus meminit vicesimo quarto capite, et ibi explanata sunt. Verum quomodo et Patris, et sanctorum angelorum ? Quia gloria Patris gloria est ipsius, cum unum sint. *Ego et Pater*, inquit, *unum sumus* [84] (*tt*) : gloria vero angelorum, etiam ipsius est ; Dominus enim illorum est.

Vers. 27. *Dico — Dei.* Dictum est de his in fine tricesimi tertii capitis Evangelii secundum Matthæum.

CAP. XXX. *De transformatione.*

Vers. 28. *Factum est — octo.* Videlicet pertransierunt.

Vers. 28. *Assumpsit* — Vers. 31. *Hierosolymis.* De hac transformatione manifestius scripsit Matthæus tricesimo quarto sui Evangelii capite, in quo etiam hæc ad verbum declarata sunt. Orans autem transformatus est, ut discamus, quod oratio transformat ac illustrat hominem, si fiat quemadmodum oportet.

Vers. 32. *Petrus vero — illo.* Ibi etiam de his dictum est. Gloriam vero intellige splendorem.

Vers. 33. *Factum est* — Vers. 34. *nubem.* Moses quidem et Elias intraverant in spissitudinem nubis ad loca omnino inter se separata (*uu*) : discipuli vero, cum etiam propter Domini transformationem essent exterriti, veluti dixit Marcus [85] ; videntes etiam, quod hoc modo ipsi (*vv*) supernaturaliter in nubem reciperentur, maxime timuerunt.

Vers. 35. *Et vox* — Vers. 36. *solus.* Prædicto capite Evangelii secundum Matthæum subtiliter de his disputatum est. Quæ ergo præteriit Matthæus, ea Lucas expressit ; quæ vero prætermisit Lucas, ea scripsit Matthæus.

Vers. 36. *Et ipsi — viderunt.* Dixit enim Matthæus, quod dum descenderent de monte, præcepit eis Jesus dicens : *Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat* [86]. Et ibi lege horum interpretationem.

CAP. XXXI. *De lunatico.*

Vers. 37. *Factum est* — Vers. 40. *potuerunt.*

[84] Joann. x, 30. [85] Marc. IX, 6. [86] Matth. XVII, 9.

Variæ lectiones et notæ.

(57) Οὖν abest, A

(58) Ἀπὸ, loco ἐκ, habet etiam uterque codex in contextu Matthæi, quod eo magis miror, quod Chrysost. tom. VII, p. 570, habet ἐκ, comprobantibus etiam codicibus Chrysostomi Mosquensibus.

(*tt*) *Cum unum — sumus.* In Græco tantum est, *Filius enim ejus est.*

(*uu*) *Ad loca — separata.* Ut nimirum referantur ad destinata ipsis loca.

(*vv*) *Videntes — ipsi*, etc. Videntes autem, istos (Mosen et Eliam) etiam ita supernaturaliter assumpto magis timuerunt.

Digitized by Google

Filium hunc lunaticum fuisse scripsit Matthæus tricesimo quinto capite ; et omnino de his ibi dictum est.

Vers. 41. *Respondens — huc.* In illo horum omnium declarationes invenies.

Vers. 42. *Cum — dissipavit.* Hæc latius scripsit Marcus vicesimo sexto capite, et ibi enarrationem horum quære.

Vers. 42. *Increpavit — patri suo.* Prædicto tricesimo quinto capite Evangelii juxta Matthæum de his dictum est.

Vers. 43. *Stupebant — Dei.* Putabant enim, non propria, sed Dei virtute hæc eum operari miracula.

Vers. 43. *Omnibus* — Vers. 44. *istos.* Quos dixit vicesimo nono capite præsentis Evangelii de sua passione et occisione ac resurrectione : ideo etiam, cum hos quasi significare incepisset, cætera reliquit, tanquam jam intellecta.

Vers. 44. *Filius enim* — Vers. 45. *hoc.* Verbum, non quod erat de passione et occisione, sed de resurrectione. Dictum est autem de hoc in fine enarrationis tricesimi quinti capitis Evangelii secundum Matthæum : lege ergo, quæ ibi dicta sunt.

CAP. XXXII. *De disputantibus quis esset major.*

Vers. 46. *Intravit* — Vers. 47. *juxta se.* Matthæus vero tricesimo septimo capite ait [87], quod accedentes discipuli de hoc interrogaverunt eum. Verisimile ergo est, quod ubi cogitationem illorum cognovisset, et interrogasset : *Quid in via tractabatis ?* sicut dixit Marcus [88], postmodum etiam ipsi, cum jam cognita esset cogitatio sua, interrogaverunt de hoc : deinde Jesus apprehendit puerum, qui ibi præsens erat, et statuit illum juxta se, dixitque cætera, quæ sequuntur. Itaque Matthæus scripsit, quod interrogaverunt discipuli ; Marcus vero et Lucas hoc relicto scripserunt, quod cognovit cogitationem eorum : et ille quidem posteriora dixit, hic autem priora. Lege ergo dicto capite Evangelii juxta Matthæum explanationem totam, quæ admodum utilis est.

Vers. 48. *Et ait — me.* Alia quoque ante hæc dixit, quæ Matthæus conscripsit, per quæ etiam hæc facile cognoscuntur ; quære ergo illa. Per puerum vero humilitatem et abjectionem significavi.

Vers. 48. *Nam — magnus.* Hic finis est intentionis propter quam puerum juxta se statuit. Minimum autem, [dixit humillimum. Similia quoque dixit quadragesimo tertio Evangelii secundum Matthæum capite : et juxta medium ejus capitis.

Vers. 49. *Respondens* — Vers. 50. *est.* Hæc etiam scripsit Marcus vicesimo septimo capite, et ibi horum lege explanationem.

[87] Matth. XVIII, 1. [88] Marc. IX, 33.

A σεληνιάζεσθαι Ματθαῖος ἔγραψεν ἐν τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ, καὶ εἴρηται περὶ τούτων πάντων ἐκεῖ.

Ἀποκριθείς — ὧδε. Ἐν ἐκείνῳ τὰς λύσεις τούτων ὅλων εὑρήσεις.

Ἔτι — συνεσπάραξε. Ταῦτα πλατύτερον ὁ Μάρκος ἱστόρησεν ἐν τῷ εἰκοστῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον ἐν ἐκείνῳ τὴν τούτων ἐξήγησιν.

Ἐπετίμησε — πατρὶ αὐτοῦ. Ἐν τῷ προρρηθέντι τριακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἐρρήθη περὶ τούτων.

Ἐξεπλήσσοντο — τοῦ Θεοῦ. Ὅοντο γὰρ, οὐκ ἐξ ἰδίας δυνάμεως, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ταῦτα τερατουργεῖν αὐτόν.

Πάντων — τούτους. Οὓς εἶπεν ἐν τῷ εἰκοστῷ B ἐνάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ παρόντος Εὐαγγελίου, περί τε τοῦ Πάθους, καὶ τῆς ἀναιρέσεως, καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἐναρξάμενος αὐτῶν, ὥστε δηλῶσαι, περὶ ὧν λέγει, τὰ λοιπὰ καταλέλοιπεν, ὡς ἤδη νοούμενα.

Ὁ γὰρ Υἱὸς — τούτου. Τὸ ῥῆμα, οὐ τὸ περὶ τοῦ Πάθους καὶ τῆς ἀναιρέσεως, ἀλλὰ τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως. Εἴρηται δὲ περὶ τούτου ἐν τῷ τέλει τῆς ἐξηγήσεως τοῦ τριακοστοῦ πέμπτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ Ματθαῖον, καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐκεῖ ῥηθέντα.

ΚΕΦ. ΛΒ'. *Περὶ τῶν διαλογιζομένων τίς μείζων.*

Εἰσῆλθε — παρ' ἑαυτῷ. Ὁ δὲ Ματθαῖος ἐν τῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ φησὶν· ὅτι προσελθόντες οἱ μαθηταὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ τούτου. Εἰκὸς C δὲ, γνόντος αὐτοῦ τὸν διαλογισμὸν αὐτῶν, καὶ ἐπερωτήσαντος αὐτοὺς, τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζοντο, ὡς εἶπεν ὁ Μάρκος, λοιπὸν καὶ αὐτοὺς, ὡς ἤδη γνωσθέντος τοῦ διαλογισμοῦ, ἐρωτῆσαι περὶ αὐτοῦ, εἶτα τὸν Ἰησοῦν ἐπιλαβέσθαι παιδίου παρόντος, καὶ στῆσαι αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ, καὶ εἰπεῖν τὰ ἑξῆς. Λοιπὸν οὖν ὁ μὲν Ματθαῖος ἔγραψεν· ὅτι ἠρώτησαν οἱ μαθηταί· Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς, τοῦτο παραλιπόντες, ἱστόρησαν, ὅτι ἔγνω τὸν διαλογισμὸν αὐτῶν. Καὶ ὁ μὲν τὰ ὕστερον εἶπεν, οἱ δὲ τὰ πρότερον. Ἀνάγνωθι δὲ ἐν τῷ ῥηθέντι κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τὴν ὅλην ἐξήγησιν, ἀναγκαιοτάτην οὖσαν.

Καὶ εἶπεν — με. Καὶ ἄλλα πρὸ τούτων εἴρηκεν, D ἅπερ ἀνέγραψεν ὁ Ματθαῖος, ἀφ' ὧν εὐχερῶς καὶ ταῦτα διαγινώσκονται, καὶ ζήτησον αὐτά. Διὰ τοῦ παιδίου δὲ τὴν ταπείνωσιν καὶ εὐτέλειαν ὑπεδήλωσεν.

Ὁ γὰρ — μέγας. Τοῦτο πέρας του σκοποῦ, δι' ὃν ἔστησε τὸ παιδίον παρ' ἑαυτῷ· μικρότερον δὲ λέγει, τὸν ταπεινότερον. Εἶπε δὲ τοιαῦτα καὶ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, καὶ ζήτησον περὶ τὸ μέσον τοῦ τοιούτου κεφαλαίου.

Ἀποκριθεὶς — ἐστί. Ταῦτα καὶ ὁ Μάρκος ἔγραψεν ἐν τῷ εἰκοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ, καὶ ἀνάγνωθι ἐκεῖ τὴν τούτων σαφήνειαν.

Digitized by Google

Ἐγένετο — Ἱερουσαλήμ. Ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ λέγει τὸν καιρὸν τὸν ἀφορισθέντα μέχρι τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, τῆς ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανόν. Ἤγγιζε γὰρ ἤδη καὶ ἡ ἀναίρεσις αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀνάστασις, καὶ ἡ ἀνάληψις. *Ἐστήριξε* δὲ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, ἀπηύθυνεν, ὥστε πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀμεταστρεπτὶ, ἐπειγόμενος πρὸς τὸ Πάθος. Γέγραπται γὰρ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν· *Ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου* εἴτουν, ἀπερείσω, ἀπευθυνῶ, ἀκλινῶς βλέψω.

Καὶ — αὐτοῦ. Μηνυτάς.

Καὶ πορευθέντες — Σαμαρειτῶν. Κατὰ πάροδον αὐτοῦ κειμένην.

Ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ. Ὑποδοχὴν, δηλονότι, πρὸς καταγωγὴν αὐτοῦ τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

Καὶ οὐκ — Ἱερουσαλήμ. Τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, αὐτὸς, ἀπὸ μέρους, τὸ ὅλον. Οὐκ ἐδέξαντο, φησὶν, αὐτὸν, διότι ἦν πορευόμενος εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν. Ἐναντίως γὰρ οἱ Σαμαρεῖται πρὸς τοὺς Ἱεροσολυμίτας διέκειντο.

Ἰδόντες δὲ — αὐτοῖς. (59) Ὑπολαμβάνω, τούτους εἶναι τοὺς ἀποσταλέντας. Ὠργίσθησαν μὲν οὖν, ὡς ἀτιμασθέντος τοῦ διδασκάλου· ἠρώτησαν δὲ, εἰ χρὴ τοὺς ἀτιμάσαντας ἀμύνασθαι, ὡς μιμούμενοι Ἠλίαν τὸν ζηλωτήν. Ἐπετίμησε δὲ αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, ὡς ἀνεξίκακος, παιδεύων αὐτοὺς, μακροθύμως φέρειν τὰς ἀτιμίας τῶν ἀπειθούντων. Ἐγίνωσκε μὲν γὰρ, ὅτι οὐ παραδέξονται αὐτὸν (60) οἱ Σαμαρεῖται· ἀπέστειλε δὲ μαθητὰς, ἵνα ἀπειθησάντων μὲν ἐκείνων, ὀργισθέντων δὲ τούτων, ἐπιπλήξῃ καὶ διδάξῃ αὐτοὺς, μὴ ἐπεξέρχεσθαι τοῖς καταφρονοῦσιν. Ἔμελλον γὰρ τὸ κήρυγμα καταγγέλλοντες ὑπὸ πολλῶν ἀποπέμπεσθαι. Οὐχ ἑαυτοῖς δὲ, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ δυνάμει θαρροῦντες εἶπον, ὅτι *Εἰπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.*

Εἰ καὶ (61) παρῆκεν ὁ Χρυσόστομος (62) ἐνταῦθα, τό· *Οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε·* ἀλλ' οὖν ἐν ἑτέροις λόγοις Δεσποτικὸν εἶναι λέγει καὶ τοῦτο τὸ ῥητόν. Λοιπὸν τοίνυν πνεῦμα νόει μοι τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Τοῦτο γὰρ ἀγαθόν ἐστι καὶ ἀνεξίκακον, ὥσπερ καὶ τὰ λοιπὰ πρόσωπα τῆς μιᾶς Θεότητος.]

ΚΕΦ. ΛΓ'. *Περὶ τοῦ μὴ ἐπιτρεπομένου ἀκολουθεῖν.*

Καὶ ἐπορεύθησαν — κλίνῃ. Ἔγραψε περὶ τούτου καὶ ὁ Ματθαῖος ἐν τῷ δεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ἡρμηνεύθησαν ἐκεῖ (63).

Εἶπε — Θεοῦ. Ἐκεῖ καὶ περὶ τούτου σαφῶς διείληπται· ἐκάλεσε δὲ τοῦτον ὁ Χριστὸς, εἰδὼς αὐτὸν ἄξιον.

Vers. 51. *Factum est — Hierosolyma.* Dies assumptionis ipsius, dicit præfinitum tempus, dum a terra assumeretur in cœlum; jam enim instabat sui interemptio ac resurrectio et assumptio. Obfirmavit faciem suam, hoc est, direxit, ut iret Hierosolyma, progrediens ad passionem, ne respiciendo quidem in tergum. Scriptum est enim in libro quoque Psalmorum : *Obfirmabo super te oculos meos* [59]; sive infigam, dirigam, indeclinabiliter aspiciam.

Vers. 52. *Et — suum,* Hic etiam dictio ἀγγέλους simpliciter nuntios significat.

Vers. 52. *Et euntes — Samaritanorum.* Quod in transitu ejus situm erat.

Vers. 52. *Ut pararent illi.* Hospitium videlicet, ad susceptionem ipsius, et illorum, qui cum eo erant.

Vers. 53. *Et non—Hierosolyma.* Facies ejus, hoc est, ipse, a parte totum. Non receperunt, inquit, eum, quia pergebat Hierosolyma ad inimicos ipsorum. Nam Samaritani inimico animo affecti erant ad Hierosolymitas.

Vers. 54. *Quod cum vidissent* — Vers. 55. *servandum.* Suspicor. hos fuisse præmissos. Itaque irati sunt, quod præceptorem sprevissent : interrogaverunt ergo, an contemptores ulcisci oporteret, utpote zeloten Eliam imitantes. Increpavit autem illos Christus, tanquam clemens : instruens eos, ut incredulorum injurias patienter ferrent. Siquidem sciebat, quod se suscepturi non essent Samaritani : misit tamen discipulos, ut illis non parentibus, et his irascentibus, objurgaret ac doceret eos non insurgere in illos qui contemnerent. Futurum enim erat, ut cum Evangelium annuntiarent, a multis repudiarentur. Non sibi ipsis autem, sed de illius potentia confidentes dixerunt : *Vis dicamus, ut ignis de cœlo descendat ?*

†† Etiamsi prætermiserit hoc loco Chrysostomus ista : *Nescitis cujus spiritus estis*, sed in aliis homiliis hoc Domini responsum esse ait. Igitur Spiritum quidem intellige Spiritum sanctum. Is enim bonus est et indulgens, ut reliquæ personæ unius naturæ divinæ.

CAP. XXXIII. *De eo cui non permisit ut sequeretur.*

Vers. 56. *Et abierunt* — Vers. 58. *reclinet.* De hoc et Matthæus scripsit duodecimo capite, et ibi posita est interpretatio.

Vers. 59. *Ait* — Vers. 60. *Dei.* Ibi etiam plane de hoc disputatum est. Hunc vero Christus vocabat, sciens eum dignum.

[59] Psal. xxxi, 8.

Variæ lectiones et notæ.

(59) Hic Ilentenius quædam addit ex editionibus, uti supra ipse monuit in Præfatione.

(60) Τοῦτον, pro αὐτόν. A.

(61) Hæc uterque in margine. Caret eo Ilentenius.

(62) Prius ergo Chrysostomi auctoritate motus Euthymius omiserat, καὶ εἶπεν· οὐκ ad σῶσαι· deinde vero ejusdem auctoritate interpretatus est. Addenda ergo erant codicibus Euthymii in repetita lectione. Sed hoc neglectum. Copiose de hoc dixi in N. T.

(63) Ἐν ἐκείνῳ, pro ἐκεῖ. B.

Digitized by Google

Vers. 61. *Dixit* — Vers. 62. *regno Dei.* Qui arare conatur, et a tergo respicit, corrumpit conatus promptitudinem segnitie, qua a tergo respicit. Parabolice ergo Salvator dixit, *aratrum* et (*xx*) *sequi se* : et tantumdem est, ac si dicat : Nemo, qui me sequi conatur, si a tergo respiciat, hoc est, mentem adhuc ad temporalia habeat, aptus est ad regnum Dei. Oportet enim eum, qui eligit sequi Christum confestim omnia despicere et sequi, ne oculos quidem ab eo divertendo, ne forte habitu ac specie eorum quæ a tergo sunt, retineatur. Quid enim Deo optabilius ac præstantius ?

A *Εἶπε — βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.* Ὁ ἐπιχειρήσας ἀροτριᾷν, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, φθείρει τὸ πρόθυμον τῆς ἐπιχειρήσεως τῇ ῥᾳθυμίᾳ τοῦ βλέπειν εἰς τὸ ὀπίσω. Παραβολικῶς τοίνυν ὁ Σωτὴρ *ἄροτρον* ὠνόμασε, τὸ ἀκόλουθεῖν αὐτῷ, λέγων, ὅτι Οὐδεὶς ἐπιχειρήσας ἀκολουθεῖν μοι, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, τουτέστι, τὸν νοῦν ἔτι ἔχων εἰς τὰ βιωτικὰ, ἐπιτήδειός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Χρὴ γὰρ, τὸν ἑλόμενον τὸ ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ, πάντων εὐθέως ὑπεριδεῖν, καὶ ἀμεταστρεπτὶ τούτῳ ἕπεσθαι, μήποτε τῇ σχέσει τῶν ὀπίσω κατασχεθῇ. Τί γὰρ Θεοῦ ποθεινότερόν τε καὶ προτιμότερον ;

CAP. XXXIV. *De designatis septuaginta apostolis.* Cap. X. Vers. 1. *Post hæc — septuaginta.* Apostolos videlicet. Multi enim crediturі erant, et pluribus prædicatoribus opus erat. Duodecim siquidem apostoli primus erat chorus; septuaginta vero, secundus. Ilos autem duodecim et septuaginta præfigurabant duodecim fontes aquarum, et septuaginta trunci palmarum in Ælim, ad quam venerunt Israelitæ [66], ubi mare Rubrum pertransissent.

ΚΕΦ. ΛΔ'. *Περὶ τῶν ἀναδειχθέντων ἑβδομήκοντα.* *Μετὰ ταῦτα — ἑβδομήκοντα.* Ἀποστόλους, δηλονότι. Πολλοὶ γὰρ ἔμελλον πιστεύειν καὶ χρεία κηρύκων πλειόνων ἦν. Δώδεκα μὲν οὖν ἀπόστολοι, ὁ πρῶτος χορός· ἑβδομήκοντα δὲ, ὁ δεύτερος. Τούτους δὲ τοὺς δώδεκα, καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα, πάλαι (64) προετύπουν, ἐν τῇ Αἰλείμ, εἰς ἣν ἦλθον οἱ Ἰσραηλῖται διαβάντες τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, αἱ δώδεκα πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ τὰ ἑβδομήκοντα στελέχη τῶν φοινίκων.

Vers. 1. *Et emisit — erat ipse venturus.* Similiter et duodecim conjunctim (*yy*) emisit, sicuti dixit Marcus decimo quarto capite ; sed duodecim in omnes civitates ac pagos Israel emisit, tanquam perfectiores : septuaginta vero, in solas eas quæ in transitu erant, per quas iter facturus erat, ut prædicarent remissionem peccatorum, ejusque adventum, qui remissionem illorum tribueret.

B *Καὶ ἀπέστειλεν — ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.* Καὶ τοὺς δώδεκα ὁμοίως κατὰ συζυγίαν ἀπέστειλεν, ὡς εἴρηκε Μάρκος ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ· ἀλλὰ τοὺς δώδεκα μὲν εἰς πάσας τὰς πόλεις καὶ κώμας τοῦ Ἰσραὴλ ἀπέστειλεν, ὡς τελειοτέρους· τοὺς ἑβδομήκοντα δὲ, εἰς μόνας τὰς κατὰ πάροδον αὐτοῦ κειμένας, δι' ὧν ἔμελλε πορεύεσθαι, κηρύττοντας μετάνοιαν ἁμαρτημάτων, καὶ ἄφιξιν τοῦ C χορηγοῦ τῆς τούτων ἀφέσεως.

Vers. 2. *Dicebat — pauci.* Messem dicit illos, qui ab infidelitate demetendi, et ad fidem suam erant comportandi : operarios vero, apostolos, et quicunque ad hoc subministrarent. Hic autem manifestata est causa promotionis ipsorum septuaginta, et tamen paucos adhuc esse dicit omnes apostolos ad multitudinem illorum, qui crediturі erant.

Ἔλεγε — ὀλίγοι. Θερισμὸν μὲν λέγει τοὺς θερισθησομένους (65) ἀπὸ τῆς ἀπιστίας καὶ συγκομισθησομένους εἰς τὴν πίστιν αὐτοῦ· ἐργάτας δὲ, τοὺς ἀποστόλους, τοὺς ὑπηρετοῦντας εἰς τοῦτο. Δεδήλωται δὲ ἐνταῦθα ἡ αἰτία τῆς προβολῆς τῶν ἑβδομήκοντα. Καὶ ἔτι δὲ ὀλίγους ἔφησεν εἶναι τοὺς σύμπαντας ἀποστόλους, πρὸς τὸ πλῆθος τῶν μελλόντων πιστεύειν.

Vers. 2. *Rogate — suam.* Hoc et id, quod ante istud præcessit, etiam dixit in fine decimi octavi juxta Matthæum capitis, sed ibi messem multam appellat eos qui de Judæis erant crediturі : hic autem eos qui ex gentibus : et ibi admonet duodecim, ut orent pro emissione horum septuaginta. hic vero ipsos septuaginta admonet, ut orent pro D promotione episcoporum ac præceptorum per singulas civitates ac regiones. Lege autem enarrationem præsentis dicti in memorato capite Evangelii secundum Mattheum.

Δεήθητε — αὐτοῦ. Τοῦτο καὶ τὸ πρὸ τούτου ῥητὸν εἶπε καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ὀκτωκαιδεκάτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ Ματθαῖον· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν θερισμὸν πολὺν ἔλεγε, τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πιστεῦσαι μέλλοντας· ἐνταῦθα δὲ, τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Καὶ (66) ἐκεῖ μὲν προετρέπετο τοὺς δώδεκα, δεηθῆναι περὶ ἀποστολῆς τῶν ἑβδομήκοντα τούτων· ἐνταῦθα δὲ τοὺς ἑβδομήκοντα τούτους, περὶ προβολῆς τῶν κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἐπισκόπων καὶ διδασκάλων. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ἐξήγησιν τοῦ παρόντος ῥητοῦ ἐν τῷ ῥηθέντι κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Vers. 3. *Ite — lupos.* Hoc etiam ad duodecim

Ὑπάγετε — λύκων. Τοῦτο εἶπε καὶ πρὸς τοὺς

[66] Exod. xv, 27.

Variæ lectiones et notæ.

(64) Auctor hujus sententiæ est Origenes, hom. 8 in Exod., quam postea, ut fere accidit, plures interpretes sunt amplexi.

(65) Θερισμένους. A.

(66) Καὶ abest. A.

(*xx*) *Et sequi se. Et*, non est in Græco et abesse debet.

(*yy*) *Conjunctim.* Κατὰ συζυγίαν est *binos*.

Digitized by Google

δώδεκα, καὶ ζήτησον ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τὴν ἑρμηνείαν τοῦ· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων.*

Εἴποι δ' ἂν τις κἀνταῦθα, ὅτι τοὺς δώδεκα μὲν πρόβατα ἐκάλεσεν, ὡς τελειοτέρους· τοὺς ἑβδομήκοντα δὲ, ἄρνας.

Μὴ — ὑποδήματα. Διὰ τῆς ἀπαγορεύσεως τουτων κελεύει θαρρεῖν περὶ τῶν ἀναγκαίων τοῦ σώματος ἐπὶ τῷ ἀποστείλαντι τούτους· ἀποτρέπει δὲ, διὰ μὲν τοῦ μὴ βαστάζειν βαλάντιον (67), τὴν φιλαργυρίαν· διὰ δὲ τοῦ, *μὴ πήραν*, τὸ μὴ ταμιεύεσθαι τροφήν· διὰ δὲ τοῦ, *μὴ ὑποδήματα*, παιδοτριβεῖ αὐτοὺς εἰς ἄσκησιν. Παρήγγειλε δὴ ταῦτα καὶ τοῖς δώδεκα ἐν τῷ δηλωθέντι ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ.

Καὶ — ἀσπάσησθε. Τοῦτο προσέταξεν, οὐ βουλόμενος ἀπανθρώπους αὐτοὺς γίνεσθαι καὶ ἀπροσηγόρους, ἀλλ' ἀνεμποδίστους. Εἴωθε γὰρ ἡ καθ' ὁδὸν ὁμιλία τὸ σύντονον ἐγκόπτειν ὡς τὰ πολλὰ τῆς σπουδῆς. Προστάττει τοίνυν αὐτοῖς μόνον γίνεσθαι τοῦ ἐμπιστευθέντος ἔργου, καὶ μηδὲ τὸν τυχόντα καιρὸν τοῦ κηρύγματος δαπανᾷν εἰς τὰ μὴ ἀναγκαῖα καὶ πάρεργα. Καὶ ὁ Ἐλισσαῖος δὲ πάλιν Γιεζῆ τὸν ὑπηρέτην αὐτοῦ ἐπί τι κατεπείγον ἀποστείλας, ἐνετείλατο· ὅτι *Ἐὰν εὕρῃς ἄνδρα, οὐκ εὐλογήσεις αὐτόν· καὶ ἐὰν εὐλογήσῃ σε ἀνὴρ, οὐκ ἀποκριθήσῃ αὐτῷ·* ἐμφαίνων τὸ χρῆναι βαδίζειν ἀπερίσπαστον, καὶ παντελῶς ἀνεμπόδιστον.

Εἰς ἣν — τούτῳ. Τοῦτο τὸ πρόσρημα ἀσπασμὸν ἐκάλεσεν ὁ Ματθαῖος (68) ἐν τῷ προῤῥηθέντι κεφαλαίῳ. Σύμβολον δὲ ἀγάπης ὁ τοιοῦτος ἀσπασμὸς, δηλῶν, ὅτι εἰρηνικοὶ καὶ φίλοι παραγεγόνασι,

Καὶ ἐὰν — ὑμῶν (69). Ἡ χάρις τῆς δοθείσης εἰρήνης παρ' ὑμῶν, ἡ ἐνέργεια τοῦ τοιούτου λόγου· υἱὸς δὲ εἰρήνης, ὁ εἰρηνικὸς, ὡς διαφόρως εἰρήκαμεν.

Εἰ δὲ — ἀνακάμψει. Ἀνάγνωθι καὶ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τὴν ἐξήγησιν τοῦ· *Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω.*

Ἐν αὐτῇ — αὐτοῦ ἐστι. Καὶ περὶ τούτων ὁμοίως ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ σαφῶς ἐῤῥήθη, μικρὸν ἀνωτέρω. Ἐσθίειν δὲ καὶ πίνειν τὰ παρ' αὐτῶν ἐπέτρεψεν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς πρέπον ἐστὶ μαθηταῖς αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ γνώριμον ἦν αὐτοῖς.

Μὴ — οἰκίαν. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐξηγήσει τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ μεταβαίνειν εὑρήσεις.

Καὶ εἰς — Θεοῦ. Βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἑαυτὸν λέγει νῦν ὡς βασιλέα καὶ Θεόν. Ἤγγικε, φησὶν, καὶ ἤδη ἐπιδημήσει ὑμῖν· ἄξιοι γίνεσθε, ἑτοιμάζεσθε εἰς ὑποδοχήν.

A dixit, et quære decimo nono juxta Matthæum capite dicti illius interpretationem : *Ecce ego mitto vos tanquam oves in medio luporum* [61].

Poterit quivis hoc etiam loco dicere, quod duodecim appellaverit oves, tanquam perfectiores, septuaginta vero agnos, tanquam teneriores.

Vers. 4. *Nolite — calceamenta.* Hoc interdicto jubet ut de necessariis corporis spem in illum habeant, qui ipsos emisit. Cum autem jubet, ne sacculum ferant, ab avaritia avocat. Dicens, *neque peram*, dehortatur a recondendo cibo. Cum vero addit : *neque calceamenta*, ad exercitium ipsos erudit. Præcepit vero hæc etiam duodecim laudato capite decimo nono.

B Vers. 4. *Et — salutaveritis.* Hoc jussit, non inhumanos eos fieri volens, aut moribus asperos, quos nemo possit compellare, sed impedimento carentes. Solet enim salutatio per viam, vehementiæ studii ut plurimum obstare. Præcipit itaque illis, ut soli operi eis commisso intendant : et oblatam prædicationis occasionem non insumant in ea quæ necessaria non sunt, sed præter intentum sese offerunt. Elisæus quoque olim emisso Giezi famulo ad opus quod festinationem requirebat, præcepit dicens : *Si inveneris virum, non benedicas ei : et si tibi benedixerit vir, ne respondeas illi* [62], indicans opus esse ut indistractus ac omnino sine impedimento procederet.

C Vers. 5. *In quamcunque — huic.* Hanc allocutionem Matthæus salutationem nominavit prædicto capite [63]. Est autem hujusmodi salutatio signum dilectionis, significans quod pacifici et amici advenerint.

Vers. 6. *Et si — vestra.* Hoc est gratia datæ a vobis pacis, vel efficacia hujusmodi sermonis. Filius quoque pacis dicitur pacificus, sicut variis in locis diximus.

Vers. 6. *Sin — revertetur.* Lege quoque decimo nono capite Evangelii juxta Matthæum dicti illius enarrationem : *Et si quidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super illam : si autem indigna fuerit, pax vestra ad vos convertatur* [64].

D Vers. 7. *In eadem — sua est.* Similiter de his in illo capite manifeste dictum est paulo superius. Edere autem ac bibere permisit, quæ ab illo porrigerentur ; non simpliciter, sed sicut discipulos suos decebat ; hoc enim ipsis notum erat.

Vers. 7. *Nolite — domum.* In illa enarratione hujus causam invenies.

Vers. 8. *Et in* — Vers. 9. *Dei.* Regnum Dei nunc seipsum appellat, tanquam regem ac Deum. Appropinquavit, inquit, et jam deversatur vobiscum ; digni habemini, qui præparamini ad ejus susceptionem

[61] Matth. x, 16. [62] IV Reg. iv, 29. [63] Matth. x, 12. [64] Ibid. 13.

Variæ lectiones et notæ.

(67) Βαλλάντιον. A.

(68) Igitur etiam nonnulli, sed temere, apud Matthæum l. l. intulerunt : Λέγοντες· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

(69) Ἡ omittit A.

Digitized by Google

Vers. 10. *In* — Vers. 11. *vos.* Ibi de his etiam quære, ubi declaratum est illud : *Et quicunque non susceperit vos* [66].

Vers. 11. *Tamen — Dei.* Hoc protestari præcepit incredulis, ne dicere possent : Non cognovimus adventum tuum, Domine.

Vers. 12. *Dico — illi.* Prædicto capite etiam hæc convenienter declarata sunt.

Vers. 13. *Væ — pœnituisset.* Quære vicesimo capite juxta Matthæum, ubi dicitur : *Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in quibus editæ fuerant plurimæ virtutes ejus, quod non resipuissent* [66] ; ibi enim et de his dictum est.

Vers. 14. *Verumtamen — vobis.* Vobis, puta, incredulis. Hoc quoque dixit decimo nono capite Evangelii juxta Matthæum, et ibi lege dicti illius declarationem : *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhorum, quam civitati illi* [67].

Vers. 15. *Et tu — detraheris.* Vicesimo capite Evangelii secundum Matthæum etiam de hac dictum est, ibi ergo quære.

Vers. 16. *Qui audit — me.* Rejectionem hanc vocat incredulitatem et aversionem. Ne enim mœrore afficiantur, cum spernuntur, dicit : Vestra injuria per vos in me recurrit, qui misi vos ; per me autem, in Patrem meum, qui misit me.

Vers. 17. *Reversi — tuum.* Gaudebant, quod digni haberentur et miracula edere, et dæmonia sibi subjicere.

Vers. 18. *Dixit — cadentem.* Causam significavit subjectionis dæmoniorum, quia cecidit princeps eorum, qui fortes illos reddebat ac confortabat, et jam facile devincuntur. Siquidem ante Salvatoris incarnationem in sublime ferebatur, et tyrannum agebat, ac potens erat : cum autem Deus in terra per carnem deversaretur, cecidit, non a cœlo : olim enim inde ciderat, nec amplius eo ascendit : sed a dicta celsitudine, tyrannide ac potentia. Dicit ergo : *Videbam Satanam*, postquam videlicet humanitatem assumpsi cadentem, ut fulgur, quod de cœlo cadit.

Quidam autem cœlum intelligunt hoc loco aerem, in quo versari gaudet Satanas. Nam et aer cœlum dicitur : *Volucres*, inquit, *cœli*. Usus est autem fulguris exemplo, ostendens vehementiam ac velocitatem casus illius.

Vers. 19. *Ecce — scorpiones.* Serpentes ac scorpiones intelligibiles, qui animas mordent ac devorant. Ita autem dæmones appellavit, non solum propter insidias, veneni jaculationem ac infectionem, sed et propter debilitatem ac ignaviam. Verum quod de dæmonibus loquatur, manifestat id, quod subditur.

Εἰς — ὑμῖν. Ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων ζήτησον, ἔνθα ἡρμηνεύθη τό· *Καὶ ὃς ἂν* (70) *μὴ δέξηται ὑμᾶς.*

Πλὴν — Θεοῦ. Τοῦτο προσέταξε διαμαρτύρεσθαι τοῖς ἀπειθέσιν, ἵνα μὴ δύνωνται λέγειν, Ὅτι οὐκ ἔγνωμεν τὴν παρουσίαν σου, Κύριε.

Λέγω — ἐκείνῃ. Ἐν τῷ τοιούτῳ κεφαλαίῳ καὶ ταῦτα προσηκόντως ἡρμηνεύθησαν.

Οὐαί — μετενόησαν. Ζήτησον ἐν τῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τό· *Τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις, ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν.* Ἐκεῖ γὰρ καὶ περὶ τούτων εἴρηται.

Πλὴν — ὑμῖν. Ὑμῖν, τοῖς ἀπειθέσι, δηλονότι. Εἶπε δὲ τοῦτο καὶ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, καὶ ἀνάγνωθι τὴν λύσιν ἐκεῖ τῶν· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.*

Καὶ σὺ — καταβιβασθήσῃ. Ἐν τῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εἴρηται καὶ περὶ ταύτης, καὶ ζήτησον ἐν ἐκείνῳ.

Ὁ ἀκούων — με. Ἀθέτησιν λέγει τὴν ἀπείθειαν καὶ ἀποστροφήν. Ἵνα γὰρ μὴ λυπῶνται ἀθετούμενοι, φησίν, ὅτι Ἡ ὑμετέρα ὕβρις, δι' ὑμῶν μὲν, εἰς ἐμὲ ἀνατρέχει, τὸν ἀποστείλαντα ὑμᾶς· δι' ἐμοῦ δὲ, εἰς τὸν Πατέρα μου τὸν ἀποστείλαντά με.

Ὑπέστρεψαν — σου. Ἔχαιρον, ὡς ἀξιωθέντες θαυματουργεῖν καὶ ὑποτάσσειν τὰ δαιμόνια.

Εἶπε — πεσόντα. Ἐδήλωσε τὴν αἰτίαν τῆς τῶν δαιμόνων ὑποταγῆς, ὅτι πέπτωκεν ὁ ἄρχων αὐτῶν, ὁ ἐνισχύων αὐτοὺς, καὶ λοιπὸν εὐκαταγώνιστοι γεγόνασι· πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἀνθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος, εἰς ὕψος, ἤρετο, καὶ ἐτυράννει, καὶ ἴσχυε. Τοῦ Θεοῦ δὲ τῇ γῇ διὰ σαρκὸς ἐπιδημήσαντος, πέπτωκεν· οὐκ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ· πάλαι γὰρ ἀπ' αὐτοῦ πεσὼν οὐκέτι αὐτοῦ ἐπέβη· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος ὕψους καὶ τῆς τυραννίδος καὶ τῆς ἰσχύος. Λέγει τοίνυν, ὅτι *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν*, μετὰ τὸ ἐνανθρωπῆσαί με δηλονότι, πεσόντα, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ (71) τοῦ οὐρανοῦ.

Τινὲς δὲ οὐρανὸν ἐνταῦθα τὸν ἀέρα νοοῦσιν, ᾧ ἐνειλοχώρει ὁ Σατανᾶς. Λέγεται γὰρ οὐρανὸς καὶ ὁ ἀήρ. *Τὰ πετεινὰ γάρ φησι τοῦ οὐρανοῦ.* Τῷ παραδείγματι δὲ τῆς ἀστραπῆς ἐχρήσατο, ἐμφαίνων τὸ σφοδρὸν καὶ ὀξὺ τῆς πτώσεως αὐτοῦ.

Ἰδοὺ — σκορπίων. Ὄφεων καὶ σκορπίων, τῶν ἐσθιόντων καὶ τιτρωσκόντων τὰς ψυχάς. Οὕτω δὲ τοὺς δαίμονας ὠνόμασεν, οὐ μόνον διὰ τὸ ἐπίβουλον καὶ ἰοβόλον καὶ φθαρτικὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀσθενὲς καὶ εὐάλωτον. Ὅτι δὲ περὶ τῶν δαιμόνων λέγει, δηλοῖ τὸ ἐπαγόμενον.

[66] Matth. x, 14. [66] Matth. xi, 20. [67] Matth. x, 15.

Variæ lectiones et notæ.

(70) Ὃς ἐάν. B.

(71) Τήν, ante ἐκ, addit A.

Digitized by Google

Καὶ — ἐχθροῦ. Τοῦ νοητοῦ δράκοντος. Ἰδὼν γὰρ αὐτοὺς χαίροντας ἐπὶ τῇ τῶν δαιμονίων ὑποταγῇ, δίδωσι μὲν αὐτοῖς διηνεκῆ τὴν κατ' αὐτῶν ἐξουσίαν, ἣν πρόσκαιρον ἔλαβον, ὅτε πρῶτον ἀπεζάλησαν· παραινεῖ δὲ, μὴ χαίρειν ἐπὶ ταύτῃ, διότι οὐκ ἐξ ἀγῶνος προσεγένετο τούτοις, ἀλλ' ἐκ δωρεᾶς, διὰ τοὺς ὠφεληθῆναι μέλλοντας. Εἴη δ' ἂν δύναμις τοῦ ἐχθροῦ οὐ μόνον οἱ δαίμονες, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐξ αὐτῶν πολυειδεῖς πειρασμοί.

Τινὲς δὲ καὶ τὰ φθείροντα τοὺς ἀνθρώπους θηρία δύναμιν αὐτοῦ λέγουσιν, ὡς χρωμένου καὶ τούτοις καθ' ἡμῶν.

Καὶ οὐδὲν — ἀδικήσῃ. Οὐ δαίμων, οὐ πειρασμὸς, ἀλλ' οὐδὲ θηρίον.

Πλὴν — ὑποτάσσεται. Οὐ γὰρ ὑμέτερον τὸ κατόρθωμα, ἀλλ' ἐμὴ ἡ χάρις. Ἐν τούτῳ οὖν μὴ χαίρετε, ἵνα μὴ, ὡς ἐπὶ κατορθώματι χαίροντες, εἰς οἴησιν ἐπαρθείητε.

Χαίρετε — οὐρανοῖς. Ὅτι διὰ τὴν πίστιν ὑμῶν ἐπολιτογραφήθητε ἐν τῇ ἄνω πόλει, οὐ μέλανι, ἀλλὰ μνήμῃ, οὐδὲ, ὡς (72), ἄνθρωποι γράφουσιν, ἀλλ' ὡς ὁ Θεὸς οἶδε γράφειν. Φησὶ γὰρ περὶ τῶν δικαίων ὁ Δαυὶδ, ὅτι, *Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται.* Τὸ μὲν γὰρ ὑποτάσσειν τὰ δαιμόνια, δι' ὠφέλειαν ἑτέρων ὑμῖν δέδοται· τὸ δὲ τὰ ὀνόματα ὑμῶν γραφῆναι ἐν τοῖς οὐρανοῖς, διὰ σωτηρίαν ὑμετέραν. Διὸ ἐκείνῃ μὲν ἡ χαρὰ κλέπτουσα φυσίωσιν οἶδεν ἐμποιεῖν· αὕτη δὲ μᾶλλον εὐχαριστίαν· καὶ παραιτητέον μὲν ἐκείνην, ὡς περιττόν (73)· ἀντιποιητέον δὲ ταύτης, ὡς ἀναγκαίας.

Ἐν αὐτῇ — Ἰησοῦς. Ἠγαλλιάσατο τῇ ψυχῇ, ὡς ἄνθρωπος, διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ὠφεληθέντων ὑπὸ τῶν μαθητῶν.

Καὶ εἶπεν· — σου. Εἴρηκε ταῦτα καὶ περὶ τῶν δώδεκα μαθητῶν ἐν τῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν.

Καὶ στραφεὶς — ἀποκαλύψαι. [Ἐν ἐκείνῳ καὶ ταῦτα διασεσάφηται πρὸς ἀκρίβειαν (74).]

Καὶ στραφεὶς — ἤκουσαν. Ταῦτα εἶπε καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, καὶ ἀνάγνωθι ἐν αὐτῷ (75) τὴν ἑρμηνείαν αὐτῶν, ἔνθα κεῖται τό· *Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοί.* Ἐπεθύμησε δὲ ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν καὶ Δαυὶδ ὁ προφήτης καὶ βασιλεύς. Διὸ καὶ ἔλεγε· *Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου·* τὴν ἀνανθρώπησιν τοῦ Σωτῆρος, ἔλεος ὠνόμασας (76), ὡς γενομένην δι' ἔλεος τῶν ἀνθρώπων.

Παρατήρησον δὲ, ὅτι στρέφεται πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ Σωτὴρ, καὶ κατιδίαν αὐτοῖς ὁμιλεῖ, τοὺς μὴ μαθητὰς ἀποστρεφόμενος. Διὸ καὶ ἡμεῖς, ἐὰν ὦμεν μαθηταὶ αὐτοῦ, ἀκολουθοῦντες αὐτῷ δι' ὑπακοῆς

A Vers. 19. *Et — inimici.* Videlicet, intelligibilis draconis. Cum ergo vidisset eos gaudentes de subjectione dæmoniorum, dat quidem continuam adversus illa potestatem, quam prius ad tempus acceperant, cum mitterentur : sed adhortatur, ne de hac gaudeant, quia non ex certamine eis provenit, sed ex dono propter eos qui adjuvandi erant. Potest autem virtus inimici dici, non solum ipsi dæmones, sed et multiformes eorum tentationes.

Quidam vero et feras, quæ homines perdunt, virtutem illius dicunt, quod etiam his adversus nos utatur.

Vers. 19. *Et — nocebit.* Nec dæmon, nec tentatio, nec fera venenata.

B Vers. 20. *Verumtamen — subjiciuntur.* Non enim vestrum est opus, sed mea gratia. In hoc ergo ne gaudeatis, ne, tanquam de egregio facinore gaudentes, in elationem elevemini

Vers. 20. *Gaudete — cœlis.* Quia propter fidem vestram in cives conscripti estis in æterna civitate : non atramento, sed memoria : neque, ut homines scribunt, sed sicut Deus scribere novit. Dicit enim de justis David : *Et in libro tuo omnes scribentur*[68]. Siquidem subjicere dæmonia, propter aliorum utilitatem vobis datum est : quod autem nomina vestra scripta sunt in cœlis, propter salutem vestram : ideo furtivum quidem illud gaudium tumorem causare novit, hoc vero gratiarum actionem potius : et illud quidem cavendum, tanquam superfluum, hoc

C autem proponendum est, tanquam necessarium.

Vers. 21. *In illa — Jesus.* Animo exsultavit, tanquam homo, propter eorum salutem, qui a discipulis juvandi erant.

Vers. 21. *Et dixit — te.* Hæc quoque dixit de duodecim discipulis vicesimo capite Evangelii secundum Matthæum : et ibi quære expositionem.

Vers. 21. *Et conversus* — Vers. 22. *revelare.* In eo loco etiam hæc diligenter explanata sunt.

Vers. 23. *Et conversus* — Vers. 24. *audierunt.* Hæc quoque dixit vicesimo quarto juxta Matthæum capite, et in eo lege ipsorum interpretationem, ubi dicitur : *Vestri autem beati oculi*[69]. Hac autem aviditate captus est David propheta simul et rex ; ideo etiam dixit : *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam*[70], Salvatoris videlicet incarnationem

D appellans misericordiam, utpote propter hominum misericordiam factam.

Verum observa, quod ad discipulos Salvator convertitur, et ipsis seorsim loquitur, ab iis, qui discipuli non sunt aversus. Ideo et nos quoque, si discipuli ejus fuerimus, per obedientiam mandato-

[68] Psal. CXXXVIII, 16. [69] Matth. XVIII, 16. [70] Psal. LXXXIV, 16.

Variæ lectiones et notæ.

(72) Ἢ οὐδὲ οἱ. B.

(73) Forte περιττήν, ob proximum ἀναγκαίας. Alias illud quoque ferri possit, ut notum est.

(74) Inclusa omittit A. Ergo ab uno καὶ στραφεὶς ad alterum saltum fecit.

(75) Ἐν αὐτῷ abest. A.

(76) Ὠνόμασεν. A.

Digitized by Google

rum ipsius, et animæ simul, et corporis habuerimus oculos recte intuentes, auresque recte audientes, ad nos etiam omnino convertetur, et mysteriis a vulgo absconditis dignabitur.

A τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, καὶ ἔχωμεν ψυχικοὺς ἅμα καὶ σωματικοὺς ὀφθαλμοὺς, ὀρθὰ βλέποντας, καὶ τὰ ὦτα, ὀρθὰ ἀκούοντα, πάντως στραφήσεται καὶ πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἀξιώσει μυστηρίων ἀπορρήτων τοὺς πολλούς.

CAP. XXXV. *De tentante legisperito.*

Vers. 25. *Et ecce — possidebo?* Illaqueare putabat Christum, si quippiam legi contrarium ullo pacto doceret. Dicit ergo : *Quid faciendo vitam æternam possidebo*, quam populo annuntias ? Cognita autem illius versutia, Salvator ad legem ipsum remittit ; simul quidem constum illius repellens, simul etiam arguens illum, quod sese pro virtutis cultore gereret, cum non esset, veluti finis indicabit parabolæ.

ΚΕΦ. ΛΕ'. *Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος νομικοῦ.*

Καὶ ἰδοὺ — κληρονομήσω ; Προσεδόκησε παγιδεῦσαι τὸν Χριστὸν εἰς τὸ πάντως ἐπιτάξαι τι ἐναντίον τῷ νόμῳ. Λέγει γοῦν, *Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω*, ἣν καταγγέλλεις τῷ λαῷ ; Γνοὺς δὲ τὴν τούτου κανουργίαν ὁ Σωτὴρ, ἐπὶ τὸν νόμον αὐτὸν παραπέμπει· ἅμα μὲν, διακρουόμενος τὴν πεῖραν αὐτοῦ· ἅμα δὲ, ἐλέγχων αὐτὸν, οἰόμενον μὲν εἶναι ἀνάριτον, μὴ ὄντα δέ· ὡς δείξει τὸ τέλος τῆς παραβολῆς.

Vers. 26. *Ipse vero — legis ?* Quod scriptum est majus præceptum ? Quomodo legis majora legis præcepta ? De majoribus namque ipsum interrogavit.

Ὁ δὲ — ἀναγινώσκεις (77) ; Τί γέγραπται μεῖζον ἐνταλμα ; Πῶς ἀναγινώσκεις τὰς μείζους ἐντολὰς τοῦ νόμου ; Περὶ τῶν μειζόνων γὰρ αὐτὸν ἠρώτησεν.

Vers. 27. *At ille* — Vers. 28. *respondisti.* Recte illum respondisse dixit : ut qui duo recitaverit præcepta, quæ ad se invicem connectuntur, sicut quinquagesimo quarto juxta Matthæum capite manifestatum est. Alius autem erat hic legisperitus ab eo, de quo a Matthæo et Marco facta est mentio [71].

Ὁ δὲ — ἀπεκρίθης. Ὀρθῶς ἀποκριθῆναι αὐτὸν εἶπεν, ὡς τὰς δύο ἐντολὰς ἀπαγγείλαντα. Ἔχονται γὰρ ἀλλήλων, ὡς ἐν τῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον δεδήλωται. Ἕτερος δέ ἐστιν ὁ νομικὸς οὗτος, παρὰ τὸν ὑπὸ Ματθαίου καὶ Μάρκου μνημονευόμενον.

Vers. 28. *Hoc — vives.* Hoc, quod nunc recitasti, hoc, inquam, fac et vives vita æterna, qua vivunt justi, qui hæc præcepta servaverunt. Docuit siquidem prædicto capite Evangelii secundum Matthæum, quod in his duobus præceptis universa lex et prophetæ pendent [72] ; quorum enarrationem perfecte invenies quinto juxta Matthæum capite, ubi dicitur : *Ita enim est lex et prophetæ* [73].

Τοῦτο — ζήσῃ. Τοῦτο, ὃ ἀπήγγειλας νῦν, τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ ζωὴν αἰώνιον, οἵαν ζῶσιν οἱ τὰς ἐντολὰς ταύτας φυλάξαντες δίκαιοι. Ἐδίδαξε γὰρ καὶ ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ὅτι ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. Ὧν τὴν ἐξήγησιν ἐντελῶς εὑρήσεις ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, εἰς τό· *Οὕτω* (78) *γὰρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται.*

Vers. 29. *At ille — proximus ?* Conatu suo frustratus, effudit, quem apud se occultabat, tumorem. Putabat enim se cunctis esse præstantiorem : nam lex proximum nominavit eum, qui alterius egeret auxilio : ipse vero illum dici opinabatur, qui virtute æqualis esset : ideo etiam, volens seipsum justificare, sive aliis præponere, interrogabat : Quis mihi est æqualis ? Deinde Christus per parabolam demonstrat illum esse proximum, qui alterius indiget auxilio.

O admirandam reconciliationem ! Quid dicam, aut quid loquar de ineffabili Dei benignitate ? Nam ubi ad immensum illius pelagus respicio, sermo mihi præciditur, neque quid loquar mihi reliquum est ; solum autem hoc clara ac libera voce clamo, quod res magnas efficit pœnitentia, facile eum flectens, qui facilis est ut flectatur, benignum videlicet Deum nostrum. Homini vero maxime congrua sunt C prædicta, quæ eum fecisse dicit ad manifestiorem compassionis ac reconciliationis ipsius doctrinam, cum etiam in principio parabolæ hominem eum supposuerit.

Ὢ παραδόξου καταλλαγῆς ! Τί εἴπω, ἢ τί λαλήσω πρὸς τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν; Ἀποβλέπω (81) γὰρ πρὸς τὸ ἀχανὲς πέλαγος αὐτῆς, ἐπικόπτομαι τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἔχω τί φθέγξομαι. Τοῦτο δὲ μόνον λαμπρᾷ βοῶ τῇ φωνῇ, ὅτι μεγάλα δύναται ἡ μετάνοια, ταχέως ἐπικάμπτουσα τὸν ταχύτερον εἰς τὸ ἐπικάμπτεσθαι φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν. Ἀνθρωποπρεπέστερον δὲ τὰ ῥηθέντα ποιεῖν αὐτὸν λέγει, πρὸς ἐναργεστέραν διδασκαλίαν τῆς συμπαθείας καὶ καταλλαγῆς αὐτοῦ, ἐπεὶ καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ἐν ἀρχῇ τῆς παραβολῆς ὑπέθετο.

Vers. 21. *Ait — filius tuus.* Quæ dicere cogitaverat, ea nunc toto corde dicit, ut hinc discamus quod oporteat etiam post reconciliationem toto corde fateri, quod peccaverimus, nosque ipsos condemnare.

Εἶπε — υἱός σου. Ἅπερ εἰπεῖν ἐμελέτησε, ταῦτα λέγει νῦν ἐξ ὅλης καρδίας, ὡς ἐντεῦθεν μανθάνειν ἡμᾶς, ὅτι χρὴ καὶ (82) μετὰ τὴν καταλλαγὴν ὁλοκαρδίως ὁμολογεῖν, ὅτι ἡμάρτομεν, καὶ καταδικάζειν ἑαυτούς.

Vers. 22. *Dixit — suos.* Ad Ecclesiæ sacerdotes : nam hi Deo ministrant ad eorum, qui convertuntur, salutem.

Εἶπε — αὐτοῦ. Πρὸς τοὺς ἱερεῖς τῆς Ἐκκλησίας. Οὗτοι γὰρ ὑπηρετοῦσι τῷ Θεῷ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἐπιστρεφόντων.

Vers. 22. *Proferte — illum.* Primam, pretiosissimam, quæ est purificatio aut gratia, qua custodiatur : quam perdidit a Patre separatus, fidem, veritatis cognitionem : et induite illum, qui seipsum exuit.

Ἐξενέγκατε — αὐτόν. Τὴν τιμιωτάτην, ἥτις ἐστὶν ἡ κάθαρσις, ἢ ἡ φρουρητικὴ χάρις.

Vers. 22. *Et — ejus.* Arrabonem familiaritatis erga Deum, aut signaculum ad operationem ejus, ne ipsa insidiis appetatur.

D

Καὶ — αὐτοῦ. Ἀῤῥαβῶνα τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως, ἢ σφραγῖδα εἰς τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, ὥστε μένειν αὐτὴν ἀνεπιβούλευτον.

Vers. 22. *Et calceamenta in pedes.* Id est, custodiam ad iter conversationis suæ.

Καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας. Φυλακὴν εἰς τὴν πορείαν τῆς πολιτείας αὐτοῦ (83).

Variæ lectiones et notæ.

(81) Forte interpres legit ἀποβλέπων.

(82) Καὶ abest. A.

(83) Scholium proximum in neutro meorum reperi.

Digitized by Google

† Ut bis calceatus in præparatione Evangelii pacis, conculcet serpentes ac scorpiones, hoc est, contrarias potestates.

Καὶ — θύσατε. Μόσχος σιτευτὸς, τὸ ἅγιον σῶμα A τοῦ Χριστοῦ· μόσχος μὲν, ὡς μὴ δαμασθὲν τῇ ζεύγλῃ τῆς ἁμαρτίας· σιτευτὸς δὲ, ὡς πιανθὲν ταῖς ἀρεταῖς καὶ τηρηθὲν εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν σφαγήν.

Καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν. Φαγεῖν καὶ αὐτὸς λέγει, δηλῶν τὴν κοινωνίαν τῆς εὐφροσύνης.

Ὅτι — εὑρέθη. Νέκρωσιν μὲν καὶ ἀπώλειάν φησι τὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· ἀναζώωσιν δὲ καὶ εὕρεσιν, τὴν ἀπὸ τῆς μετανοίας.

Καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι. Τοῦτο σαφές.

Ἦν — ἀγρῷ. Τῷ τῶν ἀρετῶν, ἐργαζόμενος αὐτάς.

Καὶ ὡς — χορῶν. Ὁ τοιοῦτος ἔρχεται μὲν διὰ B προκοπῆς· ἐγγίζει δὲ διὰ τελειώσεως τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀκούει συμφωνίας μὲν μουσικῆς, διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα συμφωνίαν τοῦ υἱοῦ, ἣν συνεφώνησε διὰ τῆς μετανοίας· χορῶν δὲ, διὰ τὴν ἐκεῖθεν χαράν. Ἐν τῷ οἴκῳ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἦχος καθαρὸς (84) ἑορταζόντων.

Καὶ — ταῦτα; Ἕνα τῶν ἀγγέλων. Δι' ἀγγέλου γὰρ ἀποκαλύπτονται τὰ θεῖα μυστήρια· παῖδας δὲ νῦν λέγει τοὺς δούλους· δοῦλοι δὲ τοῦ Θεοῦ, οἱ ἄγγελοι.

Ὁ δὲ — ἥκει. Παραγίνεται ἐπιστρέψας.

Καὶ — ἀπέλαβεν. Ἀποβαλόντα τὴν νόσον διὰ τῆς μετανοίας.

Ὠργίσθη — εἰσελθεῖν. Σχηματίζει τοῦτον ἡ πα- C ραβολὴ νῦν ὀργιζόμενον, καὶ μὴ θέλοντα εἰσελθεῖν, οὐχ ὅτι ἐφθόνησε· λύπη γὰρ οὐδεμία τοῖς δικαίοις ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' ἵνα παραστήσῃ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος. Ἐμφαίνει γὰρ ἡ τοιαύτη ἀγανάκτησις, ὅτι τοσαύτην ἐνδείκνυται περὶ τοὺς μετανοοῦντας χάριν καὶ χαράν, ὡς ἑτέροις φθόνον κινῆσαι. Τοῦτο δὲ πεποίηκε καὶ ἡ παραβολὴ τῶν μισθουμένων ἐργατῶν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον· καὶ ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ πρῶτοι ἐγόγγυζον.

Ὁ οὖν πατὴρ — αὐτόν. Ὦ φιλόπαις καὶ σοφὸς, καὶ τὸν ἐπιστρέψαντα τιμᾷ, καὶ τὸν μείναντα παρακαλεῖ.

Ὁ δὲ — εὐφρανθῶ. Οὐ τοιαῦτα λέγουσιν οἱ ἅγιοι D πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ ἀκολούθως τῇ ὀργῇ ἐσχημάτισται καὶ αὕτη ἡ δικαιολογία, διὰ τὴν αἰτίαν ἣν εἰρήκαμεν. Εἰώθασι γὰρ οἱ φθονοῦντες τοιαῦτα ἐγκαλεῖν.

Τινὲς οὖν ἔριφον μὲν τὴν ἐλαχίστην ἡδονήν· φίλους δὲ, τὰ θελήματα νοοῦντες, φασὶν εἰπεῖν αὐτὸν, ὅτι ἐμοὶ οὐδέποτε παρεχώρησας, οὐδὲ ἐλαχίστης ἡδονῆς, ἵνα μετὰ τῶν θελημάτων μου εὐφρανθῶ.

Vers. 23. *Et — mactate.* Vitulus saginatus sanctum Christi corpus est: vitulus quidem, tanquam non domatus jugo ac pondere peccati; saginatus vero, tanquam virtutibus impinguatus, ac servatus ut pro peccatoribus immoletur.

Vers. 23. *Ac epulantes lætemur.* Edere quoque ipse dicitur ad lætitiæ communicationem.

Vers. 24. *Quia — inventus est.* Mortificationem quidem ac perditionem dicit eam quæ a peccato procedit: vivificationem vero ac inventionem, eam quæ a pœnitentia.

Vers. 24. *Cœperuntque lætari.* Hoc manifestum est.

Vers. 25. *Erat — agro.* In agro virtutum, exercens ac colens illas.

Vers. 25. *Cumque — choros.* Talis quidem venit felicitate provectionis: perfectione autem appropinquat domui Dei, et audit musices concentum, propter filii erga patrem concordiam, qua per pœnitentiam concors factus est: choros vero, propter gaudium, quod inibi erat. Nam in domo Dei sonus est pure festa celebrantium.

Vers. 26. *Et — hæc.* Uno angelorum accersito. Per angelum enim revelantur divina mysteria. Παῖδας vocat nunc servos: nam angeli sunt servi Dei.

Vers. 27. *Isque — venit.* Adest conversus.

Vers. 27. — *Et recepit.* Abjecto morbo, per pœnitentiam.

Vers. 28. *Indignatus — introire.* Assimulat hunc parabola indignantem, nec intrare volentem: non quod inviderit: nullus enim mœror justis de salute fratrum: sed ut ob oculos ponat immensam Dei bonitatem. Ostendit siquidem hujusmodi indignatio, quod tantam demonstrat erga eos, qui resipiscunt, gratiam et gaudium, ut cæteris invidiam movere possit. Hoc autem fecit et parabola operariorum mercede conductorum, quadragesimo secundo juxta Matthæum capite: nam in illa quoque primi murmurabant.

Vers. 28. *Pater ergo — illum.* Utpote filiorum amator ac prudens: et eum qui conversus est, habens in honore, et eum qui permansit, rogans.

Vers. 29. *At ille — lætarer.* Non dicunt hæc aut similia sancti Deo, sed consequenter ad indignationem assimulata est et hæc causæ redditio, ob causam quam prædiximus. Solent enim invidi de similibus conqueri.

Quidam ergo per hœdum, minimam voluptatem intelligentes, per amicos vero voluntates aiunt illum dixisse: Mihi ne minimam quidam voluptatem unquam permisisti, ut cum voluntatibus meis lætarer.

Variæ lectiones et notæ.

(84) Ilentenius videtur reperisse καθαρῶς, quod mihi valde probatur.

Digitized by Google

Nobis autem non est curiose scrutandum, quis sit hœdus, aut qui sint amici : nam periculosæ sunt in talibus subtiles quæstiones ac disputationes, sicut in multis parabolis protestati sumus.

Ἡμῖν δὲ οὐ περιεργαστέον, τίς ἐστιν ὁ ἔριφος, καὶ τίνες οἱ φίλοι. Ἐπισφαλὴς γὰρ ἡ ἐν τοῖς τοιούτοις λεπτολογία, καθὼς πολλαχοῦ τῶν παραβολῶν διεμαρτυράμεθα.

Vers. 30. *Sed cum — saginatum.* Etiam hæc ejusdem sunt consequentiæ, et similiter efficta sunt. Dei vero substantiam dicit dona vel gratiam, veluti superius significatum est : meretrices autem, voluptatum amores.

Ὅτε δὲ — σιτευτόν. Καὶ ταῦτα τῆς αὐτῆς εἰσιν ἀκολουθίας, καὶ ὁμοίως ἐσχηματίσθησαν. Βίον μὲν οὖν (85) τοῦ Θεοῦ λέγει τὸ χάρισμα, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται· πόρνας δὲ, τὰς φιληδονίας.

Vers. 31. *Ac ille — es.* Nunquam a me discedendo, sed mandata mea semper implendo.

Ὁ δὲ εἶπεν — εἶ. Οὐδέποτέ μου ἀποφοιτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τὰς ἐντολάς μου πληρῶν.

Vers. 31. *Et — sunt.* Cum enim talis sis, omnia mea hæreditario jure possidebis ; hujusmodi namque filii in hæreditatem accipiunt regnum Patris et Dei. Ne ergo tristeris, nam in nullo affectus es injuria. Et ita mansuete illum consolatus, deinceps etiam de his respondet, quæ in fratrem ejus facta sunt.

Καὶ — ἐστι. Τοιοῦτος γὰρ ὢν, πάντα τὰ ἐμὰ κληρονομήσεις. Οἱ τοιοῦτοι [γὰρ (86) υἱοὶ κληρονομοῦσι τὴν βασιλείαν τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ. Μὴ λυποῦ τοίνυν, οὐδὲν γὰρ ἠδικήθης. Οὕτως ἐπιεικῶς παρηγορήσας αὐτὸν, ἀπολογεῖται λοιπὸν καὶ ὑπὲρ τῶν γεγενημένων εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

Vers. 32. *Lætari — inventus est.* Ostendit necessariam fuisse lætitiam et gaudium. Quis enim, quum mortuum viderit revixisse non lætatur ? et quis ubi id, quod perierat, invenerit, non gaudet ? Vidisti, quemadmodum et quando peregre profectus est patienter sustinuit et conversum immenso excepit gaudio : nec solum substantiæ rationem non repetiit, sed et donis illum dignatus est, nec solum non exprobravit, sed insuper pro eo respondit.

Εὐφραν θῆναι — καὶ εὑρέθη. Δείκνυσιν ἀναγκαίαν τὴν εὐφροσύνην καὶ χαράν. Τίς γὰρ ἰδὼν νεκρὸν ἀναζήσαντα, οὐκ εὐφραίνεται, καὶ τίς τὸ ἀπολωλὸς εὑρὼν, οὐ χαίρει ; Εἶδες, πῶς καὶ ἀποδημήσαντος ἐμακροθύμει, καὶ ἐπιστρέψαντα περιχαρῶς ὑπεδέξατο. Καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπῄτησε δίκην, ἀλλὰ καὶ χαρίτων ἠξίωσε. Καὶ οὐ μόνον οὐδ' ὠνείδισεν, ἀλλὰ καὶ ὑπεραπελογήσατο.

Vere magna est, Domine, benignitas tua, nec ullus explicare sufficiet sermo ad gratiarum actionem illius. Utinam autem et nos, qui æqualiter cum prodigo sumus peregre profecti, ac divitias consumpsimus, æqualem cum eo conversionem demonstremus, et æquali benignitate digni habeamur.

Ὄντως μεγάλη, Δέσποτα, ἡ φιλανθρωπία σου, καὶ οὐδεὶς ἐξαρκέσει λόγος πρὸς εὐχαριστίαν αὐτῆς. Εἴη δὲ καὶ ἡμᾶς, τοὺς ἐπίσης τῷ ἀσώτῳ ἀποδημήσαντας (87) καὶ διασκορπίσαντας τὸν πλοῦτον, ἴσην αὐτῷ καὶ τὴν ἐπιστροφὴν ἐνδείξασθαι, καὶ τῆς ἴσης ἀξιωθῆναι φιλανθρωπίας.

CAP. LVIII. *De dispensatore iniquo.*

ΚΕΦ. ΝΗ'. *Περὶ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας.*

Cap. XVI. Vers. 1. *Dicebat autem — bona illius.* Parabola hæc Christianis attributa est, qui non volunt omnino possessiones ac pecunias despicere admonens illos, ut in pauperes sint benefici. Dicta est autem ad discipulos, quia et hi sunt dispensatores.

Ἔλεγε δὲ — ὑπάρχοντα αὐτοῦ. Ἡ παραβολὴ αὕτη πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς ἀποτέταται, τοὺς μὴ βουλομένους πάντη τῶν χρημάτων ὑπερορᾷν, νουθετοῦσα τούτους, ἵνα κἂν εὐεργετῶσι τοὺς πένητας. Εἴρηται δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, διότι (88) μαθηταὶ καὶ οὗτοι.

Repræsentat etiam hominem divitem, puta, Deum humanum, nulloque indigentem : œconomum vero, sive dispensatorem, omnem, qui possidet divitias : tales enim non sunt domini, sed dispensatores. Dicit namque Deus : *Meum est aurum, meum est argentum* [18]. Delatus est autem apud Deum malus dispensator mala dispensatione, ut qui dissiparet, quæ Dei erant, in ea quæ non oportuit, nec superflua pauperibus distribueret.

Καὶ ἄνθρωπον μὲν πλούσιον ἐμφαίνει, τὸν φιλάνθρωπον καὶ ἀνενδεῆ Θεόν· οἰκονόμον δὲ, πάντα τὸν κεκτημένον πλοῦτον· οἱ τοιοῦτοι γὰρ οὐ κύριοι, ἀλλ' οἰκονόμοι εἰσί. Φησὶ γὰρ ὁ Θεός· *Ἐμόν ἐστι τὸ χρυσίον, καὶ ἐμόν ἐστι τὸ ἀργύριον.* Διεβλήθη δὲ τῷ Θεῷ ὁ κακὸς οἰκονόμος ὑπὸ τῆς κακῆς οἰκονομίας, ὡς διασκορπίζων τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἃ οὐκ ἔδει, καὶ μὴ διανέμων τὰ περιττὰ τοῖς πένησι.

Vers. 2. *Et vocavit — dispensationis tuæ.* Hæc illi per divinas dixit Scripturas, quæ de futuro docent judicio, et de redditione rationis.

Καὶ φωνήσας — οἰκονομίας σου. Εἶπεν αὐτῷ ταῦτα διὰ τῶν θείων Γραφῶν, αἳ διδάσκουσι περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ λογοθεσίας.

[18] Aggæi II, 9.

Variæ lectiones et notæ.

(85) Οὖν abest A.

(86) Quæ his signis [*] inclusimus, ea ex codice B. exciderant.

(87) Ita correxi pro ἐπιδημήσαντας, Nec aliter Hentenius

(88) Hoc prorsus alienum est. Ex Hentenio colligas, legendum esse οἰκονόμοι aut διοικηταί.

Digitized by Google

Οὐ γὰρ — οἰκονομεῖν. Τοῦ θανάτου ὅσον οὔπω μετακινοῦντός σε

Εἶπε δὲ — αἰσχύνομαι. Μετὰ τὸν θάνατον γὰρ ἐργάσασθαι οὐκ ἰσχύει τις. Ἐργασίας γὰρ ὁ παρὼν καιρός· ὁ δὲ μέλλων, ἀνταποδόσεως, καὶ τὸ παρακαλεῖν ἀνόνητον.

Ἔγνων τί ποιήσω. Ἔγνω τοῦτο συνετισθεὶς ὑπὸ τῶν Γραφῶν.

Ἵνα ὅταν — οἴκους αὐτῶν. Οὗτοι, περὶ ὧν ἔγνω, τουτέστιν οἱ ῥηθῆναι μέλλοντες.

Καὶ προσκαλεσάμενος — ὀγδοήκοντα. Τίς μὲν ὁ χρεώστης τοῦ ἐλαίου, καὶ τίς ὁ τοῦ σίτου, καὶ διατί ἀνὰ ἑκατὸν ὤφειλον, καὶ τί τὸ γράμμα τοῦ χρέους, καὶ διατί ὁ μὲν πεντήκοντα ἔγραψεν, ὁ δὲ ὀγδοήκοντα, καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς προκειμένης παραβολῆς, περιττὸν ἐξετάζειν. Δι' οὐδὲν γὰρ ἕτερον συνεπλάσθησαν, ἢ ἵνα δειχθῇ μόνον, ὅτι ὁ ῥηθεὶς οἰκονόμος, ἕως εἶχε καιρὸν οἰκονομίας, φρονίμως τοῖς τοῦ δεσπότου πράγμασιν εἰς τὸ οἰκεῖον συμφέρον ἀπεχρήσατο, καὶ δι' αὐτῶν εἰς τὸ μέλλον σωτηρίαν ἑαυτῷ περιεποιήσατο, ὡς ἐντεῦθεν μαθεῖν τοὺς ἔχοντας πλοῦτον, ὅτι χρὴ τούτους, οἰκονόμους αὐτοῦ καταστάντας, ἕως ἔχουσι καιρὸν ζωῆς, φρονίμως τοῖς τοῦ Θεοῦ πράγμασιν εἰς τὸ οἰκεῖον συμφέρον ἀποχρήσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν εὐεργετοῦντας τοὺς πένητας, εἰς τὸ μέλλον σωτηρίαν ἑαυτοῖς πραγματεύσασθαι. Βάτος μὲν οὖν ἦν μέτρον ἐλαίου· κόρος δὲ, μέτρον σίτου.

Καὶ ἐπήνεσεν — φρονίμως ἐποίησε. Τὸ ἐξῆς, ὡς δῆλον, τοῖς ἀκροαταῖς ἀφῆκε συλλογίζεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ ἠδικημένος δεσπότης ἐπῄνεσε τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ἤγουν τὸν τὴν οἰκείαν σωτηρίαν οἰκονομήσαντα ἐξ ἀδικίας, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀδικούμενος Θεὸς ἐπαινέσει τὸν οἰκονόμον τῆς δικαιοσύνης. Δικαιοσύνη γὰρ, τὸ τὰ περιττὰ τοῖς πένησι διανέμεσθαι.

Ὅτι — ἑαυτῶν εἰσιν. Υἱοὺς μὲν τοῦ αἰῶνος τούτου καλεῖ τοὺς τῷ κόσμῳ προσκειμένους· αἰῶνα γὰρ νῦν, τὸν κόσμον τοῦτον ὠνόμασεν. Υἱοὺς φωτὸς λέγει τοὺς τοῦ κόσμου ἀποστήσαντας ἑαυτούς. Καὶ φησιν, ὅτι οὗτοι φρονιμώτεροί εἰσιν ἐκείνων, κατὰ τοῦτο δὲ μόνον, καθὸ φροντίζουσι τοῦ μέλλοντος, ὡς ἔδειξε τὸ παράδειγμα τοῦ ῥηθέντος οἰκονόμου. Ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς δὲ τοῦ φωτὸς τοὺς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν, ἤγουν τοὺς ἐκ τῆς γενεᾶς τῆς ἑαυτῶν υἱοὺς φωτὸς γενομένους. Ἐντρέπει δὲ ὁ λόγος τοὺς ἀμελοῦντας τοῦ μέλλοντος.

Κἀγὼ ὑμῖν — ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας. Μαμωνᾶ (89) μὲν ὁ πλοῦτος λέγεται παρ' Ἑβραίοις· *Τῆς ἀδικίας* δὲ τοῦτον εἶπεν, ὡς ἐξ ἀδικίας θησαυρισθέντα τῆς ἐκ τοῦ μὴ διαμερίζεσθαι τὰ περιττὰ τούτου τοῖς πένησιν. Ἐπεὶ, φησὶν, ἄχρι τοῦ νῦν κακῶς ᾠκονομήσατε, καὶ τὰ ἐμπεπιστευμένα μαμωνᾶν ἀδικίας κατεστήσατε, κἂν γοῦν ὀψέ ποτε ποιήσητε

Vers. 2. *Neque enim — dispensare.* Morte propemodum te transferente.

Vers. 3. *Ait autem — erubesco.* Post mortem enim nemo poterit operari : nam præsens tempus operationis est, futurum vero retributionis, et deprecari erit inutile.

Vers. 4. *Scio, quid faciam.* Eruditus a Scripturis.

Vers. 4. *Ut cum — domos suas.* Hi, quos scio, et quos nunc dicturus est.

Vers. 5. *Et advocato* —Vers. 7. *Octoginta.* Quisnam debitor sit olei, et quis tritici, quisve unus quisque debitor, et quæ cautio debiti, et quare prior scripsit quinquaginta, posterior vero octoginta, ac similia, quæ in præsenti reperiuntur parabola, superfluum est inquirere : siquidem ad nihil aliud efficta sunt, quam ut ostendatur quod dictus dispensator, dum dispensationis tempus habuit, prudenter domini rebus ad suum commodum abusus est, et per eas in futurum suam salutem procuravit : ut hinc discant, qui habent divitias, quod oporteat eos, cum illarum dispensatores constituti sint, dum vitæ tempus habent, prudenter Dei rebus ad suum abuti commodum : et per illas, paupéribus benefaciendo, in futurum salutem sibi acquirere. Batus itaque mensura erat olei, corus vero tritici mensura.

Vers. 8. *Et laudavit — prudenter fecisset.* Quid manifeste consequatur, auditoribus reliquit cogitandum. Nam si Dominus injustitia affectus laudavit iniquum dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex injustitia procuraverat : multo magis Deus, qui in nullo injustitia afficitur, laudabit justum sive justitiæ dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex justitia dispensaverit ; id enim habet justitia, ut superflua pauperibus dividantur.

Vers. 8. *Quia — sua sunt.* Filios hujus sæculi dicit, mundo adhærentes; sæculum enim nunc, mundum appellavit ; filios autem lucis vocat eos qui se ipsos a mundo separaverunt. Et dicit illos prudentiores esse istis in hoc solo, quod de futuro illis cura est, sicut dicti dispensatoris exemplum demonstravit. Exhortatur autem sermo eos, qui de futuro negligentes sunt.

Vers. 9. *Et ego vobis — de iniquo mammona.* Mammona apud Hebræos divitiæ dicuntur. Iniquum autem dixit, sive *Iniquitatis*, quod ex iniquitate recondatur, quæ in hoc est, quia superflua pauperibus non dividuntur. Cum ergo, inquit, hactenus male dispensaveritis, et concreditas vobis iniquitatis divitias male expenderitis : vel tandem sero facite

Variæ lectiones et notæ.

(89) Hentenius duplici μμ edidit. Ego simplici reperi.

Digitized by Google

vobis ab ipsis amicos pauperes, ad imitationem modo dictæ parabolæ.

Vers. 9. *Ut cum — tabernacula.* Ut cum per mortem hinc demigraveritis, præparent vobis locum ad æterna tabernacula, ipsi prius hospites ibi facti (*r*).

Vers. 10. *Qui fidelis — iniquus est.* Qui fidelis est in minimo, etiam dignus est. Dicit autem minimum, terrenas divitias, multum vero, cœlestes.

Vers. 11. *Si ergo — fuistis.* Male videlicet dispensando.

Vers. 11. *Quod — credet ?* Veras regni Dei divitias.

Vers. 12. *Et si — dabit ?* Similiter et alienum nominat terrenas divitias, quippe quæ apud illum non permanent, qui ipsas est assecutus : nostrum autem cœlestes, ut quæ apud illum permaneant, qui ipsas accipit.

Vers. 13. *Nullus — contemnet.* Hæc etiam dixit quinto capite Evangelii secundum Matthæum : et in eo lege dicti illius enarrationem : *Nemo potest duobus dominis servire* [14].

Vers. 13. *Non potestis — mammonæ.* Consequenter ibi et de hoc dictum est, et data interpretatio.

Vers. 14. *Audiebant — illum.* Vilipendebant eum, ipsi viles ac detestandi.

Vers. 15. *Et ait—hominibus.* Qui vos ipsos justos putatis.

Vers. 15. *Deus autem — vestra.* Peccatis plena et exsecranda.

Vers. 15. *Quod — Deo.* Siquidem, inquit, etiamsi in alio nullo deliqueritis, quam quod coram hominibus sublimiter sapere videmini, id abominatio est coram Deo, ac detestandos facit superbos.

Vers. 16. *Lex — Joannem.* Lex prophetandi et prophetæ, qui videlicet de me prophetaverunt, usque ad Joannem prophetaverunt [15]; nam hoc addidit Matthæus. Posthac autem neque lex neque prophetæ, sed quid?

Vers. 16. *Ab — annuntiatur.* Non obscure prophetatur, sed palam annuntiatur : ipse enim Joannes illud primum annuntiavit, dicens : *Resipiscite, instat enim regnum cœlorum* [16]. Regnum, vero Dei nunc dicit fidem, quæ in ipsum est, utpote arrhabonem regni cœlorum, sive fruitionis cœlestium bonorum.

Vers. 16. *Et — vim facit.* Omnis sapiens ad

σατε ἑαυτοῖ, φίλους ἐξ αὐτοῦ τοὺς πένητας, κατὰ μίμησιν τῆς ἤδη ῥηθείσης παραβολῆς.

Ἵνα ὅταν — σκηνάς. Ἵνα, ὅταν τῷ θανάτῳ μεταστῆτε, παράσχωσιν ὑμῖν τόπον εἰς τὰς αἰωνίας σκηνάς, πρόξενοι τούτου γινόμενοι.

Ὁ πιστὸς—ἄδικός ἐστιν. Ὁ πιστὸς ἐν ὀλίγῳ, καὶ πολλοῦ ἄξιός ἐστιν· ὁ δὲ ἐν ὀλίγῳ ἄδικος, καὶ πολλοῦ ἀνάξιός ἐστι. Λέγει δὲ ἐλάχιστον μὲν τὸν γήϊνον πλοῦτον, πολὺν δὲ τὸν οὐράνιον.

Εἰ οὖν — ἐνέγεσθε· Ὡς κακῶς οἰκονομοῦντες.

Τὸ — πιστεύσει ; Τὸν ἀληθινὸν πλοῦτον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

Καὶ εἰ — δώσει; Ὁμοίως ἀλλότριον μὲν ὀνομάζει τὸν γήϊνον πλοῦτον, ὡς μὴ παραμένοντα τῷ κεκτημένῳ· ἡμέτερον (90) δὲ, τὸν οὐράνιον, ὡς παραμένοντα τῷ ἀξιωθέντι αὐτοῦ.

Οὐδεὶς — καταφρονήσει. Ταῦτα εἶπε καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, καὶ ἀνάγνωθι ἐν ἐκείνῳ τὴν ἐξήγησιν τοῦ· *Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.*

Οὐ δύνασθε — μαμωνᾷ. Ἀκολούθως ἐκεῖ καὶ περὶ τούτου εἴρηται, καὶ ἡρμήνευται.

Ἤκουον — αὐτόν. Ἐφαύλιζον αὐτὸν, οἱ φαῦλοι καὶ κατάπτυστοι.

Καὶ εἶπεν — ἀνθρώπων. Οἱ δικαίους ἑαυτοὺς οἰόμενοι.

Ὁ δὲ Θεὸς — ὑμῶν. Ἁμαρτωλὰς οὔσας καὶ βδελυράς.

Ὅτι — τοῦ Θεοῦ. Καὶ γάρ φησιν· Εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἡμαρτάνετε, (91) ἡ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλοφροσύνη βδελυρά ἐστι τῷ Θεῷ, καὶ βδελυροὺς ποιεῖ τοὺς οἰήματίας.

Ὁ νόμος — Ἰωάννου. Ὁ νόμος τοῦ προφητεύειν, καὶ οἱ προφῆται οἱ προφητεύοντες, δηλονότι, περὶ ἐμοῦ, μέχρις Ἰωάννου προεφήτευσαν. Τοῦτο γὰρ προσέθηκεν ὁ Ματθαῖος. Τοῦ λοιποῦ δὲ οὔτε νόμος οὔτε προφῆται, ἀλλὰ τί;

Ἀπὸ — εὐαγγελίζεται. Οὐκέτι σκοτεινῶς προφητεύεται, ἀλλὰ φανερῶς καταγγέλλεται. Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰωάννης πρῶτος αὐτὴν εὐηγγελίσατο, λέγων· *Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Βασιλείαν δὲ τοῦ Θεοῦ λέγει νῦν, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὡς οὖσαν ἀρραβῶνα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἤτοι τῆς ἀπολαύσεως τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν.

Καὶ — βιάζεται. Πᾶς συνετὸς εἰς αὐτὴν βιάζει

[14] Matth. vi 24. [15] Matth. xi, 13. [16] Matth. iii, 2.

Variæ lectiones et notæ.

(90) In textu habent ὑμέτερον. Nihilominus tamen ἡμέτερον in explicatione locum habet. Theophylactus in editis in textu et in scholiis habet ἡμέτερον. Vid. p. 455. B. E. 456. A. Tertulliani meum, a Sabatierio notatum, etiam ad interpretationes referendum.

(91) Ἡμαρτάνετο. B.

(*r*) *Ivsi — facti* Τούτου refertur ad τόπον. Πρόξενος vero non est hospes prior, sed is qui aliis alicujus rei auctor et adjutor est. Redde : *Ejus rei facti adjutores.*

Digitized by Google

ἑαυτὸν, ἀνθελκόμενος ὑπὸ τῆς τοῦ κοσμου φιλίας καὶ τῆς ἀπιστίας· ὑμεῖς δὲ, ἀσύνετοι καὶ βράθυμοι ὄντες, εἰκότως ἀπιστεῖτε.

Εὐκοπώτερον — πεσεῖν. Νόμον ἐνταῦθα, πᾶσαν ὠνόμασε τὴν Παλαιὰν Γραφὴν, ἥτις διαφόρως προεῖπεν, ὅτι διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν ἐκπεσοῦνται τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως. Λέγει γοῦν, ὅτι εὐχερέστερον ἂν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ ἀφανισθήσονται, ἢ τὸ ἐλάχιστον τῶν προηγορευμένων τῇ Γραφῇ περὶ τῆς διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐκπτώσεως αὐτῶν διαπεσεῖται, εἴτουν, ἀπρακτήσει.

Πᾶς — μοιχεύει. Νῦν μὲν, μὴ ἐρωτηθεὶς, εἶπε ταῦτα, πρός τινας ἀποτεινόμενος τοιαῦτα τότε πλημμελήσαντας· ἐν δὲ τῷ τεσσαρακοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολύσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, πλατεῖαν τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο. Καὶ ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν αὐτῆς.

ΚΕΦ. ΝΘ'. *Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου.*

Ἄνθρωπος — πλούσιος. Πολλὰ πολλάκις περὶ φιλοπτωχίας διδάξας, νῦν διὰ παραβολῆς καὶ φόβον τοῖς σκληροκαρδίοις καὶ ἀμεταδότοις πλουσίοις ἐπικρεμᾷ, περὶ τῶν ἔτι μελλόντων, ὡς ἤδη γεγονότων διηγούμενος· οὕπω γὰρ τῶν βεβιωμένων ἀνταπόδοσις, ἐπεὶ οὕπω κρίσις· καὶ τρανῶς παριστῶν, οἷαι μὲν κολάσεις τοὺς ἀσυμπαθεῖς πλουσίους διαδέξονται μετὰ θάνατον, οἷαι δὲ ἀνέσεις τοὺς φερεπόνους πένητας ὑποδέξονται. Καὶ ἄλλα δὲ ὠφέλιμα διὰ τῆς παραβολῆς ταύτης μανθάνομεν.

Καὶ — βύσσον. Ταῖς τιμιωτάταις καὶ (92) φαιδροτάταις στολαῖς κατεκόσμει τὸ σῶμα.

Εὐφραινόμενος — λαμπρῶς. Πολυτελῶς.

Πτωχὸς — Λάζαρος. Τοῦ πλουσίου μὲν οὐκ εἶπεν ὄνομα, ὡς μεμισημένου. Γέγραπται γὰρ περὶ τῶν πονηρῶν· *Οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου·* τοῦ πτωνοῦ δὲ τὴν κλῆσιν προσέθηκεν, ὡς ἠγαπημένου.

Φασὶ δέ τινες ἐκ παραδόσεως Ἑβραίων, ὅτι κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος ἦν, Νινευΐς καλούμενος, καὶ ὁ πτωχὸς οὗτος Λάζαρος. Τελευτησάντων δὲ αὐτῶν, παραβολὴν ὁ Χριστὸς (93) τὰ κατ' αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ τὰς μελλούσας ἀνταποδόσεις αὐτῶν, ὡς γεγενημένας, ἱστόρησε, τοῖς μὲν κατὰ τὸν πλούσιον ἐκεῖνον, φόβον ἐμποιῶν, ὡς εἰρήκαμεν· τοῖ δὲ κατὰ τὸν πτωχὸν τοῦτον, παρηγορίαν καὶ τούτοις δὲ κἀκείνοις ὠφέλειαν.

Ὃς — ἕλκη αὐτοῦ. Τοσοῦτον γὰρ παρεῖτο τὸ σῶμα, ὡς μηδὲ τοὺς κύνας ἀποσοβεῖν δύνασθαι. Ὦ πολλῆς ὠμότητος καὶ ἀναλγησίας! ὅτι τὸν ἐν τοσούτοις κακοῖς, ὁ ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς περιεώρα, καὶ ταῦτα ἐρριμμένον πρὸ τοῦ πυλῶνος αὐτοῦ. Καὶ αὖθις, ὦ πολλὴ

illud sibi ipsi vim infert, a mundi amore ac infidelitate abstractus : vos autem, cum insipientes sitis et segnes, merito increduli permanetis.

Vers. 17. *Facilius — cadere.* Legem hoc in loco appellavit, omne Vetus Testamentum, in quo frequenter prædictum est, quod illi a Dei familiaritate exciderent. Dicit ergo : Facilius cœlum ac terra corrumpentur, quam vel minima pars eorum quæ per Scripturam prænuntiata sunt de casu illorum ob infidelitatem, concidat aut irritum permaneat.

Vers. 18. *Quisquis — adulterium committit.* Nunc quidem non interrogatus hæc dixit, in quosdam invehens, qui in hujusmodi rebus delinquebant : quadragesimo vero capite Evangelii secundum Matthæum, interrogatus a Pharisæis, utrum licet homini divortium facere cum uxore sua qualibet ex causa, latiorem dedit responsionem. Lege ergo ibi totam ejus enarrationem [17].

CAP. LIX. *De divite et Lazaro.*

Vers. 19. *Homo — dives.* Cum multa frequenter de paupertatis amore docuerit, nunc per parabolam etiam timorem duris corde ac tenacibus divitibus incutit, de his quæ adhuc futura sunt, tanquam de præteritis narrans : nondum enim eorum, quæ in vita sunt peracta, datur retributio, cum nondum adsit judicium, aperte manifestans, quænam ultiones excipiant divites, qui nullo compassionis affectu moventur : et quæ refrigeria suscipiant pauperes, qui labores toleraverunt. Alia etiam utilia per hanc discimus parabolam.

Vers. 19. *Qui — bysso.* Pretiosissimis ac speciosissimis vestibus corpus ornabat.

Vers. 19. *Et epulabatur — splendide.* Pretiose.

Vers. 20. *Mendicus — Lazarus.* Divitis quidem nomen non edidit, utpote odio digni. Scriptum est enim : *Nec memor sim nominum eorum per labia mea* [18] : mendici vero nomen addidit, tanquam amore digni.

Aiunt autem quidam ex traditione Hebræorum quod juxta ea tempora dives ille fuerat Ninevis appellatus, et mendicus iste Lazarus : postquam autem uterque mortuus est, formavit Christus parabolam de rebus ab illis gestis, et futuras ipsorum retributiones, quasi jam factas, narravit timorem iis qui diviti illi adhæserant, immittens, ut diximus : eis vero, qui ad pauperem hunc attinebant, consolationem, et his autem et illis utilitatem.

Vers. 20. *Qui* — Vers. 21. *Ulcera ejus.* Adeo debili erat corpore, ut neque canes posset abigere. O crudelitatem ac præ stupore indolentiam, per. quam in tantis constitutus bonis, in tot malis ac calamitatibus positum despiceret, idque ad

[17] Matth. xix, 3. [18] Psal. xv, 4.

Variæ lectiones et notæ.

(92) Φαιδροτάταις B. Male.

(93) Τὰ abest A.

Digitized by Google

januam suam jacentem ! Et rursum o egregiam fortitudinem ac tolerantiam, quod, cum ille ita se haberet, hic ita affectus non malediceret, neque murmuraret.

Vers. 22. *Accidit — Abrahæ.* Ut hospitem Lazarum apud hospitalem Abraham intuitus dives, usor hospitum, haberet hoc ad confutationem suæ inhospitalitatis. Observa etiam, quod peccatorum animæ violente ac dure repetuntur : *Stulte*, inquit, *hac nocte repetunt animam tuam a te* [11]; justorum vero pie ac reverenter ab angelis, tanquam satellitibus, abducuntur.

Vers. 22. *Mortuus est — sepultus est.* De mendico non dixit, quod sepultus sit, eo quod vile esset pauperis sepulcrum, de divite vero maxime, propter pretiosítatem sepulcri divitis.

Vers. 23. *Atque in — sinu ejus.* Infernum dicit locum supplicii. Ex hac autem parabola discimus, quod in futuro sæculo non solum peccatores vident justos et justi peccatores, sed et agnoscunt : et peccatores quidem justorum vident fruitiones, quo magis doleant videntes, quibus sint privati bonis : justi vero peccatorum vident supplicia, quo amplius gaudeant intuentes, quanta effugerunt tormenta. Agnoscunt autem se invicem, ut sciant, inter quos sunt hi, de quibus ante mortem ignorabant. Tunc autem Deum non obsecrant isti pro peccatoribus, scientes, quod cum diabolo et angelis ejus condemnati sunt. Et quemadmodum pro dæmonibus supplicare vanum esset et inutile : ita quoque et pro his sicut dixit Gregorius Dialogus. Non dolent autem quanquam compatientes sint : tunc enim fugit ab eis dolor, mœror ac gemitus, ut pure lætentur.

† Hæc quidem dicit Gregorius Dialogus. Alii vero Patres dicunt, neque a peccatoribus videri justos, neque a justis peccatores: illi siquidem in luce degunt, hi autem in tenebris ; longe autem distant a se invicem lux et tenebræ. Præterea, cum illi sint omnino lux, nequaquam cupiunt ad tenebras prospicere; hi vero, cum omnino sint tenebræ, non possunt lucem aspicere. Nam et peccatoribus doloris esset consolatio lux ipsa, et justis imminutionem voluptatis afferrent tenebræ. Dicunt itaque, in hac parabola proponi hoc lege parabolica, et ut terribilior ac magis persuadibilis fieret sermo. Oportet autem et hæc et illa scire; sanctorum enim sunt, et nihil pietatem lædunt.

Vers. 24. *Et ipse — hac.* Vide, quantum cum sapere fecit cruciatus : quem enim prope jacentem despexerat, hunc eminus acute videt. Nec tamen Lazarum [11] Lucas. xii, 20.

λῆς ἀνδρείας (94) καὶ ὑπομονῆς, ὅτι ἐκείνου οὕτως ἔχοντος, αὐτὸς οὕτως ἔχων οὐκ ἐβλασφήμησεν οὐδ' ἐγόγγυσεν !

Ἐγένετο — Ἀβραάμ. Ἵνα τὸν ξένον Λάζαρον παρὰ τῷ φιλοξένῳ Ἀβραὰμ ἰδὼν ὁ μισόξενος πλούσιος ἔλεγχον ἔχοι τοῦτο (95) τῆς μισοξενίας αὐτοῦ. Παρατήρησον δὲ, ὅτι τῶν ἁμαρτωλῶν μὲν αἱ ψυχαὶ ἀποτόμως ἀπαιτοῦνται· Ἄφρον γάρ, φησὶ, *ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ* τῶν δικαίων δὲ, εὐλαβῶς ἀπάγονται, ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δορυφορούμεναι.

Ἀπέθανε — ἐτάφη. Ἐπὶ τοῦ πτωχοῦ μὲν, οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐτάφη, διὰ τὸ ἀτημέλητον τῆς τῶν πτωχῶν ταφῆς· ἐπὶ τοῦ πλουσίου δὲ, καὶ μάλα, διὰ τὸ πολυτελὲς τῆς τῶν πλουσίων ταφῆς.

Καὶ ἐν — κόλποις αὐτοῦ. Ἅδην λέγει, τὸν τόπον τῆς κολάσεως. Ἐκ τῆς παραβολῆς δὲ ταύτης μανθάνομεν, καὶ ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι οὐ μόνον ὁρῶσι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς δικαίους, καὶ οἱ δίκαιοι τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἀλλὰ καὶ γνωρίζουσι. Καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ μὲν ὁρῶσι τὰς τῶν δικαίων ἀπολαύσεις, ἵνα μᾶλλον ἀνιῶνται, βλέποντες, οἵων ἀγαθῶν ἐστερήθησαν· οἱ δίκαιοι δὲ, ὁρῶσι τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν κολάσεις, ἵνα μᾶλλον χαίρωσι, βλέποντες οἷα (96) βάσανα διέφυγον. Γνωρίζουσι δὲ ἀλλήλους, ἵνα γνῶσιν ἐν ποίοις εἰσὶν οὗτοι, περὶ ὧν ἠγνόουν πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν· οὐ παρακαλοῦσι δὲ τότε τὸν Θεὸν οἱ δίκαιοι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν, γινώσκοντες, ὅτι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ συγκατεδικάσθησαν (97). Καὶ ὥσπερ τὸ ὑπὲρ τῶν δαιμόνων ἱκετεύειν μάταιόν ἐστι καὶ ἀπρόσδεκτον, οὕτω καὶ τὸ ὑπὲρ τούτων, ὡς εἶπε Γρηγόριος ὁ Διάλογος· οὐκ ἀλγοῦσι δὲ, καίτοι συμπαθεῖς ὄντες. Ἀπέδρα γὰρ τότε ἀπ' αὐτῶν ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμὸς, ἵνα καθαρῶς εὐφραίνωνται.

[Ταῦτα (98) μέν φησι Γρηγόριος ὁ Διάλογος· ἕτεροι δὲ Πατέρες λέγουσι, μήτε ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁρᾶσθαι τοὺς δικαίους, μήτε ὑπὸ τῶν δικαίων τοὺς ἁμαρτωλούς. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ φωτὶ· οἱ δὲ ἐν τῷ σκότῳ· πόρρω δὲ ἀλλήλων τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος. Καὶ οἱ μὲν ὅλοι φῶς ὄντες, οὐκ ἂν βούλοιντο ἀπιδεῖν εἰς τὸ σκότος· οἱ δὲ ὅλοι σκότος ὑπάρχοντες, οὐκ ἂν δύναιντο ἀπιδεῖν εἰς τὸ φῶς. Ἡ γὰρ ἂν καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς ὀδύνης παράκλησιν ἐμέλλον ἔχειν τὸ φῶς· καὶ οἱ δίκαιοι, τῆς ἡδονῆς ὕφεσιν τὸ σκότος· τὴν μέντοι παραβολὴν ὑποθέσθαι τοῦτο, κατὰ παραβολικὴν αὐτονομίαν, καὶ ἵνα φοβερώτερος καὶ πιθανώτερος ὁ λόγος γένηται. Χρὴ δὲ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα γινώσκειν· ἁγίων γάρ εἰσι, καὶ οὐδὲν τῇ εὐσεβείᾳ λυμαίνονται.]

Καὶ αὐτὸς — ταύτῃ. Ὅρα, πόσον αὐτὸν ἡ βάσανος ἐσωφρόνισεν. Ὃν γὰρ ἐγγὺς κείμενον παρεώρα, τοῦτον πόρρωθεν ὀξέως ὁρᾷ. Οὐ παρεκάλεσε δὲ τὸν

Variæ lectiones et notæ.

(94) Ἀνδρία; A.

(95) Τοῦτο expressit etiam Henricus. Τοῦτο nimirum τὸ ἰδεῖν. In mentem tamen veniebat τοῦτον, id est τὸν Λάζαρον.

(96) Forte, οἷαν βασανον. Ita mox. Nam τὰ βάσανα non memini legere.

(97) κατεδικάσθησαν A.

(98) Hæc utrique in margine.

Digitized by Google

Λάζαρον, ὑπολαμβάνων, ὅτι μνησικακεῖ αὐτῷ· τὸν Ἀβραὰμ δὲ ἱκέτευσε, νομίζων ὅτι ἀγνοεῖ τὰ κατ' αὐτόν. Ὥσπερ δὲ τῷ Λαζάρῳ πρότερον, ἐν τοσούτοις ὄντι κακοῖς προσθήκη συμφορῶν ἦν, τὸ βλέπειν τὸν πλούσιον ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς· οὕτω καὶ τῷ πλουσίῳ νῦν ἐν τοσούτοις ὄντι δεινοῖς, προσθήκη τιμωριῶν ἐστι, τὸ βλέπειν τὸν Λάζαρον ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς.

Εἶπε — ὀδυνᾶσαι. Οὐκ ὀνειδίζει τούτῳ τὴν ἀπανθρωπίαν, ἀλλ' ἐπιεικῶς (99) ἀποκρίνεται· γέγραπται γὰρ, ὅτι *Ψυχὴν τεταπεινωμένην* (1) *μὴ προστραράξῃς*· καὶ τέκνον ὀνομάζει τοῦτον, ὡς πατριάρχης αὐτοῦ καὶ ὡς πρεσβύτης. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι Ἔλαβες, ἀλλ' ὅτι Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά. Τὸ γὰρ ἀπολαμβάνειν ἐπὶ τῶν χρεωστουμένων τάττεται, καὶ δηλοῦται πάντως ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ ὁ πλούσιος, εἰ καὶ ἁμαρτωλὸς ἦν, ὅμως εἶχέ τινα ἀρετὴν, ὑπὲρ ἧς ἀπέλαβε ζῶν ἔτι τὰ ὀφειλόμενα ἀγαθά· καὶ ὁ Λάζαρος, εἰ καὶ δίκαιος ἦν, ὅμως εἶχέ τινα κακίαν, δι' ἣν καὶ αὐτὸς ἀπέλαβε ζῶν ἔτι τὰ ὀφειλόμενα κακά. Τῶν ἀνθρώπων γὰρ οὐδεὶς ἄμοιρος ἀρετῆς, οὐδ' ὁ πάνυ πονηρός· καὶ οὐδεὶς ἄμοιρος κακίας, οὐδ' ὁ πάνυ ἀγαθός. Διὸ καὶ τελευτήσαντες ἀπῆλθον, ὁ μὲν ἄκρατον ἔχων τὴν κακίαν· ὁ δὲ ἄκρατον κεκτημένος τὴν ἀρετήν.

Καὶ ἐπὶ — διαπερῶσι. Χάσμα μέγα λέγει, τὸ ἀνεπιχείρητον πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ· ὡς δίκην χάσματος κωλύων τὴν ἐπιμιξίαν τούτων κἀκείνων.

Εἶπε — πάτερ. Παρακαλῶ σε.

Ἵνα — βασάνου. Ἀποτυχὼν τῆς ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεήσεως, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν δυσωπεῖ, ἐμφαίνων, ὅτι ὥσπερ αὐτὸς πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν, οὕτω καὶ αὐτοὶ λῆρον ἡγοῦνται τὰς ἐν ταῖς Γραφαῖς ἀπειλὰς τῶν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος κολάσεων, καὶ διὰ τοῦτο, μόνην τὴν φιληδονίαν μεταδιώκουσι.

Λέγει — προφήτας. Τὰς Μωσαϊκὰς βίβλους καὶ τὰς προφητικάς. Οὐ γὰρ οὕτω σὺ κήδῃ τῶν ἀδελφῶν, ὡς ὁ ποιήσας αὐτοὺς Θεὸς, ὃς καὶ μυρίους ἐπέστησεν αὐτοῖς διδασκάλους.

Ἀκουσάτωσαν αὐτῶν. Ὑποτιθεμένων βίον ἐνάρετον.

Ὁ δὲ — Ἀβραάμ. Οὐκ ἀκούουσιν αὐτῶν

Ἀλλ' — μετανοήσουσι. Ταῖς βίβλοις μὲν ἀπιστοῦσιν, ὡς παρὰ ζώντων γραφείσαις, μήπω θεασαμένων τὰ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ἐάν τις δὲ ἀπὸ νεκρῶν πορευθῇ πρὸς αὐτοὺς, πιστεύσουσιν, ὡς ἰδόντι πάντα.

Εἶπε — πεισθήσονται. Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι γὰρ, ἐπειδὴ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἤκουον, οὐδὲ τοῖς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσιν ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν Μάρθας καὶ Μαρίας Λάζαρον, ἐκ

A zarum deprecabatur, suspicabatur namque, quod malorum ipsi inflictorum, adversus se memor esset: sed Abraham obsecrat, opinatus, quod hunc lateret, quæ circa se contigerant. Quemadmodum autem Lazaro, cum in tot malis positus esset, calamitatum erat augmentum intueri divitem in tot bonis : ita nunc diviti, in tantis degenti miseriis additio supplicíorum est, videre Lazarum in tantis bonis.

Vers. 25. *Dixit — cruciaris.* Inhumanitatem huic non improperat, sed mansuete respondet. Scriptum est enim : *Animam humiliatam ne turbaveris*[99]. Et hunc nominat filium, utpote patriarcha, seu progenitor ipsius, et tanquam senex. Non dixit autem : Accepisti bona tua, sed Recepisti. Nam recipere ob ea ponitur, quæ debentur: et hinc omnino significatur B quod et dives quanquam peccator erat, aliquam tamen habebat virtutem, pro qua bona debita adhuc vivens receperat; et Lazarus, quanquam justus erat, aliquod tamen vitium habebat, propter quod adhuc vivens debita mala receperat. Siquidem nullus hominum expers est virtutis, aut omnino malus : nullusque expers est vitii, aut omnino bonus; ideoque jam morientes discesserunt, ille quidem meram habens malitiam, hic autem puram habens virtutem.

Vers. 26. *Et super — transcendere.* Hiatum magnum dicit, firmissimum Dei præceptum, tanquam ad modum hiatus prohibens horum et illorum commistionem.

Vers. 27. *Ait — pater.* Etiam hic ponitur ἐρωτῶ, C pro Obsecro.

Vers. 27. *Ut* — Vers. 28. *Cruciatus.*— Repulsam passus in eo, quod pro se orabat, pro fratribus supplicat, insinuans quod sicut ipse ante mortem, ita et illi pro fabulis ducunt minas, quæ in Scripturis habentur de futuri sæculi suppliciis, et propterea solam voluptuosam vitam insequuntur.

Vers. 29. *Dicit — prophetas.* Mosaicos libros ac prophetias: neque enim ita tibi curæ sunt fratres, ut Deo, qui fecit illos, et sexcentos eis adhibuit præceptores.

Vers. 29. *Audiant illos.* — Cum vitam suadeant virtuti conformem.

Vers. 30. *At ille— Abraham.* Non audiunt illos.

Vers. 30. *Sed — resipiscent* Libris quidem non D habent fidem, utpote scriptis ab his qui vivebant, et necdum ea viderant, quæ in futuro sunt sæculo: si quis autem ex mortuis ierit ad illos, credent, tanquam ei, qui viderit universa.

Vers. 31. *Ait — credent.* Siquidem Judæi, quia Mosem et prophetas non audiebant, neque iis qui a mortuis resurrexerant, credebant: quin et Lazarum, Marthæ et Mariæ fratrem, qui a mortuis surrexerat,

[99] Eccli. IV, 3.

Variæ lectiones et notæ.

(99) Ἀποκρύπτεται B.

(1) L. l. legitur καρδίαν πεπωρωγισμένην. Hunc ipsum locum tractans Joannes Xiphilinus eodem modo laudat. Vide editionem nostram Mosquensem pag. 20.

Digitized by Google

et de rebus, quæ inferno erant, loquebatur, potius occidere volebant.

CAP. XVII. Vers. 1. *Ait — veniunt.* Hoc est, necesse est, ut veniant. Dixit enim tricesimo septimo etiam juxta Matthæum capite : *Væ mundo ab offendiculis: necesse est enim, ut veniant offendicula, verumtamen væ homini illi, per quem venit offendiculum* [11] ; et in eo lege interpretationem, quæ pulchre posita est.

Vers. 2. *Expedit — istis.* Ibi etiam hæc paulo ante dicta sunt et aperte declarata.

Vers. 3. *Cavete vobis ipsis.* Cavete, ne quo modo cuiquam sitis offendiculo, aut a quoquam offendiculum patiamini.

Vers. 3. *Quod si — illum.* Fraterne illum increpa, et more ejus, qui corrigit.

Vers. 3. *Et sit — illi.* Pœnitentia enim promeretur, ut veniam impetret.

Vers. 4. *Et si — remittes illi.* Oportet enim nos, qui infirmi sumus et affectionibus vincimur, condolere his qui similiter affecti sunt. Hic autem *Septies*, idem significat quod Frequenter ; hoc est : Quoties in die post peccatum pœnituerit eum, toties remitte illi ; et ita idem indicat, quod *Septuagies septies*. Aliter etiam : *Septies* quidem de unoquoque die dictum est, *Septuagies septies* autem, de omnibus simul.

Vers. 5. *Et — fidem.* Appone ei, quam habemus deficientem : sive perfice in nobis fidem quæ et in te est. Fides siquidem partim a nobis inducitur juxta id, quod dicitur : *Fides tua te salvam fecit* [12] ; partim vero a Deo datur. Ait enim apostolus Paulus : *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum; alii vero fides per eumdem Spiritum* [13]. Hoc ergo scientes petunt eam fidem, quæ a Deo datur, quam etiam acceperunt post superventionem Spiritus sancti in specie ignitarum linguarum. Ideo priusquam hanc accepissent, exprobrabatur illis, quod pusilli essent fide : imperfecti enim ad fidem erant : addita vero a Deo fides, perfectio erat et confirmatio fidei prius illatæ.

Vers. 6. *Ait — vobis.* Si haberetis fidem adeo acutam, vehementem ac ferventem, sicut est granum sinapis (nam illud talis est qualitatis) moveretis sane et arbores, illasque in mare plantaretis. Hoc autem dixit, laudans perfectam fidem, et magnam ejus significans potentiam. Dixit autem de fide et grano sinapis etiam tricesimo quinto juxta Matthæum capite, alio tamen intellectu.

A νεκρῶν ἀναστάντα καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ λέγοντα, μᾶλλον ἀνελεῖν ἐβούλοντο.

Εἶπε — ἔρχεται. Ἀνένδεκτόν ἐστιν, ὥστε μὴ ἐλθεῖν, ἤγουν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐλθεῖν. Ἔφη γὰρ καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον· ὅτι *Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.* Καὶ ἀνάγνωθι ἐν ἐκείνῳ τὴν ἑρμηνείαν, εὖ ἔχουσαν.

Ανσιτελεῖ — τούτων. Ἐκεῖ καὶ ταῦτα εἴρηται μικρὸν ἀνωτέρω, καὶ σαφῶς διηρμήνευται.

Προσέχετε ἑαυτοῖς. Προσέχετε, μήποτε σκανδαλίσητέ τινας, ἢ σκανδαλισθῆτε ὑπό τινων.

B *Ἐὰν δὲ — αὐτῷ.* Ἐπίπληξον ἀδελφικῶς τε καὶ διορθωτικῶς.

Καὶ ἐὰν — αὐτῷ. Ἡ μετάνοια γὰρ ἀξία συγγνώμης.

Καὶ ἐὰν — ἀφήσεις αὐτῷ. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς, ἐν ἀσθενείαις ὄντας καὶ ἡττωμένους παθῶν, ἐπικάμπτεσθαι τοῖς ὁμοίως πάσχουσι. Τὸ δὲ *Ἑπτάκις* ἐνταῦθα, τὸ Πολλάκις δηλοῖ, τουτέστιν, Ὁσάκις τῆς ἡμέρας ἁμαρτήσας μετανοήσῃ, τοσαυτάκις ἄφες αὐτῷ. Καὶ οὕτω συνᾴδει τὸ *Ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.* Ἄλλως τε, τὸ μὲν *ἑπτάκις*, ἐφ' Ἑκάστης ἡμέρας εἴρηται· τὸ δὲ *Ἑβδομηκοντάκις ἑπτά*, πρὸς πάσας.

Καὶ — πίστιν. Πρόσθες, ᾗ ἔχομεν, τὴν λείπουσαν, ἤγουν τελείωσον ἡμῶν τὴν πίστιν τὴν πρὸς σέ. Τῆς πίστεως γὰρ τὸ μὲν παρ' ἡμῶν εἰσάγεται, καθὸ λέγεται, τό· *Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε·* τὸ δὲ, παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδοται. Φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος Παῦλος· *ὯΙ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι.* Τοῦτο οὖν εἰδότες, αἰτοῦσι τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ διδομένην πίστιν, ἣν καὶ ἔλαβον μετὰ τὴν ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὸ πρὸ τοῦ ταύτην λαβεῖν, ὀλιγοπιστίαν ὠνείδιζοντο, καὶ ἀτελεῖς ἦσαν πρὸς τὴν πίστιν. Ἔστι δὲ ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ προστιθεμένη πίστις, τελείωσις τῆς προεισενεχθείσης πίστεως καὶ βεβαίωσις.

D *Εἶπε — ὑμῖν.* Εἰ ἔχετε (2) πίστιν, οὕτω δριμεῖαν, καὶ σφοδρὰν, καὶ θερμὴν, ὡς κόκκον σινάπεως· τοιαύτης γὰρ ποιότητος οὖτος· μετεκινεῖτε ἂν καὶ τὰ δένδρα, καὶ τῇ θαλάσσῃ ταῦτα ἐνεφυτεύετε. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπαινῶν τὴν τελείαν πίστιν, καὶ δηλῶν τὸ μεγαλοδύναμον αὐτῆς. Εἴρηκε δὲ περὶ πίστεως καὶ κόκκου σινάπεως καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, πλὴν καθ' ἑτέραν ἔννοια

[11] Matth. xviii, 7. [12] Matth. ix, 22. [13] I Cor. xii, 8

Variæ lectiones et notæ.

(2) Εἴχετε. A. Ita dissentiunt etiam in contextu.

Digitized by Google

Τίς — πεποιήκαμεν. Διὰ τῶν προλαβόντων λόγων εἰς ἀγαθοεργίαν (3) παραθήξας τοὺς μαθητάς, νῦν διὰ τοῦ παραδείγματος τούτου κατασπᾷ τὸ παρεπόμενον ταύτῃ πάθος τῆς οἰήσεως, διδάσκων, ὅτι, ὥσπερ οὐδεὶς τὸν ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα δοῦλον αὐτοῦ, καὶ ἐξ ἀγροῦ εἰσελθόντα, τιμῆς ἀξιοῖ, διὰ τὸν τοιοῦτον κόπον, ἀλλὰ πάλιν ἐπιτάττει, καὶ τὴν προσοφειλομένην ἀπαιτεῖ δουλείαν, καὶ οὐδ' οὕτως αὐτῷ χάριν ἔχει· τὸν αὐτὸν ἄρα τρόπον καὶ ὁ Θεός. Ὥστε κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, τοῖς μὲν μὴ πληροῦσι τὰ προστεταγμένα κίνδυνος ἀπόκειται· τοῖς δὲ πληροῦσιν αὐτά, χάρις οὐδεμία. Καὶ οὐ χρὴ διὰ τοῦτο μέγα φρονεῖν, ὅπερ καλῶς εἰδὼς ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἔλεγεν ὅτι, *Ἐὰν εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται· οὐαὶ γάρ μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.* Πλὴν ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς, καὶ τοῖς δούλοις, ὡς μισθίοις, προσφέρεται, καὶ τὴν δουλείαν αὐτῶν μισθῷ ἀμείβεται, καὶ τὴν ὀφειλομένην λατρείαν, ὡς κατόρθωμα δέχεται, καὶ γέρα δίδωσιν ὑπερβαίνοντα τοὺς καμάτους. Νικᾷ γὰρ ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ τὸ δίκαιον.

A

Vers. 7. *Quis* — Vers. 10. *Fecimus.* Postquam præcedentibus sermonibus ad boni operationem discipulos exacuit: hoc nunc exemplo, jactationis affectum, qui hanc consequitur, avellit, docens, quod sicut nullus servum suum arantem aut pascentem, et ex agro domum revertentem, honore dignum ducit ob hujusmodi laborem, sed rursum jubet, ac debitam adhuc exigit servitutem, et nec sic illi gratiam habet; ad eumdem sane modum et Deus. Itaque secundum justitiæ sermonem his qui præcepta non adimplent, periculum imminet: ipsa vero implentibus, gratia nulla, nec propterea extolli oportet. Quod bene sciens Paulus apostolus dicebat: *Si Evangelium prædico, non est, quod inde glorier; necessitas siquidem mihi incumbit! væ enim mihi est, si Evangelium non prædicavero* [24]: Attamen cum bonus sit Deus, servis, tanquam mercenariis, utitur, et servitutem illorum mercede rependit: ac debitum obsequium, tanquam facinus egregium, suscipit, et præmium tribuit, quod labores etiam excedat. Vincit namque bonitas ejus id, quod justum est et æquum.

B

ΚΕΦ. Ι'. *Περὶ τῶν δέκα λεπρῶν.*

CAP. LX. *De decem leprosis.*

Καὶ ἐγένετο — λεπροὶ ἄνδρες. Οἱ ἐννέα μὲν, Ἰουδαῖοι ἦσαν· ὁ δὲ εἷς Σαμαρείτης. Ἡ κοινωνία δὲ τῆς νόσου τότε συνήθροισεν αὐτοὺς, ἀκούσαντας, ὅτι διέρχεται ὁ Χριστός.

Vers. 11. *Et factum est* — Vers. 12. *Leprosi.* Novem quidem erant Judæi, unus autem Samaritanus; morbi vero communicatio tunc eos adunaverat, audito quod pertransiret Christus.

Οἱ ἔστησαν πόρρωθεν. Ὡς ἀκάθαρτοι.

Vers. 12. *Qui steterunt procul.* Tanquam immundi.

Καὶ — ἡμᾶς. Ἐπιστάτα, ἤτοι, Κύριε ἢ διδάσκαλε.

Vers. 13. *Et — nostri.* Ἐπιστάτα, hoc est, domine, præceptor aut magister.

C

Καὶ ἰδὼν — ἱερεῦσι. Μήπω καθαρίσας αὐτοὺς πέμπει ἐμφανισθησομένους τοῖς ἱερεῦσιν, ὡς ἐν τῷ πορεύεσθαι μέλλοντας καθαρισθῆναι. Τοῦτο δὲ πεποίηκε, δοκιμάζων τὴν πίστιν αὐτῶν. Οἱ δὲ πιστεύσαντες, ὅτι δύναται πορευομένους αὐτοὺς καθαρίσαι, ἀδιστάκτως ἐβάδιζον. Ἐνεφανίζοντο δὲ τοῖς ἱερεῦσιν οἱ καθαρισθέντες, ἵνα παρ' αὐτῶν ὀνομασθῶσι καθαροὶ, καὶ λοιπὸν προσενέγκωσι θυσίαν, κατὰ τὸν νόμον.

Vers. 14. *Quos ut vidit — sacerdotibus.* Nondum mundavit eos, sed mittit sacerdotibus manifestandos, ut inter eundum mundarentur. Hoc autem fecit probans fidem illorum. Illi vero credendo, quod eundo posset illos mundare, ibant non dijudicantes de ejus præcepto. Manifestabantur autem sacerdotibus, qui mundati erant, ut ab illis mundi dicerentur; et tunc juxta legem hostiam offerebant.

Καὶ ἐγένετο — τὸν Θεόν. Μέγαν μὲν γάρ τινα, καὶ μεγαλοδύναμον, τὸν Χριστὸν ἐπίστευον εἶναι, οὔπω δὲ καὶ φύσει Θεόν.

Vers. 14. *Et accidit* — Vers 15. *Deum.* Magnum quemdam ac magnæ potentiæ credens esse Christum, nondum tamen natura Deum.

Καὶ ἔπεσεν — αὐτῷ. Καθαρισθεὶς γὰρ, ἐπλησίασε.

Vers. 16. *Et procidit — illi.* Cum enim mundatus esset, jam appropinquabat.

Καὶ αὐτὸς — ὁ ἀλλογενὴς οὗτος. Ἐντεῦθεν ἔδειξεν, ὅτι εὐγνωμονέστεροι τῶν Ἰουδαίων εἰσὶν οἱ ἐξ ἐθνῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ αὐτίκα τῆς εὐεργεσίας λήθην λαβόντες, ἀχάριστοι καὶ περὶ τὸν Πατέρα καὶ περὶ τὸν Υἱὸν ἐφάνησαν.

D

Vers. 16. *Et hic* — Vers 18. *Hic alienigena.* Hinc ostendit, quod magis grati sunt gentiles, quam Judæi: hi enim beneficium continuo oblivioni tradentes, ingrati et erga Patrem et erga Filium apparebant.

Καὶ εἶπεν — σέσωκέ σε. Καὶ μὴν κἀκείνους ἡ πίστις αὐτῶν σέσωκεν. Ἀλλὰ πιστοὶ μὲν οἱ δέκα, μόνος δὲ οὗτος εὐγνώμων.

Vers. 19. *Et ait — te salvum fecit.* Atqui etiam illos fides eorum salvos effecerat! sed fideles quidem decem fuerunt, solus autem hic gratus fuit.

Ἐπερωτηθεὶς — τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ πολλάκις ἐδίδαξεν, ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, περὶ

Vers. 20. *Interrogatus—Dei.* Quia frequenter docuerat, instare regnum Dei de ipso hoc dicens; nunc

[24] I Cor. IX, 16.

Variæ lectiones et notæ.

(3) Ἀγαθοεργίας A.

(4) Φωνηθησομένους. B. Sic.

Digitized by Google

interrogant eum, quando regnaturus esset? irridentes eum, ut qui vilis appareret, et in proximo ab eis interficiendus esset.

Vers. 20. *Respondit — observatione.* Cum prospectu humano.

Vers. 21. *Neque — illic.* Quod faciunt in terrenis regibus.

Vers. 21. *Ecce — est.* Regnum Dei dicit, seipsum, utpote regem ac Deum. Iatra ipsos autem erat, tanquam in medio eorum conversans; de quo et præcursor dixit illis: *Medius vestrum stetit, quem vos non nostis* [25].

† † In vobis positum est, consequi regnum Dei, in vestro studio, aut via in regnum Dei, quæ in id ducit, aut facta, quæ id largiuntur, aut lætitia, quam habituri sunt, qui eo digni sunt, judicati. Datur his (*a*) quoque dignis, ut pignus futuri. γὰρ αὐτὴ κἀντεῦθα τοῖς ἀξίοις, εἰς ἀῤῥαβῶνα τοῦ μέλλοντος.]

Vers. 22. *Ait — videbitis.* Pharisæis, licet irrisorie interrogantibus, manenete tamen, consuetaque respondit clementia: discipulis vero jam prænuntiat, quod brevi occidendus, non esset amplius cum eis conversaturus: nam hoc indicat, quod ait, futurum esse ut concupiscant unum ex diebus vitæ ipsius.

Vers. 23. *Et dicent — sectari.* De his manifestius scripsit Matthæus quinquagesimo septimo capite, dicens: *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetæ* [26] et cætera. Lege ergo ibi etiam horum interpretationem.

Vers. 24. *Sicut — fulget.* Ab Orientis parte, quæ sub cœlo est, in Occidentem, quæ sub cœlo est fulget. Ait enim Matthæus in illo capite: *Sicut enim fulgur exit a partibus orientis, et apparet usque ad partes occidentis* [27], et cætera: lege ergo ibi interpretationem, et disce, quid significet hujusmodi exemplum.

Vers. 24. *Ita — suo.* Ita erit et ipse orbi universo manifestus. Diem vero suum, dicit diem secundi adventus sui. Illud autem caput etiam de his manifeste disserit.

Vers. 25. *Primum — hac.* Pravorum Judæorum.

Vers. 26. *Et sicut* — Vers. 27. *Universos.* Manifestius scripsit exemplum hoc Matthæus quinquagesimo octavo capite: et ibi quære huius intellectum.

Vers. 28. *Similiter* — Vers. 30. *Revelabitur.* Quem-

ἑαυτοῦ τοῦτο λέγων, ἐρωτῶσι νῦν, πότε βασιλεύσει, χλευάζοντες αὐτὸν, ὡς εὐτελῆ τὸ φαινόμενον, καὶ ὃσον οὔπω ἀναιρεθῆναι παρ' αὐτῶν μέλλοντα.

Ἀπεκρίθη — παρατηρήσεως. Μετὰ περιφανείας ἀνθρωπίνης.

Οὐδὲ — ἐκεῖ. Ὅπερ ποιοῦσιν ἐπὶ τῶν γηΐνων βασιλέων.

Ἰδοὺ — ἐστὶν. Βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἑαυτὸν λέγει, ὡς βασιλέα καὶ Θεόν. Ἐντὸς δὲ αὐτῶν ἦν, ὡς ἐν μέσῳ αὐτῶν ἀναστρεφόμενος, περὶ οὗ καὶ ὁ Πρόδρομος εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι *Μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.*

[Ἡ (5) ἐπιτυχία τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν κεῖται, ἐν τῇ προαιρέσει ὑμῶν, ἢ ἡ ὁδὸς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἡ ἄγουσα εἰς αὐτὴν, ἢ ἡ ἐργασία, ἡ προξενοῦσα αὐτὴν, ἢ ἡ ἀγαλλίασις, ἣν μέλλουσιν ἔχειν οἱ ἀξιούμενοι ταύτης. Δίδοται

Εἶπε — ὄψεσθε. Τοῖς Φαρισαίοις μὲν, καίτοι χλευαστικῶς ἐρωτήσασιν, ὅμως πράως ἀπεκρίθη, καὶ μετὰ τῆς συνήθους ἀνεξικακίας· τοῖς μαθηταῖς δὲ λοιπὸν προμηνύει, ὅτι ὅσον οὔπω ἀναιρεθεὶς, οὐκέτι συμπολιτευθήσεται τούτοις. Τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει τὸ μέλλειν αὐτοὺς ἐπιθυμῆσαι μιᾶς τῶν ἡμερῶν τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Καὶ ἐροῦσιν — διώξητε. Περὶ τούτων φανερώτερον ἔγραψεν ὁ Ματθαῖος ἐν τῷ πεντηκοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ, λέγων ὅτι *Τότε, ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε, μὴ πιστεύσητε. Ἐγερθήσονται* (26) *γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἀνάγνωθι τὴν τούτων ἐξήγησιν.

Ὥσπερ — λάμπει. Ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν ἀνατολῆς εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν δύσιν λάμπει. Φησὶ γὰρ ὁ Ματθαῖος ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ ὅτι, *Ὥσπερ* (27) *ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν.* Ἀνάγνωθι οὖν ἐκεῖ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ μαθήσῃ, τί δηλοῖ τοῦτο τὸ παράδειγμα.

Οὕτως — αὐτοῦ. Οὕτως ἔσται καὶ αὐτὸς φανερὸς πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Ἡμέραν δὲ αὐτοῦ λέγει, τὴν τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ. Ἐκεῖνο δὲ τὸ κεφάλαιον καὶ περὶ τούτων διαλαμβάνει σαφῶς.

Πρῶτον — ταύτης. Τῶν πονηρῶν Ἰουδαίων.

Καὶ καθὼς — ἅπαντας. Φανερώτερον ἔγραψε τὸ παράδειγμα τοῦτο Ματθαῖος ἐν τῷ πεντηκοστῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν τούτου διάγνωσιν.

Ὁμοίως — ἀποκαλύπτεται. Ὥσπερ τοὺς ἐπὶ

[25] Joan. I, 26. [26] Matth. XXIV, 23, 24. [27] Matth. XXIV, 27.

Variæ lectiones et notæ.

(5) Hæc uterque in margine. Non habet Hentenius.

(6) Loco συμπολιτεύσεται.

(7) Γάρ omittit. B.

(*a*) Datur his. Redde: *Datur enim id (regnum Dei) his quoque.*

Digitized by Google

οὕτως καὶ ἐπὶ Λὼτ, τρυφῶντας καὶ ἀμεριμνοῦντας, τοὺς μὲν κατακλυσμὸς, τοὺς δὲ πῦρ καὶ θεῖον διέφθειραν, οὐρανόθεν αἰφνίδιον κατενεχθέντα· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τρυφῶντας καὶ ἀμεριμνοῦντας ὄλεθρος αἰφνίδιος καταλήψεται. Θεῖον δέ ἐστι, τὸ λεγόμενον θειάφιον, λιπαρὰ τροφὴ τοῦ πυρός.

Vers. 8. *Non — lucc.* Adhuc missionis causam declarat. Neque enim venit ut luceret : non erat siquidem ipse lux, sed ut testimonium perhiberet de luce. Simul quoque ne putaret quispiam eum qui testimonium ferebat, majorem ac fide digniorem eo de quo ferebatur testimonium, ut plerumque solet accidere. Verum quia recens erat Joannis testimonium, ne similis quædam oriretur suspicio et de eo de quo ferebatur testimonium, ait :

Vers. 9. *Erat — mundum.* Semper erat, juxta supra positum recondituriem intellectum : siquidem tanquam Deus semper erat : tanquam homo vero esse incepit.

Verum si omnem hominem venientem in mundum illuminat, quomodo tot relicti sunt non illuminati? Sane quod ad ipsum attinet, omnes illuminat : qui autem non illuminati manent, a propria hoc patiuntur voluntate ; nam lucis beneficium, quod ad solem attinet, super omnes simpliciter diffunditur.

τοῦ Εὐαγγελίου, ὁ ἐπήγαγε τοῖς ἀνθρώποις, ὡς αἴτιον καὶ ζωῆς πνευματικῆς καὶ φωτὸς γνώσεως.

Καὶ τὸ φῶς — κατέλαβε. Φῶς μὲν ἐνταῦθα καλεῖ τὸ κήρυγμα διά τε τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, καὶ διὰ τὴν ἀλήθειαν· σκοτίαν δὲ τὴν πλάνην διὰ τὸ ψεῦδος. Λέγει γοῦν ὅτι Τὸ κήρυγμα ἐν τῇ πλάνῃ λάμπει, καὶ ἡ πλάνη οὐ περιεγένετο αὐτοῦ (21).

Ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος ἑτέρως τὸ ῥητὸν ἐξελάβετο ἐν τῷ εἰς τὰ ἅγια φῶτα λόγῳ, δυνάμενον καὶ ταύτην κἀκείνην ἐπιδέξασθαι (22) τὴν ἐξήγησιν.

Μέχρι δὲ τούτου διαλεχθεὶς ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ θεότητος, ἐντεῦθεν λοιπὸν ἄρχεται τοῦ Εὐαγγελίου.

Ἐγένετο — Ἰωάννης. Ὁ δὲ Λουκᾶς ἔγραψεν· *Ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ.*

Οὗτος — φωτός. Φῶς νῦν ὁ Χριστὸς νοεῖται κατὰ τὴν προαποδεδομένην αἰτίαν. Ἐμαρτύρησε δὲ ὁ Ἰωάννης περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐδεῖτο τῆς τούτου μαρτυρίας ὁ Χριστός, τέθειται καὶ ἡ αἰτία τῆς μαρτυρίας. Ἐπήγαγε γάρ·

Ἵνα — αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ σάρκα περιεβάλετο, ἵνα μὴ γυμνῇ τῇ θεότητι προσβαλὼν (23) ἀπολέσῃ πάντας· οὕτω καὶ μάρτυρι ἐχρήσατο, ἵνα, τῆς συγγενοῦς ἀκούοντες οἱ τότε φωνῆς, εὐκολώτερον πιστεύσωσι δι' αὐτῆς εἰς τὸν μαρτυρούμενον. Πάντα γὰρ πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων ᾠκονομεῖτο.

Ἰωάννης μὲν οὖν ἐμαρτύρησεν, ἵνα πάντες πιστεύσωσιν· οὐ πάντες δὲ ἐπίστευσαν· οὐκ ἐκ βίας γὰρ ἡ πίστις, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως.

Οὐκ — φωτός. — Ἔτι σαφηνίζει τὴν αἰτίαν τῆς ἀποστολῆς, ὅτι ἦλθεν οὐχ ἵνα φωτίσῃ· οὐκ ἦν γὰρ ἐκεῖνος τὸ φῶς· ἀλλ' *ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός*· ἅμα δὲ καὶ ἵνα μὴ νομίσῃ τις ὅτι ὁ μαρτυρῶν μείζων καὶ ἀξιοπιστότερος ἦν τοῦ μαρτυρουμένου, ὡς ἐπὶ πολλῶν εἴωθε συμβαίνειν. Ἐπεὶ δὲ πρόσφατος ἦν ἡ τοῦ Ἰωάννου μαρτυρία, ἵνα μὴ τοιαύτη τις ὑπόνοια καὶ περὶ τοῦ μαρτυρουμένου παρεμπέσοι (24), φησίν·

Ἦν — κόσμον. Ἦν ἀεί, κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν ἀνωτέρω θεολογίαν. Ὡς μὲν οὖν Θεὸς ἦν ἀεί· ὡς δὲ ἄνθρωπος ἤρξατο, τοῦ εἶναι.

Εἰ δὲ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, πῶς τοσοῦτοι μεμενήκασιν ἀφώτιστοι; Τὸ μὲν εἰς αὐτὸν ἦκον, πάντας φωτίζει· οἱ δὲ μένοντες ἀφώτιστοι παρὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν τοῦτο πάσχουσιν. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς χάρις ἡλίου δίκην ἐπὶ πάντας ἁπλῶς ἐκκέχυται· οἱ δὲ μὴ θέλοντες

[10] Luc. III, 2.

Variæ lectiones et notæ.

(21) Αὐτοῦ abest A.
(22) Ἐπιδείξασθαι A.
(23) Interpres *apposita*. Προσβάλλειν τινί, est apparere alicui, appropinquare ad aliquem. Malim ergo, *conspectus*.
(24) Παραπέσοι A.

Digitized by Google

ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος αὐτοὶ τοῦ μὴ (25) φωτισθῆναι αἴτιοι.

Ἀληθινὸν δὲ εἶπεν αὐτὸ, ὡς ἀσύγκριτον, καὶ ὑπὲρ πᾶν φῶς, καὶ κυρίως φῶς.

[*Τὸ* (26) *φῶς τὸ ἀληθινόν.* Καὶ εἰκὼν δὲ ἀληθινὴ λέγεται, καὶ ἀληθινὴ σοφία, καὶ ζωὴ ἀληθινὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα· οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τῶν ἄλλων ἁγίων εἰκόνων, οὐδὲ τῆς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν σοφίας, ἢ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, ἵνα ἐάσω τὴν μέλλουσαν· ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον σχῆμα τοῦ λόγου τὸ καθ' ὑπεροχὴν ἀσύγκριτον ὑποφαίνει.]

[*Εἰς* (27) *τὸν κόσμον.* Ἢ καὶ ἄλλως· ἐρχόμενον εἰς τὸν ἀληθῆ κόσμον τῶν ἀρετῶν.]

Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν. Οὐχ ὡς τόπῳ περιγραφόμενος, ἀλλ' ὡς πάντα πληρῶν. Εἰπὼν δὲ ὅτι *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν*, ἵνα μὴ ὑπολάβοι τις ὅτι σύγχρονος ἦν τοῦ κόσμου, ὃ πέπονθε Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς, προσέθηκε·

Καὶ — ἐγένετο. Πρόδηλον γὰρ ὅτι ὁ ποιητὴς πρὸ τοῦ ποιήματος ἦν.

Καὶ — ἔγνω. Κόσμον ἐνταῦθα λέγει τοὺς τὰ κοσμικὰ φρονοῦντας, τοὺς τῷ κόσμῳ προσηλωμένους, τοὺς τοῖς αἰσθητοῖς πράγμασι προστετηκότας, καὶ μηδὲν ὑπὲρ ταῦτα νοῆσαι δυναμένους. Οἱ γὰρ μὴ τοιοῦτοι ἔγνωσαν αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας. Διὸ καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εἶπε πρὸς τοὺς ἀποστόλους ὁ Χριστὸς ὅτι *Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.* Εἰ γὰρ μὴ ἔγνωσαν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ὡς εἴρηται, καὶ ἀκοῦσαι. Ὥστε ἔγνωσαν μὲν αὐτὸν, καὶ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ μυστήριον, πλὴν ὑπερφυῶς· ἐπεθύμησαν δὲ καὶ αἰσθητῶς ἰδεῖν αὐτὸν θαυματουργοῦντα, καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ διδάσκοντος, καὶ ἁπλῶς ἐν ἀνθρώπου εἴδει.

Νοεῖται δὲ καὶ ὅτι δυσανασχετῶν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπὶ τῇ πωρώσει τῶν ἀγνοησάντων αὐτὸν, φησὶ, *Καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω*, τουτέστι Τὸν ποιητὴν οὐκ ἔγνωσαν τὰ ποιήματα.

Εἰς — παρέλαβον. Ἔτι σαφηνίζει τὸν λόγον. Ἴδια μὲν γὰρ αὐτοῦ, ὁ κόσμος, ὡς ποίημα (28) αὐτοῦ· ἴδιοι δὲ οἱ ἄνθρωποι, ὡς καὶ αὐτοὶ ποιήματα, καὶ ὡς κατ' εἰκόνα αὐτῷ γενόμενοι. Ἦλθεν οὖν εἰς αὐτοὺς, ὡς ἄνθρωπος· ὡς γὰρ Θεὸς, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν.

Ἑρμηνεύεται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ὅτι, ἐπεὶ ἐξ Ἰουδαίων ὁ Χριστὸς ἐβλάστησε κατὰ σάρκα, ἴδια μὲν αὐτοῦ αἱ διατριβαὶ τούτων· ἴδιοι δὲ αὐτοὶ, ὡς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ ὁμόφυλοι. Διὸ καὶ ἔλεγεν, *Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.* Εἰς τὰ ἴδια μὲν οὖν

A Quod si qui luce frui nolunt, ipsi sibi causa sunt quod non illuminentur.

Veram quoque lucem dixit, tamquam incomparabilem ac super omnes, et quæ proprie lux est.

†Dicitur quoque vera imago, et vera sapientia, et vera vita aliaque similia; non ad calumniam aliarum sanctarum imaginum : neque sapientiæ quæ a Scripturis divinis est, neque vitæ præsentis, ut ne dicam futuræ : sed alis figura sermonis, id quod incomparabile est, per amplitudinem manifestat.

† Sive venientem in verum mundum virtutum.

Vers. 10. *In mundo erat.* Non tanquam loco circumscriptus, sed tanquam omnia replens. Cum autem dixisset : *In mundo erat*, ne quis suspicaretur mundo contemporale esse, quod accidit Paulo Samosatensi, addidit :

Vers. 10. *Et — factus est.* Manifestum est autem quod factor, ante id quod factum est, fuerit.

Vers. 10. *Et — cognovit.* Mundum hunc dicit eos, qui mundana sapiunt, qui mundo affixi sunt, quia sensibilibus rebus abduci nequeunt, nec quidquam supra hæc intelligere possunt. Qui enim tales non sunt, ipsum priusquam etiam in carne advenisset, cognoverunt. Et hinc est quod ad apostolos vicesimo quarto juxta Matthæum capite dixit Christus. *Multi prophetæ et justi desideraverunt videre quæ videtis, et non viderunt : et audire quæ auditis, et non audierunt*[11]. Quod si ipsum non cognovissent, non desiderassent videre, ut dictum est, vel audire. Itaque cognoverunt quidem eum, ejusque in carne mysterium, verum id supernaturaliter : desideraverunt autem et sensibiliter videre ipsum mirabilia operantem, et audire ipsum docentem, et simpliciter in humana specie.

Intelligitur quoque quod indignatus evangelista super eorum cæcitate qui ipsum ignoraverunt, dicit : *Et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit*, hoc est, Qui facti sunt, Factorem non cognoverunt.

Vers. 11. *In — receperunt.* Adhuc verbum amplius manifestat. Nam sua, mundus est, nempe factura ipsius. Sui quoque sunt homines, utpote etiam opera ipsius, et tanquam ad ipsius imaginem formati. Venit igitur in eos, sive ad eos tanquam homo : siquidem tanquam Deus, in mundo erat.

Declaratur autem et alio modo, quod ex quo Christus a Judæis secundum carnem natus est, sua sunt, horum conversationes : sui vero, ipsi sunt, tanquam ipsius cognati, ejusdemque gentis. Nam et ipse dixit : *Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel*[12]. In sua igitur venit, non ob

[11] Matth. XIII, 17. [12] Matth. XV, 24.

Variæ lectiones et notæ.

(25) Μὴ omittit A.
(26) Hæc uterque codex in margine habet.
(27) Etiam hæc in margine.
(28) Ποιήματα B.

Digitized by Google

propriam necessitatem ; Deus enim nullius eget : sed propter suorum salutem. *Sui autem eum non receperunt*, cum venisset ut eis beneficia præstaret, sed more insanientium Salvatorem tanquam inimicum abjeceruut.

Vers. 12. *Quotquot—ejus.* — *Quotquot receperunt eum*, suscipiendo doctrinam ipsius, *dedit eis potestatem filios Dei fieri :* non statim fecit eos Dei filios, ne per ignaviam perdant gratiam, sed dedit ipsis potestatem fieri quo diligentiores reddantur.

Quid ergo ? nonne omnes potestatem habent ut filii Dei fiant? Non omnes, sed hi tantum quibus datum est ; solum autem datum est credentibus in ipsum. Ideo quoque manifestans quibus dederit, subdit, *Credentibus in nomen ejus*, hoc est, in ipsum. Itaque ipsius quidem est dare potestatem, illorum vero, uti ea.

Aliud est autem per baptismum aliquem a Deo adoptari, et aliud per evangelicorum præceptorum observantiam filium Dei fieri ; nam illud principium est, hoc autem finis : et illud sane Dei donum est, hoc vero studii facinus egregium.

Vers. 13. *Qui — nati sunt.* Attenuat quidem humanam generationem tanquam naturalem, eam vero quæ ex Deo est, extollit tanquam supernaturalem, ut cognita dejectione primæ, et exaltatione secundæ, intellecta quoque beneficii magnitudine, digne gratias agamus, et laboremus ne ipsum nostra ignavia perdamus.

Cum autem dixisset, *Non ex sanguinibus*, subjecit manifestius, *Neque ex voluntate carnis.* Deinde hoc etiam amplius interpretatur addens, *Neque ex voluntate viri.* Sanguis enim et caro vir est. Voluntatem vero, intelligit nunc coitus concupiscentiam.

† † Semen nimirum divinum intravit ac sibi confortavit carnem, mente rationali præditam, non ut seminans, sed ut creans, nec ita, ut paulatim aliquid adderetur, atque ita forma perficeretur, sed statim in principio tota forma exstitit perfecta, crevit tamen ad modum embryonum. Nam et vetus Adam statim forma effictus est perfecta.

Vers. 14. *Et — factum est.* † Non poterat aliter Dei erga nos dilectio ita manifestari, sicut facta carnis mentione : et quod propter nos usque ad id quod pejus est sese dejecerit : caro siquidem longe vilior est anima.

Ubi dixisset homines ex Deo natos esse, ait Filium etiam Dei factum esse hominem. Nam hoc indicat quod ait : *Verbum caro factum est :* ut qui illud admirabatur, magis etiam hoc miretur, utpote

A ἦλθεν οὐχ ἕνεκεν ἰδίας χρείας· ἀνενδεὴς γὰρ ὁ Θεός· ἀλλ' ἕνεκεν τῆς τῶν ἰδίων σωτηρίας. *Οἱ ἴδιοι δὲ αὐτὸν οὐ παρεδέξαντο*, ἀφικόμενον ἐπ' εὐεργεσίᾳ τούτων· ἀλλὰ φρενοβλαβῶς τὸν Σωτῆρα ὡς ἐχθρὸν ἀπώσαντο.

Ὅσοι — αὐτοῦ. — *Ὅσοι δὲ παρεδέξαντο αὐτὸν*, διὰ τοῦ παραδέξασθαι τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, *ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι.* Οὐκ εὐθὺς δὲ ἐποίησεν αὐτοὺς τέκνα Θεοῦ, ἵνα μὴ ῥᾳθυμήσαντες ἀπολέσωσι τὴν χάριν, ἀλλ' ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν γενέσθαι, ἵνα σπουδάσαντες γένωνται.

Τί οὖν ; οὐ πάντες ἔχουσιν ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι ; Οὐ πάντες, εἰ μὴ οἷς αὐτὴ δέδοται· δέδοται δὲ μόνοις τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. Διὸ καὶ B σαφηνίζων τίσιν ἔδωκεν, ἐπήγαγεν ὅτι *Τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ*, τουτέστιν εἰς αὐτόν. Ὥστε αὐτοῦ μέν ἐστι τὸ δωρεῖσθαι τὴν εἰρημένην ἐξουσίαν, αὐτῶν δὲ τὸ χρήσασθαι ταύτῃ.

Ἕτερον δὲ τὸ διὰ βαπτίσματος υἱοθετηθῆναί τινα Θεῷ, καὶ ἕτερον τὸ διὰ φυλακῆς τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν τέκνον Θεοῦ γενέσθαι· τὸ μὲν γὰρ ἀρχή, τὸ δὲ τέλος· καὶ τὸ μὲν δῶρον Θεοῦ, τὸ δὲ κατόρθωμα σπουδῆς.

Οἱ — ἐγεννήθησαν. Εὐτελίζει μὲν τὴν ἐξ ἀνθρώπων γέννησιν ὡς φυσικήν· μεγαλύνει δὲ τὴν ἐκ Θεοῦ ὡς ὑπερφυῆ, ἵνα τό τε ταπεινὸν τῆς πρώτης, καὶ τὸ ὑψηλὸν τῆς δευτέρας καταμαθόντες, καὶ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας ἐπιγνόντες, ἀξίως εὐχαριστῶμεν καὶ ἀγωνιζώμεθα μὴ ἀπολέσαι ταύτην ἐκ C ῥᾳθυμίας.

Εἰπὼν δὲ ὅτι *Οὐκ ἐξ αἱμάτων*, ἐπήγαγε φανερώτερον ὅτι *Οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός*. Εἶτα καὶ τοῦτο τελεώτερον ἐφηρμήνευσε, προσθεὶς ὅτι *Οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός*. Αἷμα γὰρ καὶ σὰρξ ὁ ἀνήρ. Θέλημα δὲ νῦν νόει τὴν ἐπιθυμίαν, τὴν (29) συνουσίαν.

[Οἱονεὶ (30) θεῖος σπόρος, εἰσελθὼν καὶ συμπήξας ἑαυτῷ σάρκα (31) ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, οὐ σπερματικῶς, ἀλλὰ δημιουργικῶς, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις ἀπαρτιζομένου τοῦ σχήματος, ἀλλ' ὑφὲν τελειωθέντος ἀπ' ἀρχῆς, εἶτ' αὐξοντος νόμῳ τῶν ἐμβρύων. Καὶ γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς Ἀδὰμ τέλειος τὸ σχῆμα καταργὰς ἐπλάσθη]

D *Καὶ — ἐγένετο.* [Οὐκ (32) ἄλλως οἷόν τε ἦν τὴν τοῦ Θεοῦ δηλωθῆναι περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἢ ἐκ τοῦ μνημονευθῆναι τὴν σάρκα, καὶ ὅτι δι' ἡμᾶς κατέβη μέχρι (33) τοῦ χείρονος· σὰρξ γὰρ ψυχῆς εὐτελέστερον.]

Εἰρηκὼς ὅτι οἱ ἄνθρωποι ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν, φησὶν ὅτι καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐγένετο· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*· ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· ἵνα ὁ (34) θαυμάζων (35) ἐκεῖνο

Variæ lectiones et notæ.

(29) Τῆς συνουσίας videtur legisse Hentenius.
(30) Hæc uterque in margine. Hentenius prorsus non agnoscit. Forte etiam hæc, ut difficilia, in interpretatione prætermisit.
(31) Ἐμψυχωμένην A.
(32) Codex uterque in margine.
(33) Μέχρι καὶ τοῦ. B.
(34) Ὁ abest A.
(35) Θαυμάζει A.

Digitized by Google

θαυμάζῃ τοῦτο πλέον, ὡς ὑπερβαλόντως θαυμασιώτερον· ἐπεὶ καὶ τοῦτο αἴτιον ἐκείνου. Καὶ γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐγένετο, ἵνα οἱ ἄνθρωποι υἱοὶ τοῦ Θεοῦ γένωνται. A

excellentiori modo magis admirandum, quia et hoc illius causa est. Ad hoc siquidem Dei Filius homo factus est, ut homines filii Dei fierent.

Ὅταν δὲ ἀκούσῃς· ὅτι *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, μὴ μεταβολὴν τῆς θείας οὐσίας ἐννοήσῃς· ἀναλλοίωτος γὰρ αὕτη καὶ ἀπαθής· ἀλλ' ὅτι ὁ Λόγος, ὢν ὅ ἦν, γέγονε καὶ ὃ οὐκ ἦν, ἤτοι, μένων Θεὸς, γέγονε καὶ ἄνθρωπος κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς, ἐψυχωμένης δηλονότι ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ.

Cum vero audieris, *Verbum caro factum est*, ne transmutationem divinæ essentiæ intelligas. Ipsa etenim immutabilis est ac impatibilis. Sed quod Verbum permanens quod erat, factum est quod non erat : sive manens Deus, factus est homo per carnis assumptionem, animatus videlicet.

Κατὰ τρεῖς δὲ τρόπους τὸ ὂν γίνεται· καθ' ἕνα μὲν, ὅταν ἡ τοῦ ὄντος φύσις εἰς τὴν τοῦ γενομένου μεταβληθῇ, καθ' ὃν τὸ γάλα γίνεται τυρὸς, καὶ ὁ πηλὸς ὄστρακον· καθ' ἕτερον δὲ, ὅταν τῆς οὔσης οὐσίας σωζομένης ἀμεταβλήτου προσγένηταί τι κατὰ συμβεβηκὸς, καθ' ὃν ὁ χαλκὸς γίνεται ἀνδριὰς, καὶ ὁ ἄνθρωπος δίκαιος ἢ ἄδικος, καὶ τὰ τοιαῦτα· κατὰ τὸν τρίτον δὲ, ὅταν, τῆς οὔσης (36) οὐσίας σωζομένης ἀμεταβλήτου, καὶ ἄλλη οὐσία προσληφθῇ, καθ' ὃν ὁ στρατηγὸς γίνεται ὡπλισμένος. Ἀλλ' οὔτε κατὰ τὸν πρῶτον τρόπον ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· οὐ γὰρ ἡ φύσις μετεβλήθη· οὔτε κατὰ τὸν δεύτερον· οὐ γὰρ ἡ προσγενομένη σὰρξ συμβεβηκὸς, ἀλλ' οὐσία καὶ αὐτή· λοιπὸν οὖν κατὰ τὸν τρίτον τρόπον χρὴ νοεῖν τὸ ῥητόν. Δίκην γὰρ στρατηγοῦ τὴν σάρκα περιθέμενος, τὸν πολέμιον τῆς ἡμετέρας φύσεως κατεπολέμησε. B

Tribus autem modis id quod jam est, fieri dicitur : uno quidem modo natura ejus quod est, in id quod fit transmutatur, juxta quem modum lac efficitur caseus, et lutum efficitur testa. Altero vero quando manente ejus quod erat substantia immutata, aliud per accidens efficitur : juxta quem modum æs efficitur statua, et homo efficitur justus vel injustus, aliaque similia. Tertio vero modo, quando salva ac immutata unius (*c*) substantia, alia quoque additur substantia : et hoc modo miles efficitur armatus. Primo ergo modo non est Verbum factum caro, non enim natura mutata est ; neque secundo, non enim per accidens caro facta est, sed ipsa quoque substantia. Restat igitur ut quod dictum est tertio modo intelligatur. Nam more militis (*d*), carne vestitus bellum (*e*) nostrum devicit.

Εἰπὲ δὲ εἶπεν, ἀναιρῶν τὴν βλασφημίαν τῶν ληρούντων ὅτι σὰρξ ἐφαντάσθη. Χρησάμενος γὰρ τῇ λέξει, τῇ *Ἐγένετο*, ἐβεβαίωσεν ὅτι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν ἐνηνθρώπησεν. Ἵνα (37) δὲ μὴ μεταβολὴν τινα τῆς θείας οὐσίας ἐννοήσῃς, φησί· C

Dixit autem *Factum est*, ut blasphemiam tolleret nugantium ac dicentium, quod caro imaginatum est Verbum. Usus enim hoc verbo, *Factum est*, confirmavit quod vere et non phantastice incarnatum est. Verum ne divinæ substantiæ mutationem intelligas, dicit

Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Ἐσκήνωσεν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ, ἐν τῇ συγγενεῖ ἡμῶν, ἐν τῇ ἐξ ἡμῶν προσληφθείσῃ. Εἰ γὰρ ἕτερον τὸ σκηνοῦν, καὶ ἕτερον ἡ σκηνή. Ἕτερος ἔμεινεν ὁ Λόγος παρὰ τὴν σάρκα, κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ φύσιν. Κατὰ γὰρ τὴν συνάφειαν καὶ ἕνωσιν ἓν ἐστιν ὁ προσλαβὼν Λόγος, καὶ ἡ προσληφθεῖσα σὰρξ, σωζομένων καὶ (38) μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀτρέπτων καὶ ἀσυγχύτων τῶν δύο φύσεων ἀπορρήτως.

Vers. 14. *Et habitavit in nobis.* Habitavit in nostra carne, in ea quæ nobis propinqua est, in ea quæ a nobis assumpta est. Quod si aliud est is qui habitat, et aliud habitatio : Verbum secundum substantiam et naturam aliud mansit a carne. Nam secundum conjunctionem et unionem, unum est Verbum suscipiens, caroque suscepta, servatis etiam post unionem, immutatis atque inconfusis duabus ineffabiliter naturis.

Καὶ — αὐτοῦ. Τὴν δόξαν τοῦ Λόγου, τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, διὰ τῆς σαρκὸς λάμψασαν ὡς διὰ παραπετάσματος. Τίς δὲ ἦν αὕτη ; Τὰ ἄπειρα καὶ ποικίλα θαύματα, ἡ ὑπέρλαμπρος καὶ ὑπερφυὴς μεταμόρφωσις καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς σταυρώσεως, ὁ παρὰ φύσιν σκοτισμὸς τοῦ ἡλίου, τὸ φοβερὸν σχίσμα τοῦ καταπετάσματος, ὁ φρικτὸς κλόνος τῆς γῆς, τὰ σχίσματα τῶν πετρῶν, αἱ τῶν μνημείων ἀνοίξεις, αἱ τῶν νεκρῶν ἐγέρσεις, καὶ τὸ κεφάλαιον πάντων, D

Vers. 14. *Et — ejus.* Gloriam Verbi, virtutem divinitatis, quæ per carnem tanquam per velum illuxit. Quæ autem erat illa ? certe nunquam antea visa variaque miracula, perlucida ac supernaturalis transformatio, et tempore Passionis solis præter naturam obscuratio, formidabilis veli scissio, horribilis terræ motus, petrarum scissiones, monumentorum apertiones, mortuorum suscitationes : quodque omnium caput est, mirabilior quam dici aut cogitari

Variæ lectiones et notæ.

(36) Οὔσης abest A.
(37) Δὲ abest A.
(38) Καὶ abest. A.

(*c*) *Unius.* Pro οὔσης videtur legisse μιᾶς.
(*d*) Bis habet *miles*. Sed in Græco non est στρατιώτης, sed στρατηγὸς, *belli dux*.
(*e*) *Bellum.* Videtur legisse πόλεμον. Mei habent *hostem*.

Digitized by Google

potest, Domini resurrectio, et post hanc quæcunque gloriosa apostoli deinceps conspexerunt.

Vers. 14. *Gloriam — Patre.* Gloriam, non qualis est sanctorum beatorum vel angelorum, sed gloriam vere Unigeniti. Nam hic dictio ὡς *tanquam*, idem significat quod *vere*.

Unigeniti autem a Patre, sive natura Filii Dei. Unigenitum enim a matre nominari, declarat hunc natura filium Virginis: dici vero Unigenitum a Patre, hunc natura Dei Filium prædicat.

Vers. 14. *Plenum gratia et veritate.* Confirmans amplius quod Verbum caro factum, nihil ob hoc diminutum sit, ait: *Plenum erat gratia* divina *et veritate:* gratia quidem in admirandis operibus; veritate autem in doctrina. Et præterea gratia, quia cuncta poterat; veritate vero quia nihil in eo phantasticum erat.

Vers. 15. *Joannes — clamat.* Etsi ego, inquit, quibusdam non satis fide dignus videor, Joannes ante me testimonium de ipsius divinitate perhibet: Joannes, inquam, ille cujus nomen magnum ac celebre erat apud omnes Judæos. Nec solum testificatur, verum etiam clamat, sive cum libertate vociferatur, ac metu omni seposito prædicat. Audi vero quid testificetur et clamet.

Vers. 15. *Dicens — fuit.* Dixit enim hoc, aliaque similia Judæis de Christo antequam ipse appareret aut manifestaretur tanquam propheta, ut fama ejus præoccuparentur, et cum postmodum appareret, facilius testimonium de illo reciperetur. Siquidem Matthæus scribit eum dixisse: *Qui post me venit, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare* [12].

Quid est autem, *Post me venturus est qui ante me fuit?* Hoc est, Post paulutum ad vos venturus est, qui licet ut homo nondum apparuit, gloria tamen ac majestate me præcedit; nam maxime glorificandus et exaltandus est. Quod autem futurum est, more prophetiæ, quasi jam factum sit, dixit. Deinde ponit etiam causam hujusmodi sublimitatis.

Vers. 15. *Quia prior me erat.* Quia me tanquam Deus præcedebat.

Vers. 16. *Et — accepimus.* Cum ipsum dixisset plenum gratia et veritate, ac fontem omnis boni perennem et inexhaustum esse demonstrasset, ait: Nos etiam omnes discipuli de tali ipsius plenitudine per participationem accepimus.

Vers. 16. *Et gratiam pro gratia.* Novum Testamentum pro Veteri. Quod autem de his loquatur, ex sequentibus manifestum est; interim autem scito quod et hoc et illud *Gratiam* nominavit, quia

[12] Matth. III, 11.

ἡ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν ἀνάστασις τοῦ Δεσπότου, καὶ ὅσα μετὰ ταύτην θεοπρεπῆ καθεξῆς οἱ ἀπόστολοι ἐθεάσαντο.

Δόξαν — Πατρός. Δόξαν, οὐχ οἵα ἡ τῶν ζοξασθέντων ἁγίων ἢ ἀγγέλων, ἀλλὰ δόξαν ὄντως Μονογενοῦς. Τὸ γὰρ ὡς ἐνταῦθα τὸ ὄντως δηλοῖ.

Μονογενοῦς δὲ ἀπὸ Πατρὸς, ἤγουν φύσει Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Τὸ μὲν γὰρ ὀνομάζεσθαι μονογενῆ ἀπὸ μητρὸς, φύσει υἱὸν τῆς Παρθένου τοῦτον ἑρμηνεύει· τὸ δὲ λέγεσθαι Μονογενῆ ἀπὸ Πατρὸς φύσει Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦτον ἀνακηρύττει.

Πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ἔτι βεβαιῶν ὅτι ὁ Λόγος, σὰρξ γενόμενος, οὐδὲν ἠλαττώθη παρὰ τοῦτο, λέγει ὅτι *Πλήρης ἦν χάριτος* θείας καὶ *ἀληθείας*· χάριτος μὲν ἐν ταῖς θαυματουργίαις, ἀληθείας δὲ ἐν ταῖς διδασκαλίαις. Καὶ χάριτος μὲν, ἐν τῷ πάντα δύνασθαι, ἀληθείας δὲ, ἐν τῷ μηδὲν ἔχειν φαντασίας.

Ἰωάννης — *κέκραγεν.* Εἰ καὶ μὴ ἐγὼ, φησὶ, δοκῶ τισιν ἴσως ἀξιόπιστος, ἀλλὰ πρὸ ἐμοῦ ὁ Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ τῆς θεότητος (39) αὐτοῦ· Ἰωάννης ἐκεῖνος, οὗ τὸ ὄνομα μέγα καὶ περιβόητον παρὰ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις. Καὶ οὐχ ἁπλῶς μαρτυρεῖ, ἀλλὰ καὶ κέκραγεν, ἤγουν βοᾷ μετὰ παῤῥησίας, κηρύττει μετὰ ἐλευθερίας, χωρὶς πάσης ὑποστολῆς. Τί δὲ μαρτυρεῖ καὶ κέκραγεν ἄκουσον.

Λέγων (40) — *γέγονεν.* Εἶπε γὰρ τοῦτό τε καὶ ἄλλα τοιαῦτα περὶ τοῦ Χριστοῦ τοῖς Ἰουδαίοις, πρὸ τοῦ φανῆναι αὐτὸν ὡς προφήτης, καὶ ἵνα τῇ περὶ αὐτοῦ φήμῃ προκατασχεθῶσιν, καὶ λοιπὸν φανέντος, εὐπαράδεκτος ἡ περὶ αὐτοῦ μαρτυρία γένηται. Καὶ γὰρ καὶ Ματθαῖος ἔγραψεν ὅτι ἔλεγεν· *Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μού ἐστιν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι.*

Τί δέ ἐστιν, *Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονεν*; Ὁ μετὰ μικρὸν ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ὁ ὀφθεὶς οὕπω ἐμφανιζόμενος ὑμῖν ὡς ἄνθρωπος, ὑπερέβη με τῇ δόξῃ καὶ μεγαλειότητι. Πάντα γὰρ μέλλει δοξασθῆναι καὶ μεγαλυνθῆναι. Ὡς γεγενημένον δὲ εἶπε τὸ μέλλον νόμῳ προφητείας. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ὑπεροχῆς.

Ὅτι πρῶτός μου ἦν. Ὅτι ὑπερκείμενός μου ἦν ὡς Θεός.

Καὶ — ἐλάβομεν. Εἰπὼν ὅτι πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας ἦν, καὶ δείξας αὐτὸν πηγὴν παντὸς ἀγαθοῦ ἀέννaον καὶ ἀκένωτον, φησὶν ὅτι Καὶ ἡμεῖς πάντες οἱ μαθηταὶ ἐκ τοῦ τοιούτου πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν κατὰ μετοχήν.

Καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. Τὴν Καινὴν Διαθήκην ἀντὶ τῆς Παλαιᾶς. Ὅτι δὲ περὶ τούτων λέγει, δῆλον ἀπὸ τῶν ἑφεξῆς· τέως δὲ *Χάριν* καὶ ταύτην κἀκείνην ὠνόμασε, διότι κατὰ χάριν ἀμφότερα (41)

Variæ lectiones et notæ.

(39) Αὐτοῦ abest A.

(40) Λέγων in interpretatione non habet Hentenius. Neque tamen in Præfatione monuit, cur omiserit.

(41) Ἀμφότερα, A.

Digitized by Google

ἐδόθησαν τοῖς λαβοῦσι, χαριζομένου τοῦ Θεοῦ τούτοις δι' ἔλεον οἰκεῖον, οὐκ ἀμειβομένου τούτους διὰ (42) προλαβούσας ἀρετὰς αὐτῶν.

Ὥσπερ δὲ διαθήκη καὶ διαθήκη λέγονται, καὶ νόμος καὶ νόμος, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὀνόματα κοινὰ ἔχουσιν· οὕτω καὶ χάρις (43) καὶ χάρις ὀνομάζονται.

Ὁμωνύμως δὲ πάντα, καὶ οὐ συνωνύμως. Τὰ ἐκείνης μὲν γὰρ στοιχειώσεις, τὰ ταύτης δὲ τελείωσις· κἀκεῖνα μὲν παισὶ προσήκοντα, ταῦτα δὲ ἀνδράσιν.

Ἢ ἐκεῖνα μὲν ἀνδράσι, ταῦτα δὲ ἀγγέλοις. Εἶτα δεικνύει τὸ διάφορον αὐτῶν ἀπὸ τῶν διακονησαμένων αὐτοῖς.

Ὅτι — ἐγένετο. Ὁ νόμος μὲν, εἴτουν ἡ παλαιὰ Διαθήκη διὰ Μωϋσέως μεσολαβήσαντος ἐδόθη τοῖς Ἑβραίοις· ἡ χάρις δὲ, ἤγουν ἡ νέα, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο, οὐδενὸς ἑτέρου μεσολαβήσαντος. Καὶ Μωϋσῆς μὲν δοῦλος ἦν, καὶ ὅπερ ἔλαβεν ἐκ Θεοῦ, τοῦτο ἔδωκε· Χριστὸς δὲ Δεσπότης ἦν, καὶ αὐτὸς ἐποίησε τὴν νέαν ὡς Θεός. Ὅσον οὖν τὸ διάφορον Μωϋσέως καὶ Χριστοῦ, τοσοῦτον ἄρα καὶ τούτων. Ἄνω μὲν οὖν *Χάριν καὶ χάριν* εἶπε διὰ τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν αἰτίαν· ἐνταῦθα δὲ μόνην τὴν νέαν Διαθήκην ἐκάλεσε Χάριν, ὡς μᾶλλον χάριν. Μόνη γὰρ αὕτη χαρίζεται· ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀναγέννησιν, υἱοθεσίαν, βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ ἀγαθὰ, *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη.*

Εἰπὼν δὲ ὅτι *Ἡ χάρις*, προσέθηκεν, ὅτι *Καὶ ἡ ἀλήθεια*· τὸ ἀψευδὲς αὐτῇ προσμαρτυρῶν, ἢ τὸ τέλειον. Ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ χάρις ἀτελὴς· *Ὁ νόμος γὰρ οὐδὲν ἐτελείωσε*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· αὕτη δὲ τελεία, ὡς τελειοποιός. Ὅσον οὖν μείζονος χάριτος ἠξιώθημεν, τοσοῦτον μείζονα ἀρετὴν ὀφείλομεν, ἵνα μὴ, ἀναξίως τῆς τηλικαύτης εὐεργεσίας πολιτευσάμενοι, ἀξίαν τῆς τηλικαύτης ῥᾳθυμίας δίκην ὑφέξομεν.

Θεόν — ἐξηγήσατο. Ἐκ ποίας ἀκολουθίας εἰς τοῦτο ἦλθεν ὁ εὐαγγελιστὴς, πρόσχες. Δείξας τὸ διάφορον τοῦ νόμου τε καὶ τῆς χάριτος, ἐπάγει καὶ αἰτίαν εὔλογον τῆς διαφορᾶς, ὅτι τὸν μὲν νόμον Μωϋσῆς ἐκόμισεν, ἄνθρωπος μὴ ἐωρακὼς τὸν Θεόν· *Καὶ γὰρ Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*· καὶ διὰ τοῦτό ἐστιν ἐλάττων ὁ νόμος, ὡς παρὰ ἀνθρώπου κομισθείς· τὴν δὲ χάριν, ἤτοι τὸ Εὐαγγέλιον, *ὁ μονογενὴς Υἱὸς*, ὁ ἐνδιαιτώμενος τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀεὶ ὁρῶν τὸν Θεὸν, ὡς Θεὸς, *ἐκεῖνος ἐξηγήσατο*, συνέταξεν, ἐδίδαξε· καὶ διὰ τοῦτο μείζων ἡ χάρις, ὡς παρὰ Θεοῦ γεγονυῖα, τοῦ ὁρῶντος τὸν Θεὸν, καὶ γινώσκοντος τὰ τοῦ Θεοῦ.

Ἀλλὰ πῶς εἶπεν ὅτι *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώ-*

A utrumque gratis accipientibus datum est, Deo ipsis propria sua misericordia gratificante, non ob præcedentes illorum virtutes rependente.

Quemadmodum autem dicuntur lex et lex, testamentum ac testamentum, multaque alia nomina habent communia : ita quoque gratia et gratia nominantur.

Hæc autem æquivoca sunt, non synonyma : illa siquidem quæ veteris sunt, rudem expressionem duntaxat significant et imitationem, quæ autem novi, perfectionem : et illa sane omnibus (*f*) conveniunt, hæc autem solis viris.

Vel potius illa viris, ista vero angelis. Differentiam consequenter ipsorum ab his qui ea administraverunt ostendit.

B Vers. 17. *Quia—fuit.* Lex quidem, sive vetus Testamentum per Mosem mediatorem Hebræis data est, gratia vero sive novum Testamentum per Jesum Christum nullo altero mediante. Et Moses quidem servus erat, quodque a Deo accepit, hoc dedit : Christus autem Dominus erat, et ipse tanquam Deus novum condidit Testamentum. Quantum est igitur Mosis a Christo discrimen, tantum sane et horum. Superius certe, *Gratiam et gratiam* dixit ob causam ibidem dictam ; hic autem novum duntaxat Testamentum Gratiam nominavit, utpote verius gratiam. Nam solum ipsum peccatorum condonat remissionem, regenerationem, adoptionem; regnum cœlorum tribuit ac bona quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt [14].

C Ubi vero dixisset *Gratia*, addidit, *Et veritas*, infallibilem ipsam esse attestans ac perfectam : illa siquidem gratia erat imperfecta. *Lex enim*, ut ait Apostolus, *nihil ad perfectum adduxit* [15] ; hæc autem perfecta, utpote perfecte operans. Quanto ergo majori gratia digni habiti sumus, tanto ad majorem obligamur virtutem ne tanto beneficio indigne conversantes, dignum tanta ignavia supplicium sustineamus.

Vers. 18. *Deum — enarravit.* Qua consequentia venerit ad hoc evangelista, adverte. Postquam differentiam demonstravit legis et gratiæ, rationabilem etiam differentiæ causam addit : quod legem quidem attulit Moses, homo qui Deum non D vidit : *Deum enim nemo vidit unquam*, ideoque lex inferior est, utpote ab homine delata. Gratiam vero sive Evangelium *unigenitus Filius* qui versatur in sinu Patris, semperque Deum videt, nempe Deus ipse, *illud enarravit*, ordinavit ac docuit ; ideoque potior est gratia quippe a Deo facta, qui Deum intuetur, et ea quæ Dei sunt cognoscit.

Sed quomodo dixit : *Deum nemo vidit unquam!*

[14] 1 Cor. II, 9. [15] Hebr. VII, 19.

Variæ lectiones et notæ.

(42) Τὰς interponit A.

(43) Οὕτω καὶ χάριν ὀνομάζονται A.

(*f*) *Omnibus.* Permutavit ergo πᾶσι cum παισὶ. *Solis* non est in Græco.

Digitized by Google

Nam et Isaias Deum vidit sedentem super solium excelsum et elevatum [16]; Ezechiel autem vidit ipsum sedentem super Cherubim [17]; Daniel præterea ipsum vidit sedentem Antiquum dierum [18], et alii quoque ipsum viderunt. Sed id non veluti secundum naturam erat, sed sicut juxta similitudinem apparebat. Nam si ipsum juxta suam naturam vidissent, nequaquam variis modis vidissent: simplex enim et sine figura est, et neque sedet, neque stat neque ambulat: nam hæc corporum sunt. Unde et dicit: *Ego visiones multiplicavi, et in manu prophetarum assimilatus sum* [19], visiones diversas ac similitudinem significans.

Nominatur autem unigenitus Filius, quod solus Patri natus sit, soloque Patre genitus. Pater quoque solum est Pater, non etiam filius alicujus, ut alii sunt patres: Filius etiam solum natus est, non pater etiam alicujus, ut plures essent filii. Ad hæc quia unico ac proprio modo natus est, qui nec dici, nec cogitari potest, non corporum more. Dicitur autem Filius, quod ejusdem sit cum Patre substantiæ: nec solum hoc, sed quia etiam ab eo est. Sinum vero dixit Patris, non quod Deus sinum habeat, nam sinus corporum est; sed per hoc quod dicit, *Qui est in sinu Patris*, proprium et consubtantiale Filii significavit.

Potest quoque et alio modo dici, quod prioris dicti, videlicet, *Deum nemo vidit unquam*, confirmatio est id quod sequitur, *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse enarravit*, hoc est, Ipse docuit quod *Deum nemo vidit unquam*. Nam de hoc variis locis Christus locutus est, sicut in sequentibus manifestum erit. Nulla itaque creatura Deum videt, non materialis tantum, sed et immaterialis: siquidem ipsis quoque immaterialibus virtutibus invisibilis est Deus in sua natura, licet prout sibi conceditur Deum videant.

Vers. 19. *Et — Joannis.* Hoc, inquam, de quo nunc in progressu dicturus est.

Vers. 19. *Quando — es?* Testimonium videlicet datum quando miserunt Judæi, et cætera. Siquidem pontifices et sacerdotes populi, cum circa Christi partum admiranda audissent; sumpto præterea de sapientia ac prudentia illius experimento, quando duodecim annorum factus immistus est doctoribus, audiens illos et interrogans, veluti scripsit Lucas [20], obstupescebant, invidiaque agitari cœperunt. Cum autem et Joannem postea multa ac mirabilia de ipso ad suum baptisma accedentibus dixisse audissent, intellexerunt enim quod talia de illo diceret, magis turbati sunt: missisque ab Hierosolymis sacerdotibus ac levitis sive ministris interrogave-

A ποτε; Καὶ γὰρ Ἡσαΐας μὲν εἶδε τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· Ἰεζεκιὴλ δὲ εἶδεν αὐτὸν καθήμενον ἐπὶ τῶν Χερουβίμ· καὶ Δανιὴλ δὲ εἶδεν αὐτὸν καθήμενον Παλαιὸν ἡμερῶν· καὶ ἄλλοι δὲ τοῦτον ἑωράκασι. Πλὴν οὐχ ὡς ἦν κατὰ φύσιν, ἀλλ' ὡς ἐφαίνετο καθ' ὁμοίωσιν. Εἰ γὰρ αὐτὴν ἑώρων τὴν αὐτοῦ φύσιν, οὐκ ἂν διαφόρως αὐτὴν ἑώρων· ἁπλῆ γάρ τίς ἐστι καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ οὔτε κάθηται, οὔτε ἕστηκεν, οὔτε περιπατεῖ. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν σωμάτων εἰσί. Διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην*· τὰς διαφόρους ὁράσεις καὶ τὴν ὁμοίωσιν δηλῶν.

Μονογενὴς μὲν οὖν ὁ Υἱὸς ὀνομάζεται, ὅτι μόνος B γεννᾶται τῷ Πατρὶ, καὶ ὅτι ἐκ μόνου γεννᾶται Πατρός. Ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ μόνον ἐστὶ Πατὴρ, οὐ μὴν καὶ υἱός τινος, ὡς οἱ ἄλλοι πατέρες· καὶ ὅτι μόνον γεννᾶται Υἱὸς, οὐ μὴν καὶ πατήρ τινος, ὡς οἱ ἄλλοι υἱοί· καὶ ὅτι μονοτρόπως γεννᾶται, ἤγουν ἰδιοτρόπως, καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν καὶ λόγον, καὶ οὐχ ὡς τὰ σώματα. Υἱὸς δὲ λέγεται, ὅτι ταυτόν ἐστι τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν, καὶ οὐκ ἐκεῖνο μόνον, ἀλλ' ὅτι κἀκεῖθεν. Κόλπον δὲ τοῦ Πατρὸς εἶπεν, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ κόλπον ἔχοντος· τῶν σωμάτων γὰρ ὁ κόλπος· ἀλλὰ διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς*, τὸ γνήσιον τοῦ Υἱοῦ καὶ ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον ἐσήμανεν.

Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως εἰπεῖν, ὅτι τοῦ ῥητοῦ (44) τοῦ λέγοντος ὅτι *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*, ἐπι- C βεβαίωσίς ἐστι τὸ ἕτερον ῥητὸν τὸ φάσκον ὅτι *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο*, τουτέστιν ἐκεῖνος ἐδίδαξεν ὅτι *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*. Περὶ τούτου γὰρ διαφόρως ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὡς προβαίνοντες εὑρήσομεν. Οὐδεὶς δὲ κτιστὸς, οὐ μόνον ὑλικὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἄϋλος· καὶ αὐταῖς γὰρ ταῖς ἀΰλαις δυνάμεσιν ἀόρατός ἐστι κατὰ φύσιν, ὁρώσαις, ὡς ἐφικτὸν αὐταῖς.

Καὶ — Ἰωάννου. Αὕτη, περὶ ἧς εἰπεῖν μέλλει προϊών.

Ὅτε — εἶ; Ἡ γενομένη δηλονότι, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, πυνθανόμενοι μὲν (45) D τὰ κατὰ τόκον τοῦ Χριστοῦ παράδοξα, λαβόντες δὲ καὶ πεῖραν τῆς συνέσεως αὐτοῦ, ὅτε δωδεκαέτης ὢν συνέμιξε τοῖς διδασκάλοις, ἀκούων καὶ ἐπερωτῶν αὐτοὺς, ὡς ὁ Λουκᾶς ἱστόρησεν, ἐθορυβοῦντο, καὶ φθόνον ὠδίνειν ἤρχοντο· θεασάμενοι δὲ καὶ τὸν Ἰωάννην ὕστερον πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ αὐτοῦ λέγοντα πρὸς τοὺς ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα, συνῆκαν γὰρ ὅτι περὶ ἐκείνου τὰ τοιαῦτα λέγει, μᾶλλον ἐταράχθησαν, καὶ ἀποστείλαντες ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ λευίτας, ἤτοι ὁ ἀκόνους, ἐπη-

[16] Isa. vi, 1. [17] Ezech. x, 18. [18] Dan. vii, 9. [19] Osee x, 10. [20] Luc. ii, 46.

Variæ lectiones et notæ.

(44) Τούτου pro τοῦ A.

(45) Καὶ interponit A.

Digitized by Google

ρώτων αὐτὸν, *Σὺ τίς εἶ;* οὐχ ὡς ἀγνοοῦντες· πᾶσι γὰρ ἦσαν γνώριμα τά τε κατὰ τὴν γέννησιν αὐτοῦ, καὶ τὰ κατὰ τὴν περιτομὴν καὶ κλῆσιν, ὡς καὶ λέγειν ἅπαντας, *Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται;* Ἀλλὰ κακοήθως ἄγνοιαν ὑποκρίνονται, καὶ οὐ λέγουσιν, ὅτι Τίς εἶ, ἀλλ' ὅτι *Σὺ τίς εἶ;* ἐμφαίνοντες, ὡς, Εἰ μείζων σου ἐστὶν ὁ παρὰ σοῦ κηρυττόμενος, λοιπὸν σὺ τίς εἶ, πρὸς ὃν πάντες ἀνεπτερώθημεν, καὶ περὶ οὗ μεγάλην ὑπόληψιν ἔσχομεν, καὶ ὃν διαφερόντως; ἐσεβάσθημεν;

Ἠρήσαν γὰρ ἀνοήτως ὅτι, τοῦ λοιποῦ περιφρονηθῆναι δόξας (46), ἀνθρώπινόν τι πείσεται καὶ αὐτὸς, ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὑπὸ φιλοδοξίας ἑαυτὸν Χριστὸν (47) ἂν εἴποι, καὶ λοιπὸν ἡ περὶ τοῦ Ἰησοῦ σβεσθήσεται φήμη, καθ' ἣν πάντα ἐπραγματεύοντο. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀπέστειλαν οὐχ ἁπλῶς τινὰς, ἀλλ' ἱερεῖς καὶ Λευίτας, καὶ τούτους ἐξ Ἱεροσολύμων, ὡς διαφορωτέρους τῶν ἐξ ἁπάσης ἑτέρας πόλεως καὶ πανουργοτέρους.

Καὶ — ὡμολόγησε. Ὡμολόγησε, τὴν ἀλήθειαν δηλονότι, ὡς ἀληθὴς καὶ στερρός.

Καὶ — Χριστός. Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει, τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ βεβαιῶν, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἔπαθέ τι φιλόδοξον, οὐδ' ἐπεπήδησε τῇ δόξῃ τῇ Δεσποτικῇ, ἀλλὰ καὶ διδομένην παρὰ τῶν πολλῶν οὐ προσῆκατο. Καὶ ὅρα σύνεσιν. Οὐκ εἶπε τίς ἐστιν, ὅπερ ὕστερον ἐποίησεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπιδών, καὶ τί βούλονται γνοὺς, εὐθέως ἐκ προοιμίων ἀνεῖλεν, ὅπερ εἰπεῖν αὐτὸν ἤλπιζον. Εἶπε γὰρ ὅτι *Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.*

Καὶ — εἰμί. Ἀποτυχόντες ἤδη τῆς μηχανῆς, ἐφ' ἕτερον τρέπονται, συσκιάσαι τὸν σκοπὸν αὐτῶν βουλόμενοι, καὶ λέγουσι· *Τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ;* ἵνα δόξωσιν ἁπλῶς καὶ ἀπεριέργως ἐρωτᾷν. Καὶ γὰρ προσεδόκων ἥξειν καὶ τὸν Ἠλίαν. Γέγραπται γὰρ ἐν τῷ προφήτῃ Μαλαχίᾳ· *Ἀποστελῶ ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν.* Πάλιν οὖν ἐρωτῶσιν, ἵνα ἀνύποπτοι γένωνται.

Ὁ προφήτης εἶ σύ; καὶ ἀπεκρίθη, Οὔ. Οὐ λέγουσιν, ὅτι Προφήτης εἶ σύ; ᾔδεισαν γὰρ ὅτι προφήτης ἐστὶν· ἀλλ' ὅτι *Ὁ προφήτης εἶ σύ;* δηλαδὴ ἐκεῖνος περὶ οὗ ἔγραψε Μωϋσῆς. Ἔγραψε γὰρ αὐτοῖς ὅτι *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. Αὐτοῦ ἀκούσεσθε.* Οὗτος δὲ ἦν ὁ Χριστός.

Εἶπον — προφήτης. Ἀνειλικάκως αὐτοῖς ἐπὶ πᾶσιν ἀποκριθεὶς, νῦν λέγει καὶ τίς ἐστιν· ὅτι

A runt eum, *Tu quis es?* non tanquam id ignorantes, nam cunctis nota erant quæ circa nativitatem ejus contigerant, quæque in ejus circumcisione ac nominis impositione, ita ut omnes dicerent: *Quisnam puer hic erit*[21]? sed præ malitia ignorantiam simulant. Nec dicunt, Quis es, sed *Tu quis es?* ac si dicerent: Si major te est quem tu prædicas, tu ergo quis es? erga quem magnopere affecti sumus, et de quo magnificam habemus opinionem, quemque vehementer colimus.

Putabant (*g*) enim insipienter, quod licet in cæteris vigilantius excubare videretur, attamen humanum quiddam tanquam homo sentiret, ac gloriæ amore illectus, Christum se esse responderet, et deinceps ipsius Jesu fama exstingueretur, ob quam omnes
B oriebantur anxietates. Nam et hac de causa non vulgares quosvis miserunt, sed sacerdotes et Levitas, idque ex Hierosolymis utpote præstantiores atque astutiores cunctis qui ex aliis erant civitatibus.

Vers. 20. *Et — negavit.* Confessus est, veritatem scilicet; nam verax erat ac solidus.

Vers. 20. *Et — Christus.* Virtutem ejus confirmans, rursum idem repetit. Neque enim solum ambitionis omnino nihil passus est, aut Dominicam non arripuit gloriam, sed nec eam quæ a multis dabatur respexit. Et vide prudentiam. Non dixit quis esset quod postmodum fecit, sed ad mentem eorum accedens, et quid velint agnoscens, recte id
C a principio abstulit, quod ipsum sperabant responsurum. Dixit enim, *Non sum ego Christus.*

Vers. 21. *Et — sum.* Jam conatu frustrati, ad aliud convertuntur, intentumque suum obumbrare volentes dicunt: *Quid ergo, Elias es tu?* ut videantur simpliciter ac sine malitia interrogare: Siquidem exspectabant etiam venturum Eliam. Scriptum est enim apud Malachiam prophetam: *Mittam vobis Eliam Thesbiten, qui convertet cor patris ad filium*[22]. Rursum ergo rogant ne suspecti habeantur.

Vers. 21. *Es tu ille propheta? Et respondit, Non.* Non dicunt: Es tu propheta: nam sciebant eum esse
D prophetam; sed, Es tu ille propheta de quo scripsit Moses? Scripsit enim eis dicens: *Prophetam suscitabit vobis Dominus, ipsum ut me audietis*[23]. Ille autem erat Christus.

Vers. 22. *Dixerunt* — Vers. 23. *propheta.* Cum ad omnia patienter respondisset, nunc etiam dicit quis

[21] Joan. I, 66. [22] Malach. IV 4, 5. [23] Deut. XVIII, 15.

Variæ lectiones et notæ.

(46) Δόξαν A. Paulo ante haud dubie vitiose invenit Περιφρονηθῆναι lientenius. Sed lectio meorum codd. proba est.

(47) Χριστὸν ἀνείπῃ B.

(*g*) *Putabant*, etc. Redde: *Stulte enim credebant jam cum contemnisse videret ipsum quoque ut hominem, aliquid humani passurum, ac, si semetipsum per arrogantiam Christum renuntiasset, simul exstinctum iri de Jesu famam, contra quam omnia moliebantur.* Malim ergo legere, τὸν Χριστὸν ἀνειπὼν λοιπόν. Constructio enim est, ὅτι πείσεται καὶ (ὅτι) σβεσθήσεται.

Digitized by Google

sit. *Ego*, inquit, *sum illa vox de qua scriptum est. Vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini* et cætera. Hoc autem verbum pulchre exponitur tertio juxta Matthæum capite. Quære itaque ibi expositionem ipsius.

A Ἐγώ εἰμι, περὶ οὗ τὸ, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν ἡρμήνευται καλῶς ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον· καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ.

Vers. 24. *Et qui — Pharisæis.* Significavit etiam ipsorum sectam, repræsentans obliquam eorum curiositatem.

Καὶ οἱ — Φαρισαίων. Ἐπεσημήνατο καὶ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, ἐμφαίνων τὸ περίεργον τούτων καὶ σκολιόν.

Vers. 25. *Et interrogaverunt — propheta?* Cum perficere non potuissent quod intendebant, accusatione nituntur hunc attrahere, ut vel timore cogeretur dicere quod non erat. Rursum autem magnam demonstrat æquitatem.

Καὶ ἠρώτησαν — προφήτης; Μὴ δυνηθέντες ἀνύσαι τὸ σπουδαζόμενον, ἐπιχειροῦσιν ἐγκλήματι τοῦτον ὑποβαλεῖν, ἵνα φοβηθεὶς ἀναγκασθῇ εἰπεῖν, ὅπερ οὐκ ἦν. Ὁ δὲ πάλιν ἐνδείκνυται πολλὴν ἐπιείκειαν.

Vers. 26. *Respondit — nostis.* Eo enim tempore Christus immixtus erat populo; nam quasi unus e vulgo veniebat ad baptismum, quod divina B revelatione Joanni innotuerat. Id autem quod addit, *Quem vos non nostis*, de illius divinitate dictum est.

Ἀπεκρίθη — οἴδατε. Ἦν γὰρ ὁ Χριστὸς ἀναμεμιγμένος τότε τῷ λαῷ. Ὡς εἷς γὰρ τῶν πολλῶν ἤρχετο ἐπὶ τὸ βάπτισμα, καὶ ἐγνώσθη τοῦτο τῷ Ἰωάννῃ διὰ θείας ἀποκαλύψεως. Τὸ δὲ, Ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἴρηται.

Vers. 27. *Ipse — fuit.* De quo videlicet verbum istud dicebam. Est autem superius declaratum.

Αὐτός — γέγονε. Περὶ οὗ δηλονότι τὸν λόγον τοῦτον ἔλεγον. Ἡρμηνεύθη δὲ ἀνωτέρω.

Vers. 27. *Cujus — calceamenti.* Sublimiter id quod est in Christo incomparabile hinc demonstrat, dicens: Neque inter postremos ejus servos numerari mereor, propter magnitudinem consideratæ in eo divinitatis. Postremis namque ministris aptari solent hujusmodi ministeria.

Οὗ — ὑποδήματος. Τὸ καθ' ὑπεροχὴν ἀσύγκριτον τοῦ Χριστοῦ δείκνυσιν ἐντεῦθεν, λέγων ὅτι Οὐδὲ εἰς τοὺς ἐσχάτους αὐτοῦ δούλους ταχθῆναι δύναμαι διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἠνωμένης αὐτῷ θεότητος. Τοῖς γὰρ ἐσχάτοις οἰκέταις ἐπιτέτραπται ἡ τοιαύτη ὑπηρεσία.

Quære autem ad principium Evangelii juxta Marcum dicti illius expositionem quo dicitur: *Et prædicabat dicens: Venit is qui me fortior est post me, cujus non sum idoneus ut procumbens solvam corrigium calceamentorum ipsius*[a]. C

Ζήτησον δὲ καὶ ἐν προοιμίοις τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου τὴν ἐξήγησιν τοῦ, Καὶ ἐκήρυσσε λέγων· Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.

Vers. 28 *Hæc — baptizans.* Emendatiora exemplaria, in *Bethabara* scribunt; nam Bethania non est sita trans Jordanem aut in deserto, sed prope Hierosolyma. Demonstrat autem locum, ostendens quod multis præsentibus Joannes ea quæ de Christo erant prædicabat. Omnia vero quæ interim acciderunt prætermittens: puta quomodo baptizatus est, quomodo cœlitus accepit testimonium, jejunium præterea quadraginta dierum in deserto ac tentationes, tanquam ab aliis jam evangelistis narrata: refert deinceps quæ post descensum ejus a deserto contigerunt, et ab illis relicta sunt.

Ταῦτα — βαπτίζων. Τὰ ὀκριβῆ (48) τῶν ἀντιγράφων ἐν Βηθαβαρᾷ γράφουσιν. Ἡ γὰρ Βηθανία οὐ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, οὐδὲ ἐπὶ τῆς ἐρήμου ἐστὶν, ἀλλ' ἐγγὺς που τῶν Ἱεροσολύμων. Ἐπισημαίνεται δὲ τὸν τόπον, δεικνύων ὅτι πολλῶν παρόντων ὁ Ἰωάννης ἐκήρυττε τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ. Τὰ (49) μεταξὺ δὲ πάντα παραδραμών, πῶς τε ἐβαπτίσθη, πῶς καὶ ἄνωθεν ἐμαρτυρήθη, καὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαρακονθήμερον νηστείαν, καὶ τοὺς πειρασμοὺς, τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς ἀπηγγελμένα, λοιπὸν διηγεῖται τὰ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἐρήμου κάθοδον αὐτοῦ, παραλελειμμένα τούτοις.

Vers. 29. *Postero die — se.* In crastino post descensum ejus a deserto scilicet; adhuc enim circa Jordanem permanebat Joannes. D

Τῇ ἐπαύριον — αὐτόν. Τῇ ἐπαύριον, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἐρήμου κάθοδον αὐτοῦ δηλονότι. Ἔτι γὰρ παρὰ τὸν Ἰορδάνην διέτριβεν ὁ Ἰωάννης.

Quare autem venit ad ipsum? Quia suspicabantur quidam venisse tamquam peccatorem ad ba-

Καὶ τίνος ἕνεκεν ἔρχεται πρὸς αὐτόν; Ἐπείπερ ὑπώπτευόν τινες ὅτι ὡς ἁμαρτωλὸς ἐβαπτίσθη καὶ

[a] Marc. I, 7.

Variæ lectiones et notæ.

(48) Codices probatiores cum Chrysostomo nunc appellat eos, qui sunt temere corrupti ab Origene. Vide quæ dixi ad h. l. in edit. N. Test. Quoniam hæc Bethania non erat prope Hierosolymas, propterea Joannes addidit, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Teste ipso Origene, Heracleon etiam legit Bethania. Atque ita haud dubie legerunt omnes ante Origenem et Origenes ipse. Eadem hic crisis est, quæ est, Matth. v, 22, in vocabulo εἰκῇ. Nam illud Origenes propter *suam* theologiam moralem, hoc propter *suam* geographiam correxit. *Man denke sich Köln am Rhein, an der Spree, an der Unstrut. Wenn ich nun sagte, Köln an der Elbe, und jemand wollte mich aus Büsching, mit dem doch des Origenes alte Weiber, von welchener die Geographie gelernt, nicht zu vergleichen sind, widerlegen, wer würde nicht lachen? Und waren denn, nach so vielen Zerstörungen noch alle kleine Flecken, als Origenes auf die Wanderschaft gieng?*

(49) Τὰ abest A.

Digitized by Google

αὐτὸς εἰς μετάνοιαν ἐπίσης τοῖς ἄλλοις· ἔρχεται A ptismum in pœnitentiam more aliorum. Venit ergo
νῦν (50) πρὸς τὸν Ἰωάννην, διδοὺς αὐτῷ ἀφορμὴν nunc ad Joannem, ut occasionem illi daret corri-
διορθώσασθαι τὴν τοιαύτην ὑποψίαν διὰ μαρτυ- gendi perfectiori testimonio hujusmodi suspicionem.
ρίας ἐντελεστέρας.

Καὶ — Θεοῦ. Ἀμνὸν αὐτὸν προσηγόρευσεν, ἀνα- Vers. 29. *Et — Dei.* Agnum ipsum appellavit, ad
μιμνήσκων αὐτοὺς τῆς τε τοῦ νόμου σκιᾶς, καὶ τῆς memoriam eis adducens umbras Veteris Testamenti,
Ἡσαΐου προφητείας, καὶ λέγων· Ἰδοὺ ὁ Ἀμνὸς, ac Isaiæ prophetiam. Tanquam diceret: Ecce Agnus
ὁ ἐν τῷ νόμῳ (51) σκιαγραφούμενος, καὶ ὑπὸ in lege figuratus, et ab Isaia annuntiatus. Deinde
Ἡσαΐου (52) καταγγελλόμενος· εἶτα προστίθησι addit etiam id quod præcipuum est ejus, puta quod
καὶ τὸ ἰδιαίτατον καὶ ἐξαίρετον αὐτοῦ, ὅτι ὁ παρὰ a Deo missus sit ad immolandum pro salute ho-
Θεοῦ πεμφθεὶς εἰς σφαγὴν ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀν- minum.
θρώπων.

Ἢ ὁ θεῖος, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ θεότητα. Vel *Dei*, hoc est divinus, propter suam divini-
tatem.

Ὁ — κόσμου (53). Ὁ μὲν γὰρ ἀμνὸς τοῦ νόμου Vers. 29. *Qui — mundi.* Agnus siquidem qui in
θυόμενος ἁμαρτίαν ἑνὸς γένους ἀφῄρει τοῦ Ἰσραη- B lege sacrificabatur, unius Israelitici populi aufere
λιτικοῦ, ὡς τύπος καὶ προχάραγμα καὶ σκιὰ τῆς bat peccatum tanquam figura, signum et umbra
ἀληθείας· ὁ δὲ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ σφαγιασθεὶς τὴν veritatis. Agnus autem Dei immolatus, totius mun-
ὁμαρτίαν τοῦ κόσμου παντὸς ἀφαιρεῖ, καὶ καθαί- di aufert peccatum, et tanquam veritas, eos qui in
ρει τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, ὡς ἀλήθεια. Ἐκεῖνος μὲν mundo sunt purificat. Ille siquidem irrationalis erat,
γὰρ ἄλογος, οὗτος δὲ λογικός· καὶ οὐ τοῦτο μό- hic vero rationalis: nec solum hoc, verum etiam
νον, ἀλλὰ καὶ θεῖος. Ἁμαρτίας δὲ νόει μὴ μόνον divinus. Peccata autem non tantum animæ dicit
τὰς ψυχικὰς κηλῖδας, ὧν ἐλευθεροῖ τοὺς τὰς ἐντολὰς maculas, a quibus liberi sunt, qui ejus servant præ-
αὐτοῦ φυλάσσοντας, ἀλλὰ καὶ τὰς σωματικὰς ἀρ- cepta: verum etiam corporeas infirmitates, a qui-
ρωστίας, ὧν ἀπαλλάττει τοὺς κάμνοντας. bus ægrotantes liberat.

Εἰπὼν δὲ ὅτι *Ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κό-* Dicens autem: *Qui tollit peccatum mundi*, solvit
σμου, ἔλυσε τὴν προειρημένην ὑποψίαν. Ὁ γὰρ τὰς prædictam suspicionem. Nam qui aliorum aufert
τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἀφαιρῶν εὔδη- peccata manifestum est quod ipse non haberet pec-
λον ὅτι οὐκ ἔχει ἁμαρτίας· [μὴ (54) ἔχων δὲ cata; qui autem peccatis non est obnoxius, alia
ἁμαρτίας,] δι' ἑτέραν πάντως αἰτίαν ἦλθεν ἐπὶ τὸ C omnino causa venit ad baptismum, quam ipse Ba-
βάπτισμα, ἣν αὐτὸς ὁ Βαπτιστὴς ἐρεῖ μετὰ μι- ptista paulo post referet.
κρόν (55).

Πάλιν δὲ (56) λέγει τὸ, *Ἔμπροσθέν μου γέ-* Rursum alibi dicit, *Ante me fuit*; et, *Prior me*
γονε, καὶ τὸ, *Πρῶτός μου ἦν*, ἀνυποστόλως ἑαυτὸν *erat*, se ipsum intrepide tanquam servum dejiciens,
μὲν ἐξευτελίζων ὡς δοῦλον, ἐκεῖνον δὲ ἀσυγκρίτως illum autem quasi Dominum incomparabiliter ex-
ὑπερτιθεὶς ὡς Δεσπότην. tollens.

Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν. Ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι Vers. 31. *Et ego nesciebam eum.* Ne putarent
ἐκπαλαι γνωρίζων αὐτὸν τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ μαρ- quod illum jam olim cognoscens talia de eo ferret
τυρεῖ, χαριζόμενος ὡς συγγενεῖ, φησὶν ὅτι Οὐκ testimonia, gratiam illi præstans tanquam cognato
ἐγίνωσκον αὐτὸν πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ait: Ego ignorabam eum priusquam ad Jordanem
ἅτε τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν ταῖς ἐρήμοις διατρίβων. veniret, utpote semper in deserto versatus.

Καὶ μὴν ἔμβρυον ὤν, ἔμβρυον ὄντα τοῦτον ἐγνώρισε Atqui cum adhuc in matris esset utero, cogno-
καὶ ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει, ὡς ὁ Λουκᾶς ἔγραψεν· vit eum, et præ gaudio exsultavit, quemadmodum
ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν, ὑπεροφυῶς δὲ αὐτὸν ἐγνώρισε scripsit Lucas[25]. Verum id non fuit naturaliter

[25] Luc. I, 41.

Variæ lectiones et notæ.

(50) Νῦν abest A.

(51) Codex uterque in margine : Ἐν ταῖς θυσίαις.

(52) Hic rursus uterque in margine habet : Οὗτος τὰς ἁμαρτίας αἴρει. Respicit Isa. LIII, 7.

(53) Versus ergo tricesimus abest etiam a codice Ilentenii, uti ab utroque Mosquensi, nisi quod in uno horum a manu recentiori additus est in margine. Sed ultima pars hujus scholii, a vocabulis, πάλιν δὲ λέγει τὸ κ. τ. λ. satis declarat, Euthymium hæc legisse. Nescio ergo, quod casu in tribus codicibus desit. Quomodo hic versus legatur apud Origenem, notavi jam in mea N. Test. editione. Junctim versum 30 et 31, laudat Orig. t. IV, p. 24. Chrysostomi varietates etiam l. l. notavi. Per errorem autem Chrysost. t. VIII, p. 75 B, verba D ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνήρ, Matthæo tribuit, quæ nullibi apud Matthæum leguntur. Cyrillus Alexandrinus eo in loco, ubi hunc versum interpretatur, nihil mutat præter hoc, quod ἐγὼ, post οὖ, omittit. Idem hunc versum repetit t. V, part. 2, in epistolis p. 186, et de recta fide, p. 113 D, ubi etiam data opera Evangelium Joannis tractat. Hic servat illud ἐγώ. Consistit ergo hic versus, cum cæterorum codd. Græcorum auctoritate, tum vero etiam versionum et Patrum consensu.

(54) Inclusa absunt A.

(55) Μετὰ μικρὸν τε πάλιν λέγει A.

(56) Ilentenius h. l inculcavit, *alibi*. Sed ἀλλαχοῦ neuter meorum habet. Forte *autem* volebat.

Digitized by Google

sed supernaturaliter tunc eum cognovit, et quo modo nullus omnino hominum cognovit. Nunc autem triplici cognitione cognovit : puta per visum, per auditum, perque propheticam notitiam, quarum nulla Christum cognoscebat, priusquam ad Jordanem veniret, deinde autem triplici hoc modo cognovit eum. Siquidem prophetice ei revelata sunt quæ de ipso erant : ideo et dixit : *Qui post me venturus est, ante me fuit.* Vidit quoque eum ; illum namque prohibebat dicens : *Ego a te debeo baptizari, et ut venis ad me* [36] ? Audivit præterea vocem de illo dicentem : *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacitum est*, sicut alii evangelistæ docuerunt [37].

Vers. 31. *Sed — baptizans.* Ecce dixit etiam causam, ob quam venit et ipse ut baptizaret, et Christus ut baptizaretur. Una siquidem eademque fuit et hujus causa et illius, videlicet, ut manifestaretur Christus Israelitis. Nam a Deo missus fuerat Joannes ad Jordanem, ut baptisma pœnitentiæ prædicaret, quo propter baptisma multi concurrerent, et astans Christus in medio multorum, utpote baptizandus, testimonium acciperet, inferne quidem a Joanne, superne vero a Patre et Spiritu sancto ; atque hinc ipsos attrahens, mysteria docere, ac mirabilia operari inciperet ; neque enim ita concurrissent omnes, neque ita testimonium audivissent, nisi hoc factum fuisset.

Vers. 32. *Et* — Vers. 33. *sancto.* Rursum ait : *Nesciebam eum*, ut proprium testimonium ab omni suspicione removeret.

Verum quando dixit ei Deus : *Super quem videris Spiritum descendentem*, et cætera ? Quando quæ de Christo erant ipsi revelavit, illo nondum manifestato : tunc siquidem et hæc et alia dixit. Postea vero ipsum quoque demonstravit ad baptismum accedentem.

Præsens itaque evangelista ea, ut dictum est, prætermisit, quæ circa Domini baptisma ab aliis evangelistis conscripta sunt. Matthæus vero hæc cæteris latius enarravit : lege ergo illa ad perfectiorem habendam cognitionem.

Vers. 34. *Et ego vidi.* Spiritum videlicet descendentem, et manentem super eum.

Vers. 21. *Sicut — vivificat.* Ab humilibus rursus ascendit ad sublimia. Nam sicut ille, ita et hic quos vult vivificat, æqualis utique potentiæ Filius est cum Patre. Vivificare itaque sicut Pater, potentiæ docet æqualitatem: quod autem additur: *Quos vult*, autoritatis immutabilitatem. Verum si et potest, et auctoritatem habet, quomodo non potest Filius a se facere quidquam? non potest ergo sine Patre, quia una et eadem est ipsis potentia et voluntas.

Οὐδὲ — Πατέρα. Ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν μετέστη πάλιν ἐπὶ τὰ ταπεινά. Κάνταῦθα τοίνυν τὸ *Δέδωκε* θεοπρεπῶς νοητέον. Τὰ τοιαῦτα γὰρ, καθὼς εἰρήκαμεν, οἰκονομικῶς λέγει, οὐ μόνον ἐντεῦθεν θεραπεύων τὴν ἀσθένειαν τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἵνα τὸν αἴτιον εἰδῶμεν καὶ μὴ ἀγέννητον εἶναι τὸν Υἱὸν ὑπολάβωμεν, μηδ' εἰς τὴν Σαβελλίου νόσον καταπέσωμεν, τὸν αὐτὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα νοοῦντος καὶ ἓν πρόσωπον τὴν ἁγίαν Τριάδα δογματίζοντος ἀνοήτως. C

Vers. 22. *Neque* — Vers. 23. *Patrem.* A sublimibus iterum descendit ad humilia. Et hic ergo verbum *Dedit*, intelligendum est prout Deum decet: talia enim, ut diximus, dispensative dicit; non solum curans ex hoc imbecillitatem Judæorum, verum etiam ut causam videamus, et ne non genitum esse Filium suspicemur, neque in Sabellii morbum decidamus, qui eumdem esse Patrem et Filium ac Spiritum sanctum intelligit, et unicam esse sanctæ Trinitatis personam insane prædicat.

Πότε δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ; Ὑπὲρ τὸ Πότε ἡ ἀπόκρισις. Εἰ δὲ χρή τι καὶ τολμηρῶς ἀποκριθῆναι, ἅμα τῷ τοῦτον γεγεννῆσθαι. Πότε δὲ οὗτος γεγέννηται, ὅτε ὁ Πατὴρ οὐ γεγέννηται; Οὐκ ἔστι γὰρ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἔννοιάν τινα χρόνου ἢ αἰῶνος καθ' ἣν ἐφικέσθαι τινὸς ἄκρου δυνηθείημεν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα βιαζοίμεθα.

Quando vero dedit judicium Filio? De hoc, quando id fuerit, res est admodum occulta: et quanquam (*mm*) audenter respondere oporteat, quod simul ut hic genitus est: attamen quando hic genitus est, quando Pater genitus non est? Non potest siquidem, non potest, inquam, inveniri temporis, aut sæculi alicujus intelligentia, qua ad extremum aliquod pervenire possimus, etiamsi maxime urgeamur.

Τὴν κρίσιν δὲ πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵνα διὰ τοῦτο φοβούμενοι τιμῶσιν αὐτὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα. *Πᾶσαν* δὲ εἰπὼν, ἐδήλωσεν ἅμα τήν τε τοῦ κολάζειν καὶ τὴν τοῦ τιμᾷν οὓς ἂν ἐθέλῃ. Οὐ μὴν ἐξέβαλε τὸν Πατέρα τῆς ἐξουσίας τοῦ κρίνειν. Εἰ γὰρ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ ἐστι, πλὴν ἀγεννησίας (98), πρόδηλον ὅτι καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός ἐστι, πλὴν (99) γεννήσεως. Κρινεῖ τοίνυν ὁ Υἱὸς, εὐδοκοῦντος μὲν τοῦ Πατρὸς, συνεργοῦντος δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὥσπερ ἄρα νοοῦμεν καὶ ἐπὶ πάντων αὐτοῦ τῶν ἔργων. D

Judicium autem omne dedit Filio, ut timentes propter hoc, honorent eum, sicut honorant patrem. Et cum *Omne* dixit, significavit et judicium puniendi et judicium honorandi, quos voluerit. Nec tamen Patrem judicandi auctoritate privavit. Nam si omnia quæ habet Pater Filii sunt præterquam genitum non esse manifestum est quod etiam quæ habet Filius Patris sunt, præterquam esse genitum. Judicat ergo Filius, approbante quidem Patre, cooperante autem et Spiritu sancto, veluti sane intelligimus in omnibus ejus operibus.

Variæ lectiones et notæ.

(97) Ἀναχθῆτε A. Utrumque probum. Ex Hentenio nihil licet colligere.

(98) Ἀγέννητος γὰρ ὁ Πατήρ.

(99) Γεννητὸς γὰρ ὁ Υἱός.

(*mm*) *Et quanquam*, etc. Si autem necesse est, etiam audacter aliquid respondere.

Digitized by Google

Verum scire oportet, quod dictiones *sic*, *sicut* et similes, in increata quidem Trinitate æqualitatem significant, in creatis vero sæpius etiam similitudinem, ac partialem quamquam assimilationem. Quare autem dedit judicium Filio? Quia hic hominem formavit, perditumque reformavit; ac salutaria dedit præcepta: et ut qui homo factus est, homines judicaret: non solum tanquam Deus, qui hominum novit naturam, verum etiam ut homo, qui in ea forma tentatus est. Et quare Filius formavit hominem? Quia ipse est Sapientia, Verbum et Potentia Patris [67]. Et quare Filius et non Pater, nec Spiritus sanctus humanitatem assumpsit? Quia oportebat ut qui in supernis Filius erat, maneret etiam in infernis Filius, ne duo essent Filii: et quia oportebat etiam Creatorem renovare conf[ra]ctam suam creaturam; et quia opus erat ut rationale per rationem sive Verbum liberaretur ab irrationalitatis affectionibus; et quia decebat per immutabilem Patris imaginem, eum qui ad Dei imaginem factus fuerat, eamque mutaverat, ad pristinam reparari dignitatem, ut ita convenienti modo omnia fierent.

Verum si eum honoraverimus, sicut honoramus et Patrem omnino etiam Patrem hunc appellabimus? Nequaquam, sed Filium eum scientes, Patrem non appellabimus, ne proprietates confundamus; honorabimus tamen, sicut Patrem: nam de honore sermo est, non de appellatione. Abusive vero et hunc Patrem vocamus, tanquam creatorem et procuratorem ac magistrum nostrum.

Vidisti sapientissimam et admirabilem contexturam sublimium humiliumque verborum; ut et de his quæ tunc facta sunt, sermo facile suscipiatur, et his nullo sint impedimento ea quæ postmodum fient. Nisi enim sese demittens humilia dixisset, quare etiam sublimia attexuisset. Nam qui de se magna dicere debet, cum parva locutus fuerit, pro excusatione habet dispensationem: siquidem dispensatorie hoc facit. Quem vero parva dicere convenit, quam ob causam magna loquitur? non enim dispensationis hoc est, sed extremæ arrogantiæ. Quod si etiam minor erat Filius, sicut Ariani nugabantur, quare æqualem Patri honorem expetebat? Nec tantum expetebat, verum etiam terrorem incutiebat, dicens:

Vers. 23. *Qui— illum.* Qui non honorat, modo quo superius dixit, hoc est, sicut Patrem. Addidit autem: *Qui misit illum*, non sui minorationem significans, sed ora Judæorum obturans. Propter hoc etiam continue ad Patrem refugit, ponens interim et suæ naturæ nobilitatem. Sive enim omnia secundum sui dignitatem locutus fuisset, nequaquam suscepissent, existimantes eum Deo esse con-

[67] I Cor. xxiv, 30; Hebr. i, 3.

A Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι τὸ *ὥσπερ*, καὶ τὸ *καθὼς* καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ μὲν τῆς ἀκτίστου Τριάδος τὴν ἰσότητα δηλοῦσιν, ἐπὶ δὲ τῶν κτιστῶν πολλάκις καὶ εἰκασίαν καὶ ὁμοιότητά τινα μερικήν. Διατί δὲ (1) τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ; Διότι οὗτος τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε, καὶ φθαρέντα ἀνέπλασε, καὶ τὰς σωτηρίους ἐντολὰς ἔδωκε, καὶ ἵνα ὁ ἐνανθρωπήσας κρίνῃ τοὺς ἀνθρώπους μὴ μόνον ὡς Θεὸς, εἰδὼς τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνθρωπος, πεπειραμένος αὐτῆς. Καὶ διατί ἔπλασεν ὁ Υἱὸς τὸν ἄνθρωπον; Διότι οὗτός ἐστι Σοφία καὶ Λόγος καὶ Δύναμις τοῦ Πατρός. Καὶ διατί ὁ Υἱὸς ἀλλ' οὐχ ὁ Πατὴρ ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνηνθρώπησε; Διότι ἔδει τὸν ἄνω Υἱὸν μένειν καὶ κάτω Υἱὸν, ἵνα μὴ δύο εἶεν Υἱοὶ, καὶ διότι ἔδει τὸν Δημιουργὸν ἀνακαινίσαι τὸ συντριβὲν B αὐτοῦ δημιούργημα, καὶ διότι ἔδει τὸν λογικὸν διὰ τοῦ Λόγου ἐλευθερωθῆναι τῆς ἀλογίας τῶν παθῶν, καὶ διότι πρέπον ἦν διὰ τῆς ἀπαραλλάκτου εἰκόνος τοῦ Πατρὸς τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιημένον καὶ παραλλάξαντα αὐτὴν εἰς τὸ πρότερον ἐπαναχθῆναι ἀξίωμα, καὶ οὕτω καταλλήλως πάντα γενέσθαι.

Εἰ οὖν τιμήσωμεν (2) αὐτὸν, καθὼς τιμῶμεν τὸν Πατέρα, πάντως καὶ Πατέρα τοῦτον προσαγορεύσομεν (3); Οὐδαμῶς· ἀλλ' Υἱὸν αὐτὸν εἰδότες Πατέρα μὲν οὐκ ὀνομάσομεν, ἵνα μὴ συγχέωμεν τὰς ἰδιότητας· ὡς τὸν Πατέρα δὲ τιμήσομεν (4)· περὶ γὰρ τιμῆς ὁ λόγος, οὐ περὶ προσηγορίας. Καταχρηστικῶς C δὲ καὶ Πατέρα τοῦτον καλοῦμεν, ὡς ποιητὴν καὶ κηδεμόνα καὶ διδάσκαλον ἡμῶν.

Εἶδες τὴν σοφωτάτην καὶ θαυμασίαν πλοκὴν τῶν ὑψηλῶν ἅμα καὶ ταπεινῶν ῥημάτων· ὥστε καὶ τοῖς τότε γίνεσθαι τὸν λόγον εὐπαράδεκτον, καὶ τοὺς μετὰ τοῦτο μὴ βλάπτεσθαι. Εἰ γὰρ μὴ διὰ συγκατάβασιν τὰ ταπεινὰ ἔλεγε, διατί καὶ τὰ ὑψηλὰ προσέπλεκεν; Ὁ μὲν γὰρ ὀφείλων μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, ὅταν μικρὰ φθέγγηται, πρόφασιν ἔχει τὴν οἰκονομίαν· οἰκονομικῶς γὰρ τοῦτο ποιεῖ· ὁ δὲ μικρὰ λέγειν ὀφείλων τίνος ἕνεκεν μεγάλα φθέγγεται; Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν οἰκονομίας, ἀλλ' ἰσχάτης ἀλαζονείας. Εἰ δὲ καὶ ἐλάττων ἦν ὁ Υἱὸς, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἄρειον ἐλήρουν, διατί τὴν ἴσην τῷ Πατρὶ τιμὴν ἀπῄτει; Καὶ οὐκ ἀπῄτει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφόβει, λέγων· D

Ὁ — αὐτόν. Ὁ μὴ τιμῶν, ὡς ἔλεγεν ἀνωτέρω, ἤγουν, καθὼς τὸν Πατέρα. *Τὸν πέμψαντα* δὲ εἶπεν οὐκ ἐλάττωσιν ἑαυτοῦ ἐμφαίνων, ἀλλὰ τὰ στόματα τῶν Ἰουδαίων ἐμφράττων. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὸν Πατέρα καταφεύγει, τιθεὶς μεταξὺ τὴν οἰκείαν εὐγένειαν. Εἴτε γὰρ πάντα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν ἐλάλει, οὐκ ἂν παρεδέξαντο νομίζοντες ἀντίθεον, ὅπου (5) γε καὶ ἀπὸ βραχέων τοιούτων ῥη-

Variæ lectiones et notæ.

(1) Καὶ interponit A.
(2) Τιμήσομεν B.
(3) Προσαγορεύσωμεν A
(4) Al. Τιμήσωμεν
(5) Γε abest B.

Digitized by Google

μάτων ἐδίωξαν αὐτὸν καὶ ἐλίθασαν· εἴτε πάντα συγκαταβατικῶς ἐφθέγγετο, ὑφορώμενος αὐτούς, πολλοὶ ἂν ἐβλάβησαν. Διόπερ, ὡς εἰρήκαμεν. ἀναμίγνυσι καὶ κιρνᾷ τὴν διδασκαλίαν. Πρὸς γὰρ τὸ εὐπαράδεκτον γενέσθαι αὐτὴν, οὐ τοσοῦτον τὰ ὑψηλὰ ὅσον τὰ ταπεινὰ συνεβάλλετο. Λοιπὸν οὖν, ὅταν εὑρίσκωμεν ταπεινὰς φωνάς, οἰκονομικῶς αὐτὰς λογιζώμεθα, ἢ καὶ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ ταύτας προσάπτωμεν, ὥσπερ καὶ τὰς ὑψηλὰς τῇ θεότητι.

A

Ἀμὴν — αἰώνιον. Πάλιν οἰκονομικῶς φησίν. Οὐκ εἶπε γάρ, Καὶ πιστεύων ἐμοὶ, ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν· (6) [ἀλλὰ, (7) *τῷ πέμψαντί με*, ἵνα δόξῃ μὴ ἀφ' (8) ἑαυτοῦ λέγειν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, καὶ οὕτω πιστεύσωσι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, ὡς δι' αὐτοῦ τῷ πέμψαντι αὐτὸν πιστεύοντες. Ὁρᾷς; πῶς τὸ ταπεινὰ (9) λέγειν λυσιτελεῖ τοῖς ὑψηλοῖς.

B

Καὶ — ἔρχεται. Εἰς (10) κατάκρισιν κολάσεως. Ὁ γὰρ πιστεύων τῷ λόγῳ αὐτοῦ πάντως καὶ τηρεῖ αὐτόν· λοιπὸν οὖν, ὁ μὴ τηρῶν αὐτὸν οὐ πιστεύει αὐτῷ. Φρίξωμεν οἱ μὴ φυλάσσοντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Μετὰ τῶν ἀπίστων γὰρ τετάγμεθα. Ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τὸ, *Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται.*

Ἀλλὰ — ζωήν. Θάνατον, οὐ τὸν (11) ἐνταῦθά φησιν, ἀλλὰ τὸν ἐκεῖ, τουτέστι τὴν κόλασιν· ὥσπερ καὶ ζωὴν, τὴν ἀπόλαυσιν τὴν ἐκεῖ. Μεταβὰς γὰρ ἀπὸ τῆς ἀπιστίας εἰς τὴν πίστιν μεταβέβηκε λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῆς κολάσεως τῶν ἀπίστων ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν πιστῶν.

C

Ἀμὴν — ζήσονται. Εἰπὼν ἀνωτέρω, ὅτι *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ·* ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν (12), ἐπαγγέλλεται νῦν οὐκ εἰς μακρὰν ζωοποιῆσαι νεκροὺς καὶ τὸν λόγον ἔργῳ πιστώσασθαι. Καὶ ἐπὶ τῆς Σαμαρείτιδος δὲ ὁμοίως εἰρηκὼς, ὅτι *Ἔρχεται ὥρα*, προσέθηκεν ὅτι *Καὶ νῦν ἐστι.* Καὶ (13) εἰρήκαμεν ἐκεῖ τὴν αἰτίαν.

Οἱ νεκροὶ δὲ ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, πῶς; Ἅμα τῷ θελῆσαι αὐτὸν, τῆς ἑκάστου ψυχῆς ἐπιστραφείσης εἰς τὸ ἴδιον σῶμα. καὶ οἱ ἀκούσαντες νεκροὶ ζήσονται πάλιν τὴν ἐν τῷ κόσμῳ ζωήν. Ὑψηλὰ οὖν εἰρηκὼς; ἐνταῦθα, τῷ καλέσαι ἑαυτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πάλιν ἐπισκιάζει τὸν λόγον προσπλέκων ταπεινά.

D

trarium, cum etiam ob pauca hujusmodi verba illum persequerentur, vellentque lapidare : sive omnia sese demittendo locutus fuisset, habito illorum respectu, multi sane detrimentum inde suscepissent. Ideo, ut diximus, miscet ac temperat doctrinam. Ut enim facile reciperetur, non tantum excelsa loquebatur, quantum humilibus permiscebat. Itaque cum voces humiles reperimus, dispensatorias eas existimemus, vel etiam ejus humanitati adaptemus, sicut et excelsas divinitati.

Vers. 24. *Amen — æternum.* Rursum dispensatorie loquitur : neque enim dixit : Et credit mihi, ne gloriari videretur. (†† Sed *qui me misit*, ne videatur a se ipso loqui, sed ab eo, qui ipsum misit, ut ita credant sermoni ejus, credentes per eum ei qui ipsum misit. Vides, quam utile sit sublimibus dicere humiliter)

Vers. 24. *Et — veniet* (†† In condemnationem pœnæ. Qui enim credit sermoni ejus, profecto eum etiam observabit. Relinquitur ergo, ut qui eum non observet, ei nec credat. Perhorrescamus ergo nos, qui præcepta Dei non servamus. Cum infidelibus enim collocabimur. Quære vero etiam tertio capite istud : *Qui in eum credit, non judicatur* [84].

Vers. 24. *Sed — vitam.* (†† Mortem dicit non eam quæ hic est, sed quæ ibi, id est, pœnam. Sicut etiam vitam, fruitionem, quæ ibi est. Transgressus enim ab incredulitate ad fidem, transiit reliquum etiam ab pœna incredulorum ad fruitionem fidelium.)

Vers. 25. *Amen — vivent.* (†† Cum superius dixisset : *Quemadmodum Puter suscitat mortuos et vivificat, ita et Filius, quos vult, vivificat* [85], ne videretur gloriari,) promittit nunc, quod non longo post tempore vivificaturus sit mortuos, sermonemque opere comprobaturus. Ad Samaritanam quoque dicens similiter : *Venit tempus* sive *hora*, pari modo addidit : *Et nunc est* [86], significans futuræ rei propinquitatem.

Mortui autem audituri sunt vocem ejus : quomodo? Simul ac ipse voluerit, conversa cujusque anima ad proprium corpus, mortui qui audierint, vitam rursus in mundo vivent. Hic ergo, ubi dixit excelsa, seipsum Dei Filium vocando, rursum sermonem obscurat, attexens humilia.

[84] Joan. III, 18. [85] Joan. v, 21. [86] Joan. IV, 23.

Variæ lectiones et notæ.

(6) Hic et in proximis scholiis defectu laborat interpretatio Ilentenii. Hunc defectum hic in textu Græco his signis [ ] notavi.

(7) Ab ἀλλὰ ad finem scholii desunt apud Hentenium. Eorum vero loco legitur : *Non solum autem hic, sed in sequentibus quoque frequenter inveniemus, quo pacto et metu, et promissione, ut sibi credatur, admoneat.*

(8) Μὴ δόξῃ ἀφ' A.

(9) Ταπεινόν B.

(10) Hoc toto scholio caret Ilentenius. Ejus loco autem subjiciuntur hæc : *Non condemnabitur in judicio, nec punietur. Non negat autem quin morituri sint credentes, sed de morte loquitur perpetua, similiter et de vita æterna.*

(11) Etiam hoc scholio caret Ilentenius.

(12) Hic rursus incipit convenire Ilentenius. Scriba ergo ejus saltum fecerat ab κομπάζειν ad κομπάζειν, deinde vero errore animadverso, alia interposuit.

(13) Pro, *Et diximus ibi causam*, alia habet interpres.

Digitized by Google

Vers. 26. *Sicut — semetipso.* Verbum *dedit*, humile est et dispensatorium. *Habet* autem *vitam in semetipso*, hoc est, Ad modum fontis scaturire facit vitam.

Vers. 27. *Et — faciendi.* Judicium eorum quæ ab unoquoque in vita peracta sunt. Frequenter autem repetit judicium, magis eos exterreus, ut paulatim judicem hunc esse credentes, ad eum accurrant, mansuetum sibi judicem inde parantes.

Vers. 27. *Quia* — Vers. 28. *Hoc.* Quia homo est, qui judicium sumpsit hominum, et prædicta de se ipso docuit, quæ magna et non tantum supra hominem sunt, sed supra angelos quoque et ad solum Deum pertinent, nolite mirari; prædictum est enim quod etiam Filius Dei sit. Non ergo offendi oportet; nam quæ odiosa apparent propter humanæ naturæ humilitatem, ea appareant tolerabilia propter divinæ naturæ celsitudinem. Deinde aliam quoque de seipso proponit tremendam et arcanam potestatem.

Vers. 28. *Quia* — Vers. 29. *Condemnationis.* Horam tempus dicit consummationis sæculi et universalis judicii: eos autem qui sunt in monumentis, dicit mortuos, quos simul omnes repente ac virtute arcana coaptabit, animabit ac excitabit voce sua sine jussu, quo tunc per archangelum clamabit: *In jussu*, inquit, *in voce archangeli, et in tuba Dei* [91].

Atqui non omnes sunt in monumentis, sed ab his qui sunt in monumentis, etiam eos significavit, qui non sunt in monumentis, ab his videlicet, qui naturaliter sepulti sunt, eos etiam qui naturaliter sepulti non sunt. Ex monumentis autem prodibunt, hi quidem in resurrectionem vitæ æternæ, illi vera in resurrectionem condemnationis; isti ad fruitionem sempiternam; illi ad supplicium perpetuum. Alibi autem dixit: *Et abibunt hi in supplicium æternum, justi vero in vitam æternam* [92].

Vers. 30. *Non possum — judico.* Quemadmodum superius de operando dicebat: *Non potest Filius a se facere quidquam, nisi quid viderit Patrem facientem* [93]: ita et nunc de judicando ait: *Non possum ego a meipso facere quidquam, sicut audio judico*, hoc est, non judico a meipso, sed sicut audio a Patre, vel sicut Pater: quod etiam æqualitatem ad Patrem ac indifferentiam innuit. Sicut enim in superioribus *Videre*, ita et hic *Audire*, intelligen-

A Ὥσπερ — ἑαυτῷ. Τὸ Ἔδωκε, ταπεινὸν καὶ οἰκονομικόν· Ἔχει δὲ ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, ἀντὶ τοῦ Πηγάζει.

Καὶ — ποιεῖν. Κρίσιν τὴν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ. Συνεχῶς δὲ στρέφει τὴν κρίσιν ἐπὶ πλέον ἐκφοβῶν αὐτούς, ἵνα κατὰ μικρὸν πειθόμενοι τοῦτον εἶναι κριτὴν προσδράμωσιν αὐτῷ κατασκευάζοντες ἐντεῦθεν ἥμερον ἑαυτοῖς τὸν δικαστήν.

Ὅτι — τοῦτο. Διότι (14) δὲ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ τὴν κρίσιν τῶν ἀνθρώπων λαβὼν καὶ τὰ προειρη-
B θέντα διδάξας περὶ ἑαυτοῦ, τὰ μεγάλα, καὶ μὴ μόνον ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἄγγελον καὶ μόνου ὄντα Θεοῦ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο. Προείρηται γὰρ ὅτι καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἐστι, καὶ λοιπὸν οὐ χρὴ σκανδαλίζεσθαι. Ἃ γὰρ φορτικὰ φαίνεται διὰ τὸ ταπεινὸν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ταῦτα φορητὰ φαινέσθω διὰ τὸ ὕψος τῆς θείας. Εἶτα προστίθησι περὶ ἑαυτοῦ καὶ ἑτέραν φοβερὰν καὶ ἄῤῥητον δύναμιν.

Ὅτι — κρίσεως. Ὥραν μὲν λέγει τὸν καιρὸν τῆς συντελείας τοῦ κόσμου τὸν τῆς παγκοσμίου κρίσεως. Ἐν τοῖς μνημείοις δέ φησι τοὺς νεκροὺς οὓς ὁμοῦ πάντας ἀθρόον καὶ ἀῤῥήτῳ δυνάμει συμπήξει καὶ ψυχώσει καὶ ἐξαναστήσει ἡ φωνὴ αὐτοῦ, ἤτοι τὸ κέλευσμα τὸ διὰ τοῦ ἀρχαγγέλου τηνικαῦτα φωνούμενον. Ἐν κελεύσματι, γάρ φησιν, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ.

C Καὶ μὴν οὐ πάντες ἐν τοῖς μνημείοις εἰσίν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς μνημείοις [ἐδήλωσε (15) καὶ τοὺς οὐκ ἐν τοῖς μνημείοις,] ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ταφέντων καὶ τοὺς μὴ κατὰ φύσιν ταφέντας. Ἐκ τῶν μνημείων δὲ πορεύσονται, οἱ μὲν εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου, οἱ δὲ εἰς ἀνάστασιν καταχρίσεως· οἱ μὲν εἰς τὸ ἀπολαύειν ἀεί, [οἱ δὲ εἰς τὸ κολάζεσθαι ἀεί (16).] Ἀλλαχοῦ δὲ ἔλεγε· Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

D Οὐ δύναμαι — κρίνω. Ὥσπερ ἀνωτέρω περὶ τοῦ ἐργάζεσθαι ἔλεγεν· Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα· οὕτω καὶ νῦν περὶ τοῦ κρίνειν φησίν, Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν· καθὼς ἀκούω, κρίνω, τουτέστιν Οὐ κρίνω ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ καθὼς ἀκούω παρὰ τοῦ Πατρός, ἤγουν ὡς ὁ Πατήρ· ὅπερ ὑποδηλοῖ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἴσον καὶ ἀπαράλλακτον. Ὥσπερ γὰρ ἄνω τὸ

[91] I Thess. IV, 16. [92] Matth. XXV, 46. [93] Joan. V, 19.

Variæ lectiones et notæ.

(14) Euthymius ergo sequitur distinctionem Chrysostomi, qui contra Paulum Samosatenum disputat. Vide Chrysost. t. VIII, p. 250. A. Huc spectat etiam scholium, quod ex codice Vindobonensi edidit ad h. l. Birchius. Confer etiam Theophylact. p. 652 A. Credo, illum data opera lumum fecisse. Origenis, cujus ad hunc locum interpretatio intercidit, tamen t. IV, p. 339 et 360: Ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν ad superiora refert, quæ vulgaris est distinctio.

(15) Inclusa exciderunt A.

(16) Inclusa exciderunt A.

Digitized by Google

βλέπειν· οὕτω κἀνταῦθα τὸ ἀκούειν νοητέον· οἰκονομικῶς μέν, θεοπρεπῶς δέ. Οὐ γὰρ δεῖται τοῦ ἀκούειν· ἀνενδεὴς γὰρ ὁ Θεός.

Καὶ — Πατρός. Κρίνω δίκαια, φησὶ, διότι οὐ κρίνω κατὰ τὸ θέλημα (17) τὸ ἐμόν· οὐδὲ γὰρ ἔχω θέλημα ἴδιον· ἀλλὰ κατὰ τὸ τοῦ Πατρός. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐμόν· ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ θέλημα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Καὶ λοιπὸν, εἰ ὁ Πατὴρ κριτὴς δίκαιος, καὶ ὁ Υἱὸς ἄρα κριτὴς δίκαιος.

Χρὴ τοίνυν ἐπὶ τῶν τοιούτων συγκαταβατικῶν τε καὶ οἰκονομικῶν ῥημάτων μὴ πρὸς αὐτὰ βλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐρρήθησαν. Αἰτία γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ ἀσθένεια τῆς διανοίας τῶν ἀκουόντων, καὶ τὸ μὴ δοκεῖν αὐτὸν ἀντίθεον, ὡς διαφόρως εἰρήκαμεν.

Ἐὰν — ἀληθής. Χρὴ τοὺς τὰς ἱερὰς Γραφὰς ἀναγινώσκοντας τόν τε σκοπὸν τοῦ λέγοντος καὶ τὴν ἕξιν τοῦ ἀκούοντος ἐξετάζειν, καὶ καιροῖς καὶ τόποις ἔστιν ὅτε προσέχειν, καὶ τὰ ἰδιώματα παρατηρεῖν, καὶ μὴ ἁπλῶς καὶ καθ' ἕνα τρόπον ἐπιέναι πάντα, εἰ βούλοιντο τὰ γνήσια νοήματα καταλαμβάνειν, καὶ μὴ ψιλοῖς τοῖς ῥήμασιν ἐναπομένειν, καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τοὺς αἱρετικούς. Αὐτίκα γὰρ τὸ προκείμενον χωρίον ἔχει μὲν πολὺν θησαυρὸν, ἔχει δὲ τοῦτον πολλῇ κατακεχωσμένον ἀσαφείᾳ. Τίς γὰρ οὐκ ἂν εὐθέως θορυβηθείη ἀκούων τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής;* Καὶ γὰρ αὐτὸς ἔλεγεν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.* Καὶ ἐὰν ἡ ἀλήθεια οὐκ ἀληθεύῃ (18), τίς ἀληθεύσει; Ἐὰν ἃ περὶ ἑαυτοῦ μεμαρτύρηκεν οὐκ εἰσιν ἀληθῆ, πάντως οἴχεται ἡμῖν τὸ κεφάλαιον τοῦ κηρύγματος. Ἵνα γὰρ ἐάσωμεν τἆλλα μυρία ὄντα καὶ συνεκτικὰ τῆς πίστεως, ποῦ θήσομεν ἃ πρὸ βραχέος ἐμαρτύρησε περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἴσος αὐτῷ κατὰ φύσιν καὶ δύναμιν καὶ θέλησιν, ὅτι δημιουργὸς, ὅτι ζωοποιὸς, ὅτι κριτής; καὶ ὅσα τοιαῦτα;

Τί οὖν ἐστὶν εἰπεῖν; Ὅτι, ἐπειδὴ τοιαῦτα περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρήσας ἔγνω τοὺς Ἰουδαίους ἐνθυμουμένους ἀντιθεῖναι καὶ εἰπεῖν, ὅτι (19) *Ἐὰν σὺ μαρτυρῇς περὶ σεαυτοῦ* (20), *ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής.* Οὐδεὶς γὰρ ἑαυτῷ μαρτυρῶν ἀξιόπιστος· ἐν ἀνθρώποις δι' ὑπόψιαν φιλαυτίας· προέλαβε καὶ εἶπεν ὃ ἔμελλον εἰπεῖν ἐκεῖνοι, λέγων· *Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής,* ὡς ὑμῖν δοκεῖ· καὶ λοιπὸν παράγει μάρτυρα:, συγκαταβαίνων κἀνταῦθα τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, καὶ ἐκ περιουσίας ἐπιστομίζων αὐτούς.

dum est dispensatorie, et ut Deo conveniat. Siquidem neque videre ei opus est, neque audire, cum Deus nulla re indigeat.

Vers. 30. *Et — Patris.* Juste, inquit, judico, quia non judico secundum voluntatem meam, neque ego proprium habeo voluntatem sed secundum Patris voluntatem; nam illa etiam mea est; una siquidem et eadem est Patris et Filii voluntas. Si ergo Pater justus est judex, et Filius utique justus est judex.

Oportet itaque in hujusmodi verbis, quæ demissionem ac dispensationem significant, non ad ipsa tantum respicere, sed etiam ad causam ipsorum; in his enim causa est imbecillitas mentis audientium, et ne Deo contrarius videretur, sicut variis in locis diximus.

Vers. 31. *Si — verum.* Oportet eos qui sacras legunt Scripturas, intentionem loquentis habitumque audientis exquirere, tempora quoque ac loca advertere, insuper idiomata observare: nec simpliciter et uno modo cuncta aggredi, si legitimos sensus velint deprehendere, et non in nudis manere verbis ac falli, sicut hæretici. Siquidem propositus statim campus (*nn*) thesaurum habet copiosum: habet autem hunc multa obrutum obscuritate. Quis enim repente turbari non posset audiens Christum dicentem: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum* [94]? Siquidem ipse dixit: *Ego sum veritas;* quod si veritas verum non loquitur, quisnam erit qui vera loquatur? Si quæ de seipso testificatus est, vera non sunt, nobis omnino perit prædicationis summa. Nam, ut cætera sinamus, quæ sunt innumera et fidem contingentia: ubinam ponemus ea quæ paulo ante de seipso testificatus est, quod Filius sit Dei, quod æqualis illi natura, potentia et voluntate; quod creator, quod vivificator, quod judex aliaque similia?

Quid ergo dicendum est? Quod quia talia de seipso testificatus fuerat, cognovit Judæos habere in animo opponere se ei ac dicere: Si tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum. Nemo siquidem, qui de seipso fert testimonium, fide dignus est apud homines, propter suspicionem de nimio sui ipsius amore, ideo prævenit ac dixit, quod illi dicturi erant, dicens: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum*, ut vobis apparet. Itaque testes adducit, etiam in hoc se demittens ad imbecillitatem illorum, et ex abundanti cautione (*oo*) silentium illis imponens.

[94] Joan. XIV, 6.

Variæ lectiones et notæ.

(17) Hic addit A: Τὸ ἐμόν· οὐδὲ γὰρ ἔχω θέλημα. Bis ergo idem scripsit.

(18) Ἀληθεύει A.

(19) Et id sane infra VIII, 13, ei opponunt.

(20) Περὶ αὐτοῦ A.

(*nn*) *Campus.* Locus. Χωρίον dicitur, ut Latinum *locus*, eo sensu, ut notet locum in libro. Eodem modo ῥῆσις adhibetur.

(*oo*) *Ex abundanti cautione. Cautione*, non est in Græco. Ἐκ περιουσίας satis nota est formula.

Digitized by Google

Quod ergo ait : *Testimonium meum non est verum*, non quasi affirmando dixit, sed quod illi hoc dicere pararent. Quod autem hæc ita se habeant, inde manifestum est. Cum enim in sequentibus locutus fuisset dicens : *Ego sum lux mundi* [95], dicentibus Pharisæis : *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum* [96], contradixit dicens : *Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est* [97]. Manifestum ergo est, quod illud oppositionis illorum erat, hoc autem intellectus ejus. Siquidem illi putabant, eum non esse fide dignum, qui de se ipso ferret testimonium, utpote hominem ; ipse vero e diverso sese fide dignum dixit, tanquam Deum. Primum itaque dissolvit excogitatam ipsorum oppositionem, dicens id quod ipsi dicere parabant, et ostendens quod cogitationes eorum cognosceret. Deinde etiam testes adducit manifestos, et quibus contradici nequeat : Joannem, opera propria, ac Patrem. Primum autem ponit debilius testimonium puta Joannis.

Vers. 32. *Alius — me.* Scio hunc, inquit, quod apud omnes sit fide dignus, nempe propheta Dei, et a Deo accipiens, quæ loquitur. Deinde, ne quis opponat dicens : Quid si ad gratiam testimonium perhibuit ? hanc etiam tollit objectionem dicens :

Vers. 33. *Vos — veritati.* In primordiis Evangelii sui post sermonem de Deo habitum, dixit evangelista : *Miserunt Judæi ab Hierosolymis sacerdotes et levitas ut interrogarent eum : Tu quis es ?* et cætera [98]. Tunc ergo multa et magna testificatus est de Christo. Ideo nunc dicit : Vos misistis ad Joannem, interrogantes eum : non autem misissetis, nisi eum fide dignum cognovissetis ; testimonium ergo ejus refellere non potestis.

Vers. 34. *Ego — accipio.* Hoc est, humano testimonio non indigeo, cum sim Deus. Et quomodo in testimonium adduxit Joannem, qui homo erat ? Primum quidem, quia testimonium ejus non erat ipsius, sed Dei. Ait enim : *Qui misit me ad baptizandum in aqua, ipse mihi dixit* [99]. Deinde et aliam ponit causam. Vide enim.

Vers. 34. *Sed — salvi sitis.* Non quod humano, inquit, egeam testimonio, sed de Joannis testimonio dispensatorie loquor : ut ei credentes, qui et est, et vobis apparet fide dignus, salvi sitis.

Vers. 35. *Ille — lucens.* Lucerna accensa a divino Spiritu, et lucens his qui in tenebris erant peccati. Lucernam autem eum vocavit tanquam obscuratum excellenti lumine Solis justitiæ. Ipse siquidem de Christo dicebat : *Illum oportet crescere, me autem minui* [1].

Aliam quoque ob causam appellavit eum lucernam, quia videlicet non ex se doctrinæ lucem ha-

Ὥστε τὸ, Ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς, οὐχ ὡς ἀποφαινόμενος εἶπεν, ἀλλ' ὡς ἐκείνων τοῦτο εἰπεῖν ἐνθυμουμένων. Ὅτι δὲ ἀληθῆ ταῦτα, δῆλον ἐντεῦθεν. Ἐπεὶ γὰρ προῖὼν ἐλάλησε λέγων · Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἑξῆς · εἰπόντων τῶν Φαρισαίων, Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς · ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής · ἀντεῖπε, Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου. Πρόδηλον οὖν ὅτι ἐκεῖνο μὲν τῆς ἐκείνων ἀντιθέσεως ἦν · τοῦτο δὲ τῆς τούτου γνώμης. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ᾠοντο ῥᾳ ἀξιόπιστον αὐτὸν εἶναι περὶ ἑαυτοῦ μαρτυροῦντα ὡς ἄνθρωπον · οὗτος δὲ τοὐναντίον ἔλεγεν ἀξιόπιστον ἑαυτὸν ὡς Θεόν. Πρῶτον μὲν οὖν κατέλυσε τὴν μελετωμένην ἀντίθεσιν αὐτῶν, εἰπὼν ὅπερ εἰπεῖν ἐνεθυμοῦντο, καὶ δείξας ὅτι γινώσκει τὰς διανοίας αὐτῶν · εἶτα καὶ μάρτυρας παράγει σαφεῖς καὶ ἀναντιῤῥήτους τρεῖς, τὸν Ἰωάννην, τὰ οἰκεῖα ἔργα, καὶ τὸν Πατέρα. Πρώτην δὲ τίθησι τὴν ἐλάττω μαρτυρίαν, τὴν Ἰωάννου.

Ἄλλος — ἐμοῦ. Οἶδα τοῦτο, φησὶ, διότι παρὰ πάντων ἔχει τὸ ἀξιόπιστον, ὡς προφήτης Θεοῦ καὶ ὑπὸ Θεοῦ ἐντιχούμενος ἃ φθέγγεται. Εἶτα ἵνα μὴ ἀντιθήσει τις · Τί οὖν, εἰ πρὸς χάριν μεμαρτύρηκε ; προαναιρεῖ καὶ ταύτην τὴν ἀντίθεσιν, λέγων·

Ὑμεῖς — ἀληθείᾳ. Ἐν προοιμίοις, μετὰ τὴν θεολογίαν φησὶν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι (21) Ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευίτας ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, Σὺ τίς εἶ ; καὶ τὰ ἑξῆς · τότε οὖν ἐμαρτύρησε περὶ τοῦ Χριστοῦ πολλὰ καὶ μεγάλα. Διὰ τοῦτο λέγει νῦν, Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην ἐρωτῶντες · οὐκ ἂν δὲ ἀπεστείλατε, εἰ μὴ ἀξιόπιστον αὐτὸν ἐγινώσκετε. Ἀστὸν οὖν οὐ δύνασθε παραγράψασθαι τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ.

Ἐγὼ — λαμβάνω. Τουτέστιν, οὐκ ἀνθρωπίνης μαρτυρίας δέομαι Θεὸς ὤν. Καὶ πῶς τὸν Ἰωάννην μάρτυρα παράγεις, ἄνθρωπον ὄντα ; Πρῶτα μὲν, διότι ἡ μαρτυρία αὐτοῦ οὐκ ἦν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. Εἶπε γὰρ, ὅτι Ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν. Ἔπειτα δὲ τίθησι καὶ ἄλλην αἰτίαν. Ὅρα γάρ.

Ἀλλὰ — σωθῆτε. Οὐκ ἀνθρωπίνης μαρτυρίας δέομαι, φησὶν, ἀλλὰ τὰ περὶ τῆς μαρτυρίας τοῦ Ἰωάννου λέγω οἰκονομικῶς, ἵνα τῷ καὶ ὄντι καὶ δοκοῦντι ὑμῖν ἀξιοπίστῳ πεισθέντες σωθῆτε.

Ἐκεῖνος — φαίνων. Ὁ λύχνος, ὁ ἀναπτόμενος τῷ πυρὶ τοῦ θείου Πνεύματος καὶ φαίνων τοῖς ἐν τῷ σκότει τῆς ἁμαρτίας. Λύχνον δὲ αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὡς ἀμαυρωθέντα τῷ ὑπερβάλλοντι φωτὶ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης. Ἔφη γὰρ αὐτὸς περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι.

Καὶ ἑτέρως δὲ λύχνον αὐτὸν ὠνόμασεν, ὡς μὴ οἰκοθεν ἔχοντα τὸ φῶς τῆς διδασκαλίας, ἀλλ' ἐκ τῆς

[95] Joan. VIII, 12. [96] Ibid. 13. [97] Ibid. 14. [98] Joan. I, 19. [99] Ibid. 33. [1] Joan. III, 30.

Variæ lectiones et notæ.

(21) Ὅτι B.

Digitized by Google

χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οἶμαι δὲ, περὶ τοῦ προεῖπε διὰ τοῦ Δαυὶδ ὁ Θεός· *Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου.*

Ὑμεῖς — αὐτοῦ. Καθάπτεται τούτων, ὡς μὴ μέχρι τέλους τηρησάντων αὐτῷ τὴν σπουδήν. Ἠθελήσατε γὰρ, φησὶν, ἀγαλλιασθῆναι πρὸς καιρόν τινα ἐν τῷ φωτὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ὅτε πανταχόθεν πάντες πρὸς αὐτὸν συνετρέχετε· εἶτα ἐψυχράνθητε, εἰ καὶ μέχρι νῦν θαυμάζετε τοῦτον. Εἰ γὰρ μὴ ἐψυχράνθητε, πάντως ἂν ἐπιστεύσατε τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ· ἐλέγχεσθε οὖν τὸν αὐτὸν καὶ ἀξιόπιστον ὁμολογοῦντες καὶ μὴ πιστεύοντες τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ.

Ἐγὼ — ἀπέσταλκε. Τὴν μὲν γὰρ τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίαν ἠδύνατό τις διαβαλεῖν ὡς πρὸς χάριν γεγενημένην, καίτοι οὐδὲ τοῦτο ἐξῆν εἰπεῖν κατ' ἀνδρὸς μετὰ πάσης ἀκριβείας φιλοσοφοῦντος, καὶ σφόδρα θαυμασθέντος αὐτοῖς· τὰ δὲ ἔργα πάσης ὑποψίας ἀπηλλαγμένα πᾶν ἐμφράττει στόμα φιλόνεικον, ἤγουν (22) ἡ τοῦ παραλύτου σύσφιγξις, καὶ τὰ λοιπὰ θαύματα· παρ' αὐτοῖς ὄντων δὴ τῶν θεραπευθέντων καὶ πληροφορούντων αὐτούς. *Αὐτὰ*, φησὶ, *τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ Πατήρ με ἀπέσταλκεν.*

Οὐκ εἶπε δὲ, Μαρτυρεῖ ὅτι ἴσος εἰμὶ τῷ Πατρὶ, ἀλλ', ὅτι *Ὁ Πατήρ με ἀπέσταλκε*· καίτοι καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ἐμαρτύρουν ὅμως, εἰ (23) καὶ μεῖζον ἦν τὸ πιστευθῆναι ὅτι ἴσος ἐστὶ τῷ Πατρὶ, ἀλλά γε τὸ ἧττον τέθεικεν ὡς μάλιστα τηνικαῦτα σπουδαζόμενον. Ἐβούλετο γὰρ πρῶτον πιστευθῆναι ὅτι ὁ Θεὸς ἀπέστειλεν αὐτόν. Τούτου γὰρ πιστευθέντος καὶ τὸ ἄλλο ῥᾴδιον ἦν.

Ἀλλὰ πῶς τὰ ἔργα ἐμαρτύρουν ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἀπέσταλκεν; Ὡς μόνης ἔργα θείας δυνάμεως. Τοιαῦτα γὰρ ἀντίθεος ποιεῖν οὐκ ἠδύνατο. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς θαύμασιν ἀντειπεῖν ἀναισχύντως ἐτόλμησαν, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἱστόρηται, λέγοντες· *Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων*· ἀλλ' οὖν ταχέως ἐπεστομίσθησαν ἐκεῖ καὶ μάτην φλυαροῦντες ἠλέγχθησαν.

Καὶ — ἐμοῦ. Ποῦ μεμαρτύρηκε περὶ αὐτοῦ; Δηλώσει προϊὼν ὅτι ἐν ταῖς Γραφαῖς. Καὶ μὴν καὶ βαπτιζομένου μεμαρτύρηκε περὶ αὐτοῦ, λέγων· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα* (24). Καὶ αὖθις μεταμορφουμένου. Ἀλλὰ βαπτιζομένου μὲν, εἰ καὶ ἤκουσαν, ἀμφέβαλλον· μεταμορφουμένου δὲ, οὐδὲ ἤκουσαν αὐτοί. Διὰ τοῦτο τὰς τοιαύτας μαρτυρίας παραδραμὼν πρὸς τὰς Γραφὰς αὐτοὺς παραπέμπει, τὰς ἐν χερσὶν οὔσας ἀεὶ καὶ ἀναντιῤῥήτους. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ποιεῖ προϊών. Νῦν δὲ ἵνα μὴ ἀπαιτήσωσιν αὐτὸν αὐτόφωνον καὶ αὐτο-

bebat, sed ex gratia sancti Spiritus. De hoc autem, ut opinor, prædixit per os David: *Paravi lucernam Christo meo* [a].

Vers. 35. *Vos — ejus.* Objurgat hos, quod non usque ad finem studiose illum observaverint. Voluistis, inquit, quodam tempore exsultare in luce doctrinæ illius, quando omnes undique ad eum concurrebatis, et postmodum refrixistis, quanquam hactenus illum admiramini: nisi enim refrixissetis, testimonio utique illius credidissetis. Digni igitur, estis, qui redarguamini, quod licet hunc fide dignum confiteamini, ejus tamen testimonio non credideritis.

Vers. 36. *Ego — miserit.* Siquidem Joannis testimonium poterat quispiam calumniari, tanquam ad gratiam factum: quanquam hoc vere dici non poterat adversus virum, qui omni cum diligentia suo fungebatur munere, et apud omnes vehementi in admiratione habebatur: verum opera omni suspicione libera, cunctorum ora contentiosa obturabant, puta paralytici confirmatio, cæteraque miracula: cum apud eos essent qui curati erant, et plenam eis fidem faciebant. *Opera*, inquit, *quæ ego facio, testificantur de me, quod Pater miserit me.*

Non dixit autem: Testificantur, quod æqualis sim Patri, sed, *quod Pater miserit me.* Atqui et hoc, et illud testificabantur. Verum etsi majus erat ut crederetur æqualis esse Patri, minus tamen posuit, nempe id quod tunc maxime intendebatur. Volebat namque primo credi, quod se Deus misisset· hoc enim credito, reliquum facilius erat ad credendum.

Sed quomodo opera testificabantur quod Deus eum misisset? Testificabantur id, tanquam opera solius divinæ virtutis. Siquidem, qui Deo contrarius esset, hujusmodi facere non poterat: nam licet miraculis contradicere impudenter attentabant, sicut vicesimo secundo juxta Matthæum capite scriptum est, dicentes: *Hic non ejicit dæmonia, nisi per Beelsebul principem dæmoniorum* [b]; sed ibi citius os illis obstruitur, et vane nugari convincuntur.

Vers. 37. *Et — me.* Ubi de ipso testimonium perhibuit? In sequentibus significabit, quod in Scripturis: quanquam etiam, dum baptizaretur, testimonium de eo perhibuit, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est* [c]. Et rursus, cum transformaretur. Sed cum baptizaretur, licet audierunt, dubitabant: cum autem transformaretur, ne audierunt quidem ipsi. Idcirco prætermissis hujusmodi testimoniis, ad Scripturas eos transmittit, quas semper in manibus habebant, nec fas erat illis contradicere; sed

[a] Psal. cxxxi, 17. [b] Matth. xii, 24. [c] Matth. iii, 17.

Variæ lectiones et notæ.

(22) Malim οἷον, pro ἤγουν.
(23) Εἰ abest A. Mox idem habet πιστευθέν.
(24) Ηὐδόκησα A.

Digitized by Google

hoc in progressu facit : nunc autem, ne expetant Dei testimonium a propria voce et a propria persona dicentes : Neque vocem ejus audivimus unquam, neque speciem ejus vidimus : confitetur, quod illi dicturi erant ; confitendo vero ad rectam eos doctrinam reducit, dans intelligendum, quod neque vox sit apud Deum, neque species : siquidem hæc corporum sunt, Deus autem incorporeæ est naturæ aut potius supra corpus et supra naturam.

A πρωσωπον μαρτυρίαν τοῦ Θεοῦ, λέγοντες· ὅτι Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόαμεν πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκαμεν· συνομολογεῖ μὲν ὃ ἔμελλον λέγειν· διὰ δὲ τοῦ συνομολογεῖν εἰς φιλόσοφον αὐτοὺς ἀνάγει δόγμα, διδοὺς νοεῖν ὅτι οὔτε φωνὴ περὶ Θεὸν οὔτε εἶδος. Ταῦτα μὲν γὰρ σωμάτων εἰσίν, ὁ δὲ Θεὸς ἀσώματος φύσις, μᾶλλον δὲ ὑπερασώματος καὶ ὑπερφυής.

Vers. 37. *Neque — vidistis.* Atqui multi vocem ejus frequenter audiverunt, et speciem ejus viderunt, sicut in Scripturis de diversis scriptum est variis in locis. Sed vox illa et species fuit, non secundum Dei naturam, sed in hominis similitudine.

Οὔτε — ἑωράκατε. Καὶ μὴν πολλοὶ πολλάκις καὶ φωνὴν αὐτοῦ ἤκουσαν, καὶ εἶδος αὐτοῦ ἑωράκασιν, ὡς ἐν ταῖς Γραφαῖς περὶ διαφόρων διαφόρως ἱστόρηται. Ἀλλὰ φωνὴν καὶ εἶδος οὐ κατὰ φύσιν Θεοῦ, καθ' ὁμοίωσιν δὲ ἀνθρώπου.

Vers. 38. *Et — vobis.* Et quid, inquit, dico de voce, quæ propria ipsius vox esset, aut specie propriæ ipsius personæ, cum neque sermonem ejus habeatis manentem in vobis, quem per legem ac prophetas locutus est, et putatis, hunc vos habere manentem in vobis, et de ipso gloriamini. Deinde confirmat, quod dixit, hoc modo illud ostendens.

Καὶ — ὑμῖν. Καὶ τί λέγω, φησὶ, περὶ φωνῆς B αὐτοφώνου καὶ εἴδους αὐτοπροσώπου ; Ἀλλ' οὐδὲ τὸν λόγον αὐτοῦ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν, τὸν διὰ νόμου καὶ προφητῶν λαληθέντα, εἰ καὶ οἴεσθε τοῦτον ἔχειν μένοντα ἐν ὑμῖν, καὶ ἐπὶ τούτῳ σεμνύνεσθε. Εἶτα κατασκευάζει, ὃ εἰρηκεν, ἀποδεικνύων αὐτό.

Vers. 38. *Quem enim — creditis.* Nam cum sermo, qui per legem datus est ac prophetas, clamet, quod Pater Filium suum miserit ad salutem vestram, et quod vos illi credere oporteat, vos autem huic, quem ille misit non creditis, omnino non auscultatis prædicto ejus sermoni : cum autem illi non auscultetis, non habetis eumsive donum ipsius ; avolavit enim a vobis. Verum, ne dicant : Si ergo vocem ejus non audivimus, quomodo ille testificatus est de te ? ait :

Ὅτι ὃν — πιστεύετε. Ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν διὰ νόμου καὶ προφητῶν δοθεὶς (25) λόγος βοᾷ, ὅτι ὁ Πατὴρ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ σωτηρίᾳ ὑμῶν, καὶ ὅτι χρὴ ὑμᾶς τούτῳ πιστεύειν· ὑμεῖς δὲ ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ οὐ πιστεύετε· πάντως οὐ προσέχετε τῷ δηλωθέντι λόγῳ αὐτοῦ. Μὴ προσέχοντες δὲ αὐτῷ οὐκ ἔχετε αὐτὸν, ἤγουν τὴν χάριν αὐτοῦ· ἀπέπτη γὰρ ἀφ' ὑμῶν. Ἵνα δὲ μὴ εἴπωσιν, ὅτι καὶ Εἰ μὴ φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόαμεν, πῶς ἐμαρτύρησέ σοι ; φησίν.

Vers. 39. *Scrutamini Scripturas.* Legales ac propheticas, inde enim est testimonium a Patre. Vide autem, quod non dixerit : Legite, sed, *Scrutamini ;* illi siquidem legebant, at non scrutabantur, idcirco eos scrutari jubet : nam cum ea quæ de eo sunt, obscure scripta sint utiliter et dispensatorie propter imbecillitatem progenitorum ipsorum, ne exciderent ad deorum multitudinem, jubet nunc eos fodere, ut ea quæ alte in modum thesauri recondita sunt, possint invenire.

Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς. Τὰς νομικὰς καὶ προφητικάς. Ἐκεῖθεν γὰρ ἡ παρὰ τοῦ Πατρὸς (26) μαρτυρία· ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπεν· Ἀναγινώσκετε, ἀλλ', *Ἐρευνᾶτε.* Ἀνεγίνωσκον μὲν γάρ, οὐκ ἠρεύνων δέ. Διὰ τοῦτο κελεύει ἐρευνᾶν. Ἐπεὶ γὰρ συνεσκίαστο τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα συμφερόντως καὶ οἰκονομικῶς διὰ τὴν τῶν προγόνων αὐτῶν ἀσθένειαν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς πολυθεΐαν, ἐπιτάττει νῦν διορύττειν ἵνα τὰ ἐν τῷ βάθει κείμενα καθάπερ τις θησαυρὸς (27) δυνηθῶσιν εὑρεῖν.

Vers. 39. *Quia — habere.* Putatis habere, verum non habetis : quia superficie tenus solum eas legentes, non invenitis illum certum vitæ æternæ fontem, qui est Christus. Quia ergo putatis in Scripturis vitam æternam habere, et propter dictam causam non habetis ; scrutamini profunde, ut inventam habeatis.

Ὅτι — ἔχειν. Δοκεῖτε μὲν ἔχειν, οὐκ ἔχετε δὲ, διότι ἐπιπολαίως ταύτας ἀναγινώσκοντες οὐχ εὑρίσκετε ταύτην ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἡ πηγὴ τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ἐπεὶ οὖν δοκεῖτε μὲν ἀπὸ τῶν Γραφῶν ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, οὐκ ἔχετε δὲ διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, λοιπὸν ἐρευνᾶτε ταύτας εἰς βάθος, ἵνα εὑρόντες ἔχητε.

Vers. 39. *Et —me.* Testificantur, inquit, de me in persona Patris, utpote arcano modo a Patre inspiratæ his, qui eas scripserunt. Conjunctio *et,* abundat, quod in Hebraico idiomate frequens est.

Καὶ — ἐμοῦ. Αἱ μαρτυροῦσαι, φησὶ, περὶ ἐμοῦ, προσώπῳ τοῦ Πατρὸς, οἷα παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐμπνευσθεῖσαι ἀπορρήτως τοῖς γεγραφόσιν αὐτάς. Περιττὸν δὲ ἐνταῦθα τὸ *καὶ*, καθ' Ἑβραϊκὸν ἰδίωμα.

Vers. 40. *Et — habeatis.* Vitam videlicet sem-

Καὶ — ἔχητε. Ζωὴν αἰώνιον, δηλονότι. Εἶτα, ἵνα

Variæ lectiones et notæ.

(25) Νόμος, pro λόγος, A.
(26) Σωτῆρος, pro Πατρός, B.
(27) Forte τινὰ θησαυρόν.

Digitized by Google

μὴ ὑπολάβωσιν, ὅτι φιλοδοξῶν λέγει τα τοιαῦτα, φησίν·

Δόξαν — λαμβάνω. Οὐ φιλῶ, οἶα μὴ χρῄζων αὐτῆς· οὐδὲ γὰρ ὁ ἥλιος δεῖται λυχνίαιου φωτός. Καὶ τίνος; ἕνεκεν τὰ τοιαῦτα ἔλεγεν; Ἵνα παντοιοτρόπως ἐπισπάσηται αὐτοὺς εἰς πίστιν δι' ἧς ἔμελλον ἕξειν ζωὴν αἰώνιον.

Ἀλλ' — ἑαυτοῖς. Ὑμεῖς μὲν, φησὶν, ὡς δῆθεν ἀγαπῶντες τὸν Θεὸν, ἀπωθεῖσθέ με, ὅτι ποιῶ ἐμαυτὸν ἴσον τῷ Θεῷ· ἐλέγχεσθε δὲ ψευδόμενοι· ἔγνωκα γὰρ ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἀγαπᾶτε τὸν Θεόν. Πῶς; Ὅτι περὶ οὗ ἐκεῖνος μαρτυρεῖ καὶ διὰ τοῦ Ἰωάννου, καὶ διὰ τῶν ἔργων, καὶ διὰ τῶν Γραφῶν, τοῦτον ὑμεῖς οὐ προσίεσθε. Ὥσπερ οὖν πρότερον νομίζοντες εἶναί με ἀντίθεον, ἠλαύνετε· οὕτω νῦν, ὑπὸ τῶν εἰρημένων μαρτυριῶν ἀποδειχθείσης τῆς ἀληθείας, ὠφείλετε προσδραμεῖν. Ἀλλὰ μάτην κομπάζετε ὅτι ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἀποστρέφεσθαί με. Διὰ βασκανίαν γὰρ τοῦτο ποιοῦντες, συσκιάζειν ταύτην ἐπιχειρεῖτε.

Ἐγὼ — με. — Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, ἤγουν ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ Πατρός μου, ὡς αὐτός τε μαρτυρεῖ κἀγὼ ὁμολογῶ, καὶ οὐ δέχεσθέ με.

Ἐὰν — λήψεσθε. Περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου τοῦτό φησιν, ὃς ἐλεύσεται ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, τουτέστιν ἀφ' ἑαυτοῦ ὡς δῆθεν αὐτὸς ὢν ὁ ἐπὶ πάντων Θεός. Καθάπτεται οὖν τῆς ἀναισχυντίας τῶν Ἰουδαίων, ὡς αὐτὸν μὲν τὸν λέγοντα εἰδέναι τὸν Θεὸν καὶ ὁμολογοῦντα ἀπεστάλθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐλεγχόμενον ἀντίθεον ἀποσειομένων· τὸν δὲ φάσκοντα μὴ εἰδέναι ἐκεῖνον καὶ κομπάζοντα ἀφ' ἑαυτοῦ ἥκειν καὶ προδηλότατα διαγινωσκόμενον ἀντίθεον προσιεμένων.

Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπιστίας αὐτῶν, ὅτι διὰ φιλοδοξίαν οὐ πιστεύουσι. Μὴ θέλοντες γὰρ προτιμηθῆναι αὐτῶν ὑπὸ (28) τοῦ πλήθους τὸν Χριστὸν, ἐκώφευον, καὶ ἔμυον ἑθελουσίως πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα ἐποίουν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐκπεσεῖν τῆς δόξης ἣν εἶχον παρὰ τοῦ πλήθους.

Πῶς — λαμβάνοντες; Ἐμποδίζει γὰρ αὐτη.

Καὶ — ζητεῖτε; Ἣν μόνην ἔδει ζητεῖν, τῆς παρὰ ἀνθρώπων καταφρονοῦντας, εἰ καὶ ὑμεῖς τοὐναντίον ποιεῖτε. Πανταχόθεν τοίνυν ἐπιστομίσας αὐτοὺς, καὶ ἀποδείξας πάσης συγγνώμης ἀναξίους, λοιπὸν ἐφίστησιν αὐτοῖς κατήγορον αὐτὸν τὸν Μωϋσέα τὸν νομοθέτην αὐτῶν.

Μὴ — πατέρα. Κατ' ἐρώτησιν ἠθικὴν ὁ λόγος, ὅτι Εἰ καὶ ἔδει με τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' οὐ ποιήσω, ἀνεξίκακος ὤν.

Ἔστιν — Μωϋσῆς. Ὡς ἀπιστούντων οἷς περὶ ἐμοῦ ἔγραψε, καὶ οὕτως ἀπειθούντων αὐτῷ.

Εἰς — ἠλπίκατε. Ὡς εἰς δημαγωγὸν καὶ προστάτην καὶ μεσίτην τὰ πρὸς Θεόν. Ὥσπερ δὲ περὶ τῶν Γραφῶν ἔλεγε· *Δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον*

piternam. Deinde, ne suspicarentur quod amore gloriæ talia diceret, ait :

Vers. 41. *Gloriam — accipio.* Non amans eam, aut ea indigens : neque enim sol lucernæ lumine indiget. Verum quam ob causam hæc dicebat ? Ut omni modo ad fidem eos attraheret, per quam habituri essent vitam æternam.

Vers. 42. *Sed — vobis.* Vos, inquit, tanquam Deum diligentes me repellitis, quod me ipsum faciam Deo æqualem ; sed mendacii arguimini : ego enim novi vos, quod Deum non diligatis. Quomodo ? Quia de quo ille testimonium perhibet, et per Joannem, et per opera, et per Scripturas, hunc vos non recipitis. Quemadmodum ergo primum arbitrati, quod essem Deo contrarius, me repellebatis : ita nunc, demonstrata a dictis testibus veritate, debuissetis accurrere. Sed frustra jactatis, quod Dei zelo me aversamini. Nam cum id invidia faciatis, hoc modo istam occultare nitimini.

Vers. 43. *Ego — me. — Nomine Patris mei,* sive missus a Patre meo, sicut ipse testatur et ego confiteor, et non suscipitis me.

Vers. 43. — *Si recipietis.* De Antichristo hoc dicit, qui veniet nomine proprio, sive a se ipso, tanquam ipse Deus esset, qui super omnes est. Taxat ergo impudentiam Judæorum, quod eum repellerent, cum se diceret nosse Deum et ab eo missum esse, nec convinceretur Deo esse contrarius : illum vero, qui se diceret non nosse Deum, et a seipso venire se jactaret, ac manifestissime dignosceretur esse Deo contrarius, reciperent.

Deinde ponit et causam infidelitatis eorum, quod propter gloriæ amorem non crederent : nolentes enim Christum supra se honorari a multitudine, obsurdescebant, et aures ultro claudebant ad veritatem : omniaque faciebant, ne a gloria quam habebant apud multitudinem exciderent.

Vers. 44. *Quomodo — accipitis ?* Nam ipsa impedimento est.

Vers. 44. *Et — quæritis ?* Quam solam quærere oportet, ea quæ est ab hominibus posthabita, etsi vos contrarium faciatis. Postquam ergo undique silentium illis imposuit, omnique venia indignos esse demonstravit, accusatorem deinceps illis adhibet, puta ipsum Mosem legislatorem eorum.

Vers. 45. *Num — patrem.* Juxta usitatam ac consuetam (*pp*) interrogationem est hic sermo, ac si dicat : Etsi me id oportebat facere, non tamen faciam, quia clemens sum.

Vers. 45. *Est — Moses.* Utpote non credentes his quæ de me scripsit : et ita nec illi credentes.

Vers. 45. *In — speratis.* Tanquam in ductorem populi, tutorem ac mediatorem in his quæ ad Deum sunt. Sicut autem de Scripturis dicebat :

Variæ lectiones et notæ.

(28) Προτιθέναι αὐτὸν ὑπό A.

(*pp*) *Usitatam ac consuetam.* Moratam. Interrogatio ἠθικὴ est ea, quæ mores et ingenium interrogantis exprimit.

Digitized by Google

Putatis in ipsis vitam æternam habere, ita quoque nunc de Mose ait : *In quem vos speratis*. Nam ab his quæ ipsi sua ducebant, illos aggrediebatur.

Vers. 46. *Si — scripsit*. Si fide dignum eum duceretis, crederetis utique mihi ; vobis enim præcepit ille ut me audiretis.

Vers. 47. *Si — credetis ?* Si illius scriptis increduli estis, quem vehementer vos honorare ac laudare jactatis : quomodo meis verbis credetis, quem vehementer inhonoratis et contumeliis appetitis ? Sicut ergo prius de Joanne, quem admirari videbantur, convicti sunt, quod eum despicerent : ita et nunc de Mose, cui credere sibi videbantur, ostendit, quod ei essent increduli : et sagaciter semper in caput illorum torquet, quæcumque pro ipsis facere videntur. Quis ergo transgressor est, B isne qui defensorem habet ipsum legislatorem, an is qui illum habent contra se accusatorem ?

Cap. VI. Vers. 1. *Posthæc — Tiberiadis*. Mare Galilææ, sive Tiberiadis. Nam stagnum Tiberiadis vocat mare Galilææ, sicut in Evangelio juxta Matthæum dictum est. Abiit autem illuc, cedens furori principum populi, accenso ob prædicta verba.

Vers. 2. *Et — qui infirmabantur*. Quare signa particularius non enumerat ? Quia hic evangelista circa doctrinas et conciones ac dogmata magis versatur. Propter signa autem, non propter dogmata turba hæc sequebatur, crassius affecta : illa vero, de qua apud Matthæum, *Obstupescebat in doctrina ejus*[a].

Vers. 3. *Ascendit — suis*. Ascendit in montem, docens nos requiescere a tumultu ac turbatione, quæ in medio populi est. Nam ad philosophiam sacram apta est solitudo.

Frequenter quoque solus ipse montem petit, et pernoctans orat, docens nos, quod eum qui maxime ad Deum accedit, oporteat ab omni liberum esse turbatione, et locum inquirere liberum a tumultu et turbatione.

Vers. 4. *Instabat autem — Judæorum*. Et quomodo non ascendit et ipse ad diem festum, sed cum omnes Hierosolyma proficiscerentur, ipse vadit in Galilæam, nec solus ipse, sed et discipulos adducit ? Quia figurativam legem tacite jam dissolvebat, occasione sumpta ab invidia Judæorum. Non post longum enim tempus finem erat impositurus figurativo Paschæ, vero deinceps tradito.

CAP. VIII. *De quinque panibus et duobus piscibus*

Vers. 5. *Cum sustulisset ergo — isti ?* Dictum est de his in fine vicesimi quinti capitis Evangelii juxta Matthæum, ubi habetur: *Jesus autem dixit*

ἔχειν· οὕτω καὶ περὶ Μωϋσέως φησίν· *Εἰς ὃν ἠλπίκατε*· ἀπὸ τῶν οἰκείων χειρούμενος αὐτούς.

Εἰ — ἐγράψεν. Εἰ πιστὸν ἐκεῖνον νομίζετε, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. Ἐνετείλατο γὰρ ὑμῖν ἐμοῦ ἀκούειν.

Εἰ — πιστεύσετε ; Εἰ ταῖς ἐκείνου συγγραφαῖς ἀπιστεῖτε ὃν διαφερόντως τιμᾷν καὶ εὐφημεῖν κομπάζετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε, ὃν διαφερόντως ἀτιμάζετε καὶ βλασφημεῖτε; Ὥσπερ οὖν πρότερον ἐπὶ τοῦ Ἰωάννου δοκοῦντας αὐτὸν θαυμάζειν ἤλεγξε καταφρονοῦντας· οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως δοκοῦντας αὐτῷ πιστεύειν ἔδειξεν ἀπιστοῦντας· καὶ ἀεὶ εὐμηχάνως εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῶν περιτρέπει πάντα τὰ δοκοῦντα ὑπὲρ αὐτῶν. Τίς οὖν παράνομος, ὁ συνήγορον ἔχων τὸν νομοθέτην ἢ οἱ κατήγορον αὐτὸν ἔχοντες;

Μετὰ ταῦτα — Τιβεριάδος. Τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας, ἤτοι τῆς Τιβεριάδος. Θάλασσαν γὰρ τὴν Γαλιλαίας τὴν Τιβεριάδα λίμνην φησίν, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον δεδήλωται. Ἀπῆλθε δὲ ἐκεῖ ὑπεξιστάμενος τῷ θυμῷ τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ, ἀπὸ τῶν εἰρημένων λόγων ἀναφθέντι.

Καὶ — ἀσθενοῦντων. Διατί οὐκ ἀπαγγέλλει κατ' εἶδος τὰ σημεῖα ; Διότι ὁ εὐαγγελιστὴς οὗτος περὶ τὰς διδασκαλίας καὶ δημηγορίας καὶ τὰ δόγματα μᾶλλον καταγίνεται. Διὰ τὰ σημεῖα δὲ καὶ οὐ διὰ τὰς διδασκαλίας ὁ ὄχλος οὗτος ἠκολούθησε (29), παχύτερον διακείμενος· ὁ δὲ παρὰ τῷ Ματθαίῳ, C *Ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Σωτῆρος*.

Ἀνῆλθε — αὐτοῦ. Ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος, παιδεύων ἡμᾶς διαναπαύεσθαι ἀπὸ τῶν θορύβων καὶ τῆς ἐν μέσῳ ταραχῆς. Ἐπιτήδειον γὰρ πρὸς φιλοσοφίαν ἡ ἐρημία.

Πολλάκις δὲ καὶ μόνος αὐτὸς τὸ ὄρος καταλαμβάνει, καὶ διανυκτερεύει, καὶ εὔχεται, διδάσκων ἡμᾶς ὅτι δεῖ τὸν μάλιστα Θεῷ προσιόντα πάσης ἀπηλλάχθαι ταραχῆς, καὶ τόπον ἐπιζητεῖν καθαρὸν θορύβου καὶ ταραχῆς.

Ἦν δὲ ἐγγὺς — Ἰουδαίων. Καὶ πῶς οὐκ ἀναβαίνει καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἑορτήν, ἀλλὰ πάντων ἐπειγομένων εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, αὐτὸς ἔρχεται εἰς τὴν Γαλιλαίαν; Καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τοὺς D μαθητὰς ἐπαγόμενος; Διότι ἠρέμα λοιπὸν ὑπεξέλυε τὸν τυπικὸν νόμον, ἀφορμὴν λαμβάνων ἀπὸ τοῦ φθόνου τῶν Ἰουδαίων. Καὶ γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν ἐμελλε παυθῆναι τὸ τυπικὸν Πάσχα, παραδιδομένου λοιπὸν τοῦ ἀληθινοῦ.

ΚΕΦ. Η'. *Περὶ τῶν πέντε ἄρτων καὶ τῶν δύο ἰχθύων*

Ἐπάρας οὖν — οὗτοι ; Εἴρηται περὶ τούτων ἐν τῷ τέλει τοῦ εἰκοστοῦ πέμπτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ἔνθα κεῖται τὸ, *Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐ-*

[a] Matth. VII, 28, 22, 33.

Variæ lectiones et notæ.

(29) Ἠκολούθει A.

Digitized by Google

τοῖς (30), *Οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν.*

Τοῦτο — τί ἔμελλε ποιεῖν. Ἐκεῖ καὶ περὶ τούτου διαπεφώρηται. Τὸ δὲ, *πειράζων αὐτὸν*, ἀνθρωποπρεπῶς μὲν νοεῖται κατὰ τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν, θεοπρεπῶς δὲ, ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλων αὐτὸν, ἵνα, τὴν ἀπορίαν ὁμολογήσας, ἀκριβέστερον καταμάθῃ τοῦ μέλλοντος γενέσθαι θαύματος τὸ μέγεθος. Εἰ γὰρ ἁπλῶς ἐγίνετο, οὐκ ἂν ἔφανη τηλικοῦτον· ὡς Θεὸς γὰρ ἐγίνωσκε, τί ἔμελλεν ὁ Φίλιππος ἀποκριθῆναι.

Φασὶ δέ τινες ὅτι λέγεται ὁ Θεὸς πειράζειν τινὰ κατὰ δύο τρόπους, ἢ ἵνα [ἐλέγξῃ (31) τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ ὥσπερ νῦν ἐπὶ τοῦ Φιλίππου, ἢ ἵνα] δείξῃ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ, ὥσπερ πάλαι ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ. Γέγραπται γὰρ ὅτι καὶ ἐπείραζεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραάμ, ὅτε δηλαδὴ ἀνενεγκεῖν αὐτῷ τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐνετείλατο (32).

Ἀπεκρίθη — λάβῃ. Ὅρα τὴν ἀσθένειαν τῆς διανοίας τοῦ Φιλίππου μὴ δυνηθέντος ἐννοῆσαι τὴν δύναμιν τῆς θεότητος αὐτοῦ.

Λέγει — τοσούτους; Ἐν τῷ εἰκοστῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ τοῦ Ματθαίου (33) καὶ περὶ τούτου διείληπται. Ὑψηλοτέραν μὲν οὖν ἔσχε διάνοιαν ὁ Ἀνδρέας παρὰ τὸν Φίλιππον· οὐκ ἔφθασε δὲ πρὸς τὸ τέλειον. Ἐνόμισε γὰρ ὅτι ἀπὸ μὲν ἐλαττόνων ἐλάττονα ποιήσει, ἀπὸ δὲ πλειόνων πλείονα (34). Διὰ τοῦτο προσέθηκεν· *Ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους;*

Εἶπε — πεντακισχίλιοι. Ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ πλατύτερον περὶ τούτων εἴρηται. Οὐκ ἐθορυβήθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ, ἀλλ' αὐτίκα γνόντες ὅτι θαυματουργῆσαι μέλλει, ἀδιστάκτως ὑπήκουσαν.

Ἔλαβε — ἤθελον. Ἐν ἐκείνῳ καὶ περὶ τούτων εὑρήσεις.

Ὡς — βεβρωκόσιν. Ὁμοίως καὶ περὶ τούτων. Ἐκέλευσε δὲ συναγαγεῖν τὰ περισσεύσαντα, οὐκ ἐπιδείξεως ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ φαντασία τις τὸ γενόμενον. Ἐξ ὑποκειμένης δὲ ὕλης ἐπλήθυνε καὶ τοὺς ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, δι' αὐτό τε τοῦτο, καὶ ἵνα ἐμφραγῇ τὰ στόματα τῶν Μαρκιωνιστῶν (35), οἵτινες διαβάλλουσι τὴν κτίσιν, ληροῦντες ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῇ ποίημα τοῦ Θεοῦ.

Οἱ — κόσμον. Ὦ προδήλου γαστριμαργίας! μυρία μὲν πρότερον θαυμασιώτερα τούτου θεασάμενοι οὐδὲν τοιοῦτον ὡμολόγησαν· ὅτε δὲ ἐνεπλήσθησαν, τότε τοῦτον εἶναι τὸν προφήτην ἔλεγον, τὸν προσδοκώμενον αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Μωϋσέως ἐπαγγελίας.

eis: Non est illis necesse egredi, date vos illis quod edant [s].

